omnes recognoscunt et confitentur se peccatores vel debitores. Si ergo peccatores, debes timere et humiliari. Aliud est, quod semper vivimus in spe, quia licet simus peccatores, non debemus desperare, ne desperatio ducat nos ad majora et diversa peccata, sicut dicit Apostolus, *ad Ephes.*, IV : « Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, etc. » Ergo multum est utile quod semper speramus, quia quantumcumque homo sit peccator, debet sperare quod Deus, si perfecte conteratur et convertatur, dimittit ei. Hæc autem spes firmatur in nobis cum petimus : « Dimitte nobis debita nostra. » Sed hanc spem abstulerunt Novatiani, qui dixerunt quod qui semel peccabant post baptismum, nunquam consequerentur misericordiam. Hoc autem non est verum, si verum dixit Christus dicendo : « Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, » *Matth.*, XVIII. In quantumcumque ergo die petes, poteris consequi misericordiam, si roges cum pœnitentia peccati. Sic igitur ex hac petitione consurgit timor et spes, quia omnes peccatores contriti et confitentes misericordiam consequuntur, et ideo necessaria fuit hæc petitio. Circa secundum sciendum est, quod in peccato sunt duo, scilicet culpa qua offenditur Deus, et pœna quæ debetur pro culpa; sed culpa remittitur in contritione, quæ est cum proposito confitendi et satisfaciendi. *Psal.* XXXVI : « Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Domino; et tu remisisti impietatem peccati mei. » Non est igitur desperandum, ex quo ad remissionem culpæ sufficit contritio cum proposito confitendi. Sed forte quis dicet : Ex quo dimittitur peccatum in contritione, ad quid necessarius est sacerdos ?

péché est remis par la contrition? A cela on répond que Dieu, par la contrition, remet la coulpe, et que la peine éternelle est changée en une peine temporelle, d'où celui qui mourroit sans confession, ne l'ayant toutefois pas méprisée, mais ayant été prévenu, iroit dans le purgatoire, dont le châtement, suivant saint Augustin, est extrême. Quand donc vous vous confessez, le prêtre vous absout de cette peine par le pouvoir des clefs auquel vous vous soumettez par la confession. Et c'est pour cela que Jésus-Christ a dit aux apôtres, saint Jean, chapitre XX : « Recevez le Saint-Esprit, ceux à qui vous remettrez les péchés, etc. » Il arrive de là que, quand quelqu'un se confesse une fois, il lui est remis une partie de cette peine; il en est ainsi quand il se confesse de nouveau, et il peut se faire qu'il se confesse assez souvent pour qu'elle lui soit remise tout entière. Mais les successeurs des apôtres trouvèrent un autre moyen de remettre cette peine; c'est le bienfait des indulgences, lesquelles servent à celui qui est en charité, autant qu'elles sont exprimées et expliquées. Mais que le Pape puisse le faire, c'est une chose assez évidente. Il est un grand nombre de saints qui firent une infinité de bonnes œuvres, et qui ne péchèrent pas du moins mortellement, et ces bonnes œuvres, ils les firent au profit de l'Eglise. Les mérites de Jésus-Christ et de la bienheureuse Vierge sont comme dans un trésor; de là le souverain Pontife et ceux à qui il en a confié le soin peuvent les dispenser où il en est besoin. Ainsi donc les péchés sont remis non-seulement quant à la coulpe par la contrition, mais encore quant à la peine par la confession et les indulgences.

Il importe de savoir, sur le troisième point; qu'il est requis, de notre part, que nous pardonnions à notre prochain les offenses qu'il nous a faites; d'où il est dit : « Comme nous pardonnons à ceux qui

Ad hoc dicendum est, quod Deus in contritione dimittit culpam, et pœna æterna commutatur in temporalem, sed nihilominus manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem : unde si decederet sine confessione, non contempta tamen, sed præventa, iret ad purgatorium, cujus pœna, sicut dicit Augustinus, est maxima. Quando ergo confiteris, sacerdos absolvit te de hac pœna in clavium virtute, cui te subjeceris in confessione. Et ideo dixit Christus Apostolis, *Joan.*, XX : « Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittantur eis, etc. » Unde quando semel confitetur quis, dimittitur ei aliquid de pœna hujusmodi, et similiter quando iterum confitetur, et posset toties confiteri, quod tota sibi dinitteretur. Invenimus autem successores Apostolorum alium modum remissionis hujus pœnæ, scilicet be-

neficiis indulgentiarum, quæ existenti in charitate tantum valent, quantum sonant et quantum pronuntiantur. Quod autem Papa hoc possit, satis patet. Nam multi sancti multa bona fecerunt, et tamen isti non peccaverunt ad minus mortaliter, et hæc bona fecerunt in utilitatem Ecclesiæ. Similiter meritum Christi et beatæ Virginis sunt sicut in thesauro, unde summus Pontifex, et illi quibus ipse committit, possunt hujusmodi merita ubi necesse est, dispensare. Sic ergo dimittuntur peccata non solum quantum ad culpam in contritione, sed etiam quantum ad pœnam in confessione, et per indulgentias. Circa tertium sciendum, quod ex parte nostra requiritur, ut nos dimittamus proximis nostris offensas factas nobis, unde dicitur : « Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, » aliter Deus non dimitteret nobis.

nous ont offensés ; » autrement Dieu ne nous pardonneroit pas. Il est dit dans l'Écclésiastique, ch. XXVIII : « L'homme conserve la colère envers l'homme , et il demande à Dieu pardon ? » Saint Luc dit, chap. VI : « Pardonnez et il vous sera pardonné. » On pose donc seulement la condition dans cette demande, quand on dit : « Comme nous pardonnons, » etc. Si donc vous ne pardonnez pas, il ne vous sera pas pardonné. Mais vous pourriez dire : Pour moi, je dirai les premières paroles, savoir, pardonnez-nous, et je tairai les autres, savoir, comme nous pardonnons, etc. Donc vous cherchez à tromper Jésus-Christ. Mais vous ne sauriez le faire, car Jésus-Christ, qui a composé cette prière, se la rappelle parfaitement, ce qui fait qu'il est impossible de le tromper. Si donc vous le dites de bouche, faites-le de cœur. Mais on demande si celui qui ne se propose pas de pardonner à son prochain, doit dire, comme nous pardonnons, etc. Il semble que, non parce qu'il ment, il faut dire qu'il ne ment pas, parce qu'il ne prie pas en son nom, mais au nom de l'Église, qui ne peut pas se tromper, et c'est pour cela que la demande est faite au pluriel.

Il importe aussi de savoir qu'il y a deux manières de pardonner. L'une, c'est celle des parfaits, fait que celui qui est offensé fait les avances à celui qui l'a offensé. Il est écrit, Ps. XXXIII : « Cherchez la paix. » L'autre, qui est commune à tous, à laquelle tous sont tenus, consiste à pardonner à celui qui demande grace. Il est dit dans l'Écclésiastique, ch. XXVIII : « Pardonnez à votre prochain qui vous fait du mal, et alors quand vous prierez, vos péchés vous seront remis. » Il suit de là une autre béatitude : « Bienheureux les miséricordieux. » La miséricorde, en effet, nous fait avoir compassion du prochain.

Eccli., XXVIII : « Homo homini servat iram, et à Deo quærit medelam. » *Luc.*, VI : « Dimittite, et dimittimini ; » et ideo solummodo in ista petitione ponitur conditio cum dicitur : « Sicut et nos dimittimus, etc. » Si ergo non dimittis, non dimittetur tibi. Sed posses dicere : Ego dicam præcedentia, scilicet dimitte nobis, sed scilicet sicut et nos, etc., tacebo. Ergo Christum decipere quæris? sed certe non decipis. Nam Christus qui hanc orationem fecit, bene recordatur ejus, unde non potest decipi. Ergo si dicis ore, adimpleas corde. Sed quæritur utrum ille qui non proponit dimittere proximo suo, debeat dicere : « Sicut et nos dimittimus, etc. »

Videtur quod non, quia mentitur. Dicendum quod non mentitur, quia non orat in persona sua, sed Ecclesiæ, quæ non decipitur, et ideo ponitur ipsa petitio in plurali. Sed sciendum quod duobus modis dimittitur. Unus est perfectorum, ut scilicet offensus requirat offendentem. *Ps.* XXXIII : « Inquire pacem. » Alius est communiter omnium, ad quem tenentur omnes, ut scilicet petenti veniam tribuat. *Eccl.*, XXVIII : « Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur. » Ex hoc sequitur alia beatitudo : « Beati misericordes. » Misericordia enim facit nos misereri proximo nostro.

CHAPITRE X.

Sixième demande.

« Ne nous laissez pas succomber à la tentation. » Il en est qui, bien qu'ils aient péché, désirent cependant le pardon de leurs fautes, ce qui fait qu'ils se confessent et font pénitence; mais toutefois ils n'apportent pas tout le soin nécessaire pour ne pas retomber dans le péché. Il ne convient pas, en effet, à savoir, que quelqu'un, d'un côté, pleure quand il fait pénitence, et que, d'un autre côté, il multiplie en péchant les causes de ses larmes. C'est pour cela qu'il est dit dans Isaïe, ch. I : « Purifiez-vous et soyez exempts de souillures, etc. » C'est ce qui fait, comme on l'a dit plus haut, que Jésus-Christ nous a enseigné, dans la demande précédente, à demander pardon de nos péchés. Mais dans celle-ci, il nous enseigne à demander le pouvoir de les éviter, à savoir, que nous ne soyons pas induits en tentation, laquelle tentation nous fait tomber dans le péché; il nous l'apprend, lorsqu'il dit : « Ne nous induisez pas en tentation, etc. » Sur ce point, on peut rechercher trois choses.

Premièrement, ce que c'est que la tentation; secondement, de quelle manière et par qui l'homme est tenté; troisièmement, comment il en est délivré. A l'égard du premier point, il est nécessaire de savoir que tenter n'est autre chose qu'expérimenter, éprouver; ce qui fait que tenter l'homme n'est autre chose qu'éprouver sa vertu. Mais la vertu de l'homme peut être expérimentée, éprouvée de deux manières, ce qui fait que deux choses sont nécessaires à la vertu de l'homme. L'une consiste à bien faire; à savoir, que l'homme fasse bien ce qu'il fait; l'autre, à éviter le mal. Il est écrit, Psaume XXXIII : « Evitez le mal et faites le bien, etc. » La vertu de l'homme est donc quelquefois éprouvée par rapport au bien qu'il fait, et elle l'est aussi

CAPUT X.

Sexta petitio.

« Et ne nos inducas in tentationem. » Sunt aliqui qui licet peccaverint, tamen desiderant veniam consequi de peccatis, unde et confitentur et pœnitent, sed tamen non adhibent totum studium quod debent, ut iterato in peccata non ruant. Quod quidem non est conveniens, ut scilicet ex una parte ploret quis peccata, dum pœnitet, ex alia unde ploret, accumulet dum peccat. Et propter hoc dicitur *Isai.*, I : « Lavamini, mundi estote, etc. » Et ideo sicut supra dictum est, Christus in præcedenti docuit nos petere veniam peccatorum. In hac vero docet nos petere, ut possimus vitare peccata, ut scilicet non indu-

camur in tentationem, per quam labamur in peccatis, cum dixit : « Et ne nos inducas, etc. » Circa quod tria quærentur. Primo, quid sit tentatio; secundo, qualiter homo tentatur, et à quo; tertio vero, quomodo liberatur in tentatione. Circa primum sciendum est, quod tentare nihil aliud est quam experiri seu probare, unde tentare hominem est probare virtutem ejus. Experitur autem, seu probatur virtus hominis dupliciter, secundum quod duo exigit hominis virtus. Unum pertinet ad bene operandum, scilicet quod bene operetur; aliud est, quod caveat à malo. *Psalm.* XXXIII : « Declina à malo, et fac bonum, etc. » Probatur ergo virtus hominis quandoque quantum ad hoc quod bene facit, quandoque vero quantum ad hoc quod cessat à

quand il s'éloigne du mal. Sur le premier point, l'homme est éprouvé, pour savoir s'il est prompt à faire le bien, comme à jeûner et autres choses de ce genre. Si vous êtes trouvé prompt à faire le bien, alors votre vertu est grande; Dieu, quelquefois, se sert de ce moyen pour éprouver l'homme que sa vertu dérobe aux regards, afin que tous le connoissent et qu'ils servent à tous d'exemple. Dieu tenta de cette sorte Abraham, ainsi que Job. Genèse, ch. XXII. C'est pour cette raison que Dieu, souvent, envoie des tribulations aux justes, afin que pendant qu'ils les supportent avec résignation, la vertu brille et s'accroisse en eux. Il est écrit au Deutéronome, chap. XIII : « Le Seigneur votre Dieu vous tente, afin que tout le monde sache si vous l'aimez oui ou non. »

La vertu de l'homme, pour ce qui est du second point, est éprouvée par l'induction au mal; s'il résiste avec force et qu'il ne consente pas, alors sa vertu est grande; mais s'il succombe à la tentation, sa vertu alors est nulle. Dieu ne tente jamais ainsi personne, parce que, comme dit saint Jacques, ch. I : « Dieu ne tente pas les méchants, etc. » Le diable, le monde, la chair, voilà les tentateurs de l'homme. La chair le tente de deux manières : premièrement, parce qu'elle le porte au mal. La chair, en effet, cherche toujours ses plaisirs, qui sont les plaisirs charnels, lesquels souvent entraînent le péché. Celui qui se plaît dans les délectations charnelles néglige les choses spirituelles. Saint Jacques dit, ch. I : « Chacun est tenté par sa concupiscence. »

Elle tente, secondement, en nous éloignant du bien. L'esprit, autant qu'il dépend de lui, se délecte dans les biens spirituels, mais la chair, l'appesantissant, l'entrave. Il est écrit au livre de la Sagesse, ch. IX : « La chair qui est corrompue appesantit l'âme. » Saint Paul, Épître aux Romains, ch. VII, dit : « Je prends plaisir dans la loi de

malo. Quantum ad primum probatur homo utrum inveniatur promptus ad bonum, ut ad jejunandum et hujusmodi. Tunc enim est virtus tua magna, quando promptus inveniris ad bonum : et hoc modo Deus probat aliquando hominem, quod lateat eum virtus hominis, sed ut eam omnes cognoscant, et detur omnibus in exemplum. Sic tentavit Deus Abraham, *Genes.*, XXII, et Job. Et ideo Deus sæpe immittit tribulationes justis, ut dum patienter sustinent, appareat virtus eorum, et in virtute proficiant. *Deuter.*, XIII : « Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum, an non. » Sic ergo Deus tentat provocando ad bonum. Quantum ad secundum, probatur virtus hominis per inductionem ad malum; et si bene resistit,

et non consentit, tunc virtus hominis magna est : si vero homo succumbit tentationi. tunc virtus hominis nulla est. Hoc autem modo nullus tentatur à Deo, quia sicut dicitur *Jac.*, I : « Deus intentator malorum est, etc. » Sed tentatur homo à propriis carne, à diabolo et à mundo. A carne dupliciter. Primo, quia caro instigat ad malum. Caro enim semper quærit delectationes suas, scilicet carnales, in quibus est sæpe peccatum. Qui enim immeratur delectationibus carnalibus, negligit spiritualia. *Jac.*, I : « Unusquisque tentatur à concupiscentia sua. » Secundo, tentat caro retrahendo à bono. Nam spiritus quantum est de se, semper delectaretur in spiritualibus bonis, sed caro aggravans impedit spiritum. *Sap.*, IX : « Corpus quod cor-

Dieu suivant l'homme intérieur, mais je vois dans ma chair une autre loi qui répugne à celle de mon esprit, et qui me tient captif dans la loi du péché, qui est celle de ma chair. » Pour cette tentation, qui est celle de la chair, elle est très-grave, parce que notre ennemi, c'est-à-dire notre chair, ne fait qu'un avec nous, et, comme le dit Boèce, « il n'y a pas de peste plus nuisible qu'un ennemi familial, » il faut donc veiller contre elle. Saint Matthieu dit, ch. XXVI : « Veillez et priez pour ne pas être tenté. »

Le diable quelquefois aussi tente, car, quand la chair est matée, il s'élève un autre ennemi, et c'est le diable-contre lequel il nous faut lutter avec plus de force. L'Apôtre dit, Epître aux Ephésiens, chap. VI : « Nous n'avons pas à lutter contre la chair et le sang, mais contre les puissances et les pouvoirs, etc. » C'est pour cela qu'il est distinctement appelé le tentateur. Il est écrit, première Epître aux Thessaloniens, ch. III : De peur que le tentateur ne vous tente, etc. Il procède dans ses tentations avec la plus profonde ruse. Semblable à un général habile qui assiège un camp, il examine les côtés faibles de celui qu'il veut combattre, et c'est par le côté le plus faible de l'homme qu'il l'attaque. Et pour cela, il tente l'homme sur les vices auxquels, après avoir dompté la chair, il est le plus enclin, tel que la colère et les autres vices de l'esprit. Saint Pierre dit dans sa première Epître, ch. V : « Le diable, votre ennemi, semblable à un lion rugissant, rôde, cherchant qui il dévorera. » Le diable, quand il tente, fait deux choses, il ne propose pas d'abord à celui qu'il tente un mal apparent, mais bien quelque chose qui ait l'apparence du bien, afin qu'au moins dans le principe, par là, il l'éloigne un peu de son propos le plus ferme, parce que plus tard il le conduit plus facilement au péché, dès qu'il l'en a tant soit peu détourné. L'Apôtre, dans sa dernière

rumpitur, aggravat animam. » *Rom.*, VII : « Condelector legi Dei secundum interio-rem hominem : video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. » Sed hæc tentatio, scilicet carnis, est valde gravis, quia inimicus noster, scilicet caro, conjunctus est nobis, et sicut dicit Boetius, « nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus, » et ideo contra eam vigilandum est. *Matth.*, XXVI : « Vigilate et orate, ne intretis in tentationem. » Diabolus fortasse tentat. Nam postquam conculcatur caro, insurgit alius scilicet diabolus, contra quem est nobis magna colluctatio. Apostolus, *Ephes.*, VI : « Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, etc. » Unde et signanter dicitur tentator. I. *Thess.*, III : « Ne forte tentaverit vos is qui tentat, etc. » In tentatione autem sua callidissime procedit. Ipse enim sicut bonus dux exercitus, qui obsidet aliquod castrum, considerat infirma. ejus quæ impugnare vult, et ex illa parte : unde magis est homo debilis, tentat eum. Et ideo tentat de illis vitiis, ad quæ homines conculcata carne magis proni sunt, ut de ira, de superbia, et de aliis spiritualibus vitiis. I. *Pet.*, V : « Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret. » Facit autem duo diabolus dum tentat, quia non statim proponit illi quem tentat, malum aliquod apparens, sed aliquid quod habeat speciem boni, ut saltem in ipso principio per illud renoveat eum aliquantulum à proposito suo principali, quia postmodum facilius inducit ipsum ad peccandum, quando illum vel modicum aver-

Épître aux Corinthiens, ch. XI, dit : « Satan lui-même se transforme en ange de lumière. » Ensuite, quand il l'a fait pécher, il l'enlace tellement, qu'il ne lui permet pas de sortir du péché. Il est dit dans Job, ch. XL : « Les nerfs de cette partie qui sert à la conservation de l'espèce, sont entrelacés l'un dans l'autre. » Ainsi donc le diable fait deux choses, parce qu'il trompe et qu'il retient dans le péché sa victime.

Le monde tente de deux manières. Premièrement, par le désir trop grand et immodéré des biens temporels. L'Apôtre dit, première Épître à Timothée, ch. VI : « La cupidité est la source de tous les maux. » Il tente, en second lieu, par les persécutions et par la frayeur que causent les tyrans. Job dit, ch. XXXVII : « Nous aussi, nous sommes enveloppés de ténèbres. » L'Apôtre dit, Épître à Timothée, ch. III : « Tous ceux qui veulent vivre pieusement en Jésus-Christ, souffriront persécution. » Il est dit dans saint Matthieu, ch. X : « Ne craignez pas ceux qui tuent le corps. » Ainsi donc, on sait ce que c'est que la tentation, comment et par qui l'homme est tenté : il nous reste à voir comment l'homme est délivré de la tentation.

Il importe de savoir, sur ce point, que Jésus-Christ nous enseigne à prier, non point afin que nous soyons tentés, mais bien pour que nous ne soyons point induits en tentation. Si l'homme triomphe, en effet, de la tentation, il est digne de la couronne; et c'est ce qui fait dire à saint Jacques, ch. I : « Mes frères, faites toute votre joie des diverses tentations qui vous arrivent. » Il est écrit dans l'Écclésiastique, ch. II : « Mon fils, vous donnant au service de Dieu, préparez votre ame à la tentation. » Saint Jacques dit encore, ch. I : « Bienheureux l'homme qui souffre tentation, parce que, lorsqu'il aura été éprouvé, il recevra la couronne de vie, » et, pour cela, il nous enseigne à demander de ne pas succomber à la tentation par le consentement. L'Apôtre dit, première Épître aux Corinthiens, ch. X : « Que

tit. Apostolus, II. *ad Cor.*, XI : « Ipse Satan transfiguratur se in angelum lucis. » Deinde postquam induxit eum ad peccandum, sic alligat eum, ut non permittat eum à peccatis resurgere. *Job*, XL : « Nervi testicularum ejus perplexi sunt. » Sic ergo duo facit diabolus : quia decipit, et deceptum detinet in peccato. Sed mundus dupliciter tentat. Primo, per nimium et immoderatum desiderium rerum temporalium. Apostolus, I. *Timoth.*, VI : « Radix omnium malorum est cupiditas. » Secundo, per persecutores et tyrannos terrendo. *Job*, XXXVII : « Nos quoque involvimur tenebris. » II. *Timoth.*, III : « Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. » *Matth.*, X : « Nolite

timere eos qui occidunt corpus. » Sic ergo patet, quid est tentatio, et qualiter tentatur homo, et à quo. Sequitur videre qualiter homo liberatur. Circa quod sciendum est, quod Christus docet nos rogare non ut tentemur, sed ut non inducamur in tentationem. Nam si homo vincit tentationem, meretur coronam, et ideo dicitur *Jac.*, I : « Omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis. » *Eccles.*, II : « Fili, accedens ad servitutum Dei, præpara animam tuam ad tentationem. » Item, *Jac.*, I : « Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ; » et ideo docet petere ut non inducamur in tentationem per consensum. I. *ad Cor.*, X :

nulle tentation ne vous attaque, si ce n'est la tentation humaine ; » être tenté est en effet le propre de l'homme, mais consentir à la tentation est celui du démon. Mais est-ce que Dieu, parce qu'il dit « et ne nous laissez pas succomber à la tentation, » nous conduit au mal ? Je dis qu'il est dit de Dieu qu'il conduit au mal, parce qu'il le permet ; à savoir, en tant qu'il retire à l'homme sa grâce à cause d'un grand nombre de péchés, et que, dès qu'elle lui a été enlevée, cet homme tombe dans le péché ; et c'est pour cela que nous chantons dans le Psaume LXX : « Lorsque ma force viendra à me faire défaut, ne m'abandonnez pas, Seigneur. » Mais il gouverne l'homme par la ferveur de la charité, de peur qu'il ne succombe à la tentation, parce que la charité, quelque foible qu'elle soit, peut résister au péché, quel qu'il soit. On lit dans le Cantique des Cantiques, ch. VIII : « Les grandes eaux ne purent pas éteindre la charité ; » il y est encore dit : « C'est par la lumière de l'intelligence qu'il nous apprend ce que nous avons à faire ; » parce que, comme le dit le Philosophe, *quiconque pèche est ignorant*. Il est écrit, Psaume XXXI : « Je vous donnerai l'intelligence et je vous instruirai. » C'est ce que demandoit David, quand il disoit : « Donnez à mes yeux la lumière, de peur que je ne m'endorme jamais dans la mort, et que mon ennemi ne dise au temps donné, j'ai prévalu contre lui. » Psaume XII. Mais c'est ce que nous procure le bienfait de l'intelligence. Et parce que quand nous ne consentons pas à la tentation nous gardons cette pureté de cœur, de laquelle parle saint Marc, ch. V : « Bienheureux ceux qui ont le cœur pur, parce qu'ils verront Dieu ; » c'est ce qui nous fera parvenir à la vision de Dieu, à laquelle il lui plaise de nous conduire, etc....

« Tentatio vos non apprehendat nisi humana. » Nam tentari humanum est, sed consentire diabolicum est. Sed numquid Deus inducit ad malum, quia dicit : « Et ne nos inducas in tentationem. » Dico quod Deus dicitur inducere ad malum permitiendo, in quantum scilicet propter multa peccata subtrahit homini gratiam suam, qua sublata homo labitur in peccatum, et ideo cantamus in *Psalm. LXX* : « Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me, Domine. » Regit autem hominem ne inducatur in tentationem per fervorem charitatis ; quia quælibet charitas quantumcumque parva, potest resistere cuilibet peccato. *Cantic., VIII* : « Aquæ multæ non potuerunt extin-

guere charitatem. » Item, per lumen intellectus, quo instruit nos de agendis ; quia, sicut dicit Philosophus, « omnis peccans est ignorans. » *Psalm. XXXI* : « Intellectum tibi dabo, et instruam te. » Hoc autem petebat David, qui dicebat : « Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, Prævalui adversus eum, » *Psalm. XII*. Hoc autem habemus per donum intellectus. Et quia cum non assentimus tentationi : servamur cor mundum, de quo *Marc., V* : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt ; » ideo ex hoc pervenimus ad visionem Dei, ad quam nos perducatur.

CHAPITRE XI.

Septième demande.

« Mais délivrez-nous du mal. » Le Seigneur nous a enseigné plus haut à demander pardon de nos péchés, et la manière d'éviter les tentations : ici, il nous apprend à demander d'être préservés du mal, et cette demande, qui est générale, s'entend de tous les maux, tels que, comme le dit saint Augustin, les péchés, les infirmités, les afflictions. Mais comme il a été parlé du péché et de la tentation, nous allons parler des autres maux, à savoir, des adversités et de toutes les afflictions de ce monde, dont Dieu nous délivre de quatre manières. Premièrement, en empêchant l'affliction de venir; mais ceci est rare, puisque, comme il est dit dans la dernière Epître à Timothée, ch. III : « Les saints sont affligés dans ce monde. » Tous ceux qui veulent vivre pieusement en Jésus-Christ souffriront persécution. Dieu cependant quelquefois accorde à quelques-uns de n'être pas affligés par le mal, à savoir, quand il sait qu'il ne pourroit pas résister; comme un médecin ne donne pas de remèdes violents à un malade foible. Il est dit au livre de l'Apocalypse, ch. III : « Je vous ai ouvert une porte que personne ne peut fermer, parce que vous avez peu de force. » Mais il y aura, dans la première, ceci de général, c'est que, comme le dit Job, ch. V : « Là, personne ne sera affligé. » Dans les tribulations de la vie présente, qui se divise en six âges, il vous délivrera, et, dans le septième, il ne permettra pas au mal de vous toucher. Il est dit dans l'Apocalypse, ch. VII : « Ils n'auront plus ni soif ni faim. »

Il délivre, secondement, des afflictions, quand, pendant ces mêmes afflictions, il nous console. Si Dieu, en effet, ne consolait pas l'homme, il ne lui seroit pas possible de subsister. Il est écrit dans la

CAPUT XI.

Septima petitio.

« Sed libera nos à malo. » Supra docuit nos Dominus petere veniam peccatorum, et quomodo possumus vitare tentationes : hic vero docet petere præsertionem à malis, et hæc petitio est generalis contra omnia mala, scilicet peccata, infirmitates et afflictiones, sicut dicit Augustinus. Sed quia de peccato et tentatione dictum est, dicendum est de aliis malis, scilicet adversitatibus et afflictionibus omnibus hujus mundi, à quibus Deus liberat quadrupliciter. Primo, ne superveniat afflictio; sed hoc raro contingit, quoniam sancti in mundo isto affliguntur; quia ut dicitur II. *ad Timoth.*, III : « Omnes qui pie volunt vivere in

Christo Jesu, persecutionem patientur. » Sed tamen alicui Deus concedit aliquando, ut non affligatur à malo, quando scilicet cognoscit eum impotentem, et non posse resistere : sicut medicus infirmo debili non dat violentas medicinas. *Apoc.*, III : « Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam habet virtutem. » In prima autem erit generale hoc, quia nullus affligetur ibi. *Job*, V : In sex tribulationibus, scilicet præsentis vitæ, quæ per sex ætates distinguitur, liberabit te, in septima non tanget te malum. » *Apoc.*, VII : « Non esurient, neque sitient amplius. » Secundo, liberat quando in afflictionibus consolatur. Nam nisi Deus consolaretur, non posset homo subsistere. II. *Corinth.*, I : « Supra modum gravati

dernière Epître aux Corinthiens, ch. I : « Nous sommes accablés outre mesure, nous le sommes au-dessus de nos forces. » Il est dit dans la même Epître, ch. VII : « Le Dieu qui a consolé les humbles nous a aussi consolés. » Il est écrit, Psaume XCIII : « Vos consolations ont réjoui mon ame en proportion des douleurs qu'éprouvoit mon cœur. »

Il délivre, troisièmement, des afflictions, en donnant à ceux qui les éprouvent autant de biens qu'ils livrent de maux à l'oubli. Tobie dit, ch. III : « Après la tempête, vous ramenez le calme. » Si donc les afflictions et les tribulations de ce monde ne sont pas à craindre, c'est parce que facilement on peut les supporter, vu qu'elles sont de courte durée, et qu'elles sont mêlées de consolations. L'Apôtre dit, dans sa dernière Epître aux Corinthiens, ch. IV : « Car le moment si court, si léger des afflictions que nous souffrons en cette vie, produit en nous le poids éternel d'une souveraine et incomparable gloire ; » parce que de celle-ci on parvient à la gloire.

Il en délivre, quatrièmement, parce que la tentation et la tribulation se changent en bien, c'est pour cela qu'il ne dit pas de la tribulation, mais du mal, parce que les tribulations sont la couronne des saints, et c'est ce qui les fait s'en réjouir. L'Apôtre dit, Epître aux Romains, ch. V : « Et non-seulement dans cette espérance, mais nous nous glorifions encore dans les afflictions, sachant que l'affliction produit la patience. » Tobie dit, ch. III : « Vous pardonnez les péchés au temps de la tribulation. » Dieu donc délivre l'homme du mal et des tribulations en les changeant en bien, ce qui est le signe d'une très-grande sagesse, car il est du sage d'ordonner le mal pour le bien ; et cela se fait par la patience que l'on a dans les tribulations. Pour ce qui est des autres vertus, elles usent du bien, elles, mais la patience profite même du mal, et c'est ce qui fait qu'elle est seulement nécessaire dans les maux, c'est-à-dire dans l'adversité. Il est dit

sumus supra virtutem nostram. » II. *ad Corinth.*, VII : « Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus. » *Ps.* XCIII : « Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tue lætificaverunt animam meam. » Tertio, quia afflictis tot bona facit, quot tradunt mala oblivioni. *Tob.*, III : « Post tempestatem tranquillum facis. » Si ergo afflictiones et tribulationes hujus mundi non sunt timendæ, quia facile tolerantur et propter consolationem admixtam, et propter brevitatem. Apostolus, II. *ad Cor.*, IV : « Id quod in presentii est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, quia ex his pervenitur ad vitam

æternam. » Quarto, quia tentatio et tribulatio convertitur in bonum, et ideo non dicit : Libera nos a tribulatione, sed à malo, quia tribulationes sunt sanctis ad coronam, et inde est quod gloriantur de tribulationibus. Apostolus, *Rom.*, V : « Non solum autem, sed et gloriatur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur. » *Tob.*, III : « In tempore tribulationis peccata dimittis. » Liberat ergo Deus hominem à malo et tribulationibus, eas in bonum convertendo, quod est signum maximæ sapientiæ, quia sapientis est malum ordinare ad bonum, et hoc fit per patientiam quæ habetur in tribulationibus. Cæteræ vero virtutes bonis utuntur, sed patientia malis, et ideo solum in malis,

au livre des Proverbes, ch. XIX : « La patience de l'homme fait connaître sa doctrine ; » et pour cela l'Esprit saint, par le don de sagesse, nous fait demander ; et fait que, par ce moyen, nous parvenons à la béatitude à laquelle dispose la paix, parce que la patience nous la procure, et pendant la prospérité et pendant l'adversité. C'est ce qui fait appeler les pacifiques, enfants de Dieu, parce qu'ils lui sont semblables ; parce que, comme rien ne peut nuire à Dieu, rien non plus ne peut leur nuire, ni la prospérité ni l'adversité ; c'est pourquoi on dit : « Bienheureux les pacifiques, parce qu'ils seront appelés les enfants de Dieu. » Le mot « Amen » est la confirmation de toutes ces demandes.

CHAPITRE XII.

Exposition sommaire de toute la prière.

« Notre Père. » Pour exposer sommairement cette prière, il importe de savoir que l'Oraison dominicale contient tout ce qui peut être l'objet de nos désirs, ainsi que tout ce que nous devons éviter. Mais parmi les choses désirables, celle-là l'est davantage que l'on aime plus, et cette chose-là, c'est Dieu ; c'est ce qui fait que, premièrement, vous demandez sa gloire, lorsque vous dites : « que votre nom soit sanctifié. » Vous devez désirer de Dieu trois choses qui vous concernent. La première, c'est que vous parveniez à la vie éternelle ; et c'est ce que vous demandez, quand vous dites : « que votre règne arrive. » La seconde, c'est que vous fassiez la volonté et la justice de Dieu, et vous le demandez, lorsque vous dites : « que votre volonté soit faite sur la terre comme dans le ciel. » La troisième, c'est que vous ayez les choses nécessaires à la vie, et vous le demandez, lorsque vous dites : « donnez-nous aujourd'hui notre pain quotidien. » C'est de ces trois choses dont parle le Seigneur en saint Matthieu, ch. VI,

id est in adversitatibus est necessaria. *Proverb.*, XIX : « Doctrina viri per patientiam nōscitur ; » et ideo Spiritus sanctus per donum sapientiæ facit nos petere, et per hoc pervenimus ad beatitudinem ad quam ordinat pax, quia per patientiam pacem habemus, et in tempore prospero et adverso : et ideo pacifici dicuntur filii Dei, qua sunt similes Deo, quia sicut Deo nihil nocere potest, ita nec eis, quia nec prospera nec adversa ; et ideo « beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. » Amen, est confirmatio universalis omnium petitionum.

CAPUT XII.

Compendiosa expositio totius orationis.

« Pater noster. » Ut in summa exponatur,

sciendum est quod in oratione Dominica continentur omnia quæ desiderantur, et omnia quæ fugiuntur. Inter omnia autem desiderabilia illud plus desideratur, quod plus amatur, et hoc est Deus : et ideo primo petis gloriam Dei cum dicis : « Sanctificetur nomen tuum. » A Deo autem desideranda sunt tria, quæ pertinent ad te. Primum est, quod pervenias ad vitam æternam, et hoc petis cum dicis : « Adveniat regnum tuum. » Secundum est, quod facias voluntatem Dei et justitiam, et hoc petis cum dicis : « Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra. » Tertium est, ut habeas necessaria ad vitam, et hoc petis cum dicis : « Panem nostrum quotidianum da nobis hodie ; » et de his tribus dicit Dominus, *Matth.*, VI : « Primum querite

lorsqu'il dit : « Cherchez d'abord le royaume de Dieu, » voilà pour la première; « et sa justice, » voilà pour la seconde; « et toutes ces choses vous seront données par surcroît, » voilà pour la troisième.

Mais pour les choses que nous devons fuir et éviter, ce sont celles qui sont contraires au bien. Pour le bien que nous devons désirer, il est de quatre sortes, ainsi qu'il a été dit. Le premier, c'est la gloire de Dieu, et à celui-ci, aucun mal ne lui est contraire. Job dit, ch. XXXV : « Si vous péchez, quel mal lui ferez-vous? Si vous agissez selon la justice, que lui donnez-vous? » Car, et du mal, en tant qu'il le punit, et du bien, en tant qu'il le récompense, résulte la gloire de Dieu. Le second bien que nous devons désirer, c'est la vie éternelle, et le péché lui est opposé, parce que par le péché on la perd; c'est pourquoi nous disons qu'il faut l'éviter. « Pardonnez-nous nos offenses comme nous pardonnons, etc.... » Le troisième, c'est la justice et les bonnes œuvres; et à ce bien est opposée la tentation, car elles s'opposent à ce que nous faisons le bien; c'est pour les éloigner que nous demandons : « ne nous laissez pas succomber à la tentation. » Le quatrième, ce sont les biens nécessaires, et à ce bien sont opposées les tribulations et les adversités; et c'est pour les alléger que nous demandons : « délivrez-nous du mal. » Amen.

Fin de l'explication de l'Oraison dominicale, par le docteur saint Thomas d'Aquin, de l'ordre des Frères prêcheurs.

L'abbé FOURNET.

regnum Dei, » quantum ad primum; « et justitiam ejus, » quantum ad secundum; « et hæc omnia adjicientur vobis, » quantum ad tertium. Illa autem quæ vitanda sunt et fugienda, sunt illa quæ contrariantur bono. Bonum autem quod primo desiderabile est, est quadruplex, ut dictum est. Et primum est gloria Dei, et huic nullum malum est contrarium. Job, XXXV : « Si peccaveris, quid ei noceris? Si juste egeris, quid donabis ei? » Nam et de malo in quantum punit, et de bono in quantum remunerat, resultat gloria Dei. Secundum bonum est vita æterna, et huic contrariatur peccatum, quia per peccatum perditur :

et ideo ad hoc removendum dicimus : « Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus, etc. » Tertium bonum est justitia, et bona opera, et huic contrariatur tentatio, quia tentationes impediunt nos à bono operando : ad hoc removendum petimus : « Et ne nos inducas in tentationem. » Quartum bonum sunt bona necessaria, et huic contrariantur adversitates et tribulationes : et ad hoc removendum petimus : « Sed libera nos à malo, Amen. »

Explicit expositio Orationis Dominicæ secundum S. Thomam de Aquino ordinis prædicatorum.

OPUSCULE VIII.

TRÈS-PIEUSE EXPOSITION DE LA SALUTATION ANGÉLIQUE, OU AVE MARIA,
DU MÊME DOCTEUR SAINT THOMAS D'AQUIN.

« Je vous salue, Marie, pleine de grace, le Seigneur est avec vous. » Cette salutation contient trois parties; l'ange a composé la première, qui est celle-ci : « Je vous salue, pleine de grace, le Seigneur est avec vous, vous êtes bénie entre toutes les femmes. » La seconde est l'œuvre d'Elisabeth, mère de Jean-Baptiste; elle est renfermée dans ces paroles : « Béni le fruit de votre ventre. » L'Eglise a ajouté la troisième, qui ne contient que ce mot : « Marie. » L'ange n'a pas dit, en effet, Je vous salue, Marie, mais, « Je vous salue, pleine de grace. » Ce nom de Marie convient aux paroles de l'ange, comme nous allons le prouver par son interprétation. Il faut donc savoir, pour ce qui est de la première partie, qu'anciennement l'opposition des anges aux hommes étoit une chose très-importante; les hommes aussi tenoient pour un honneur souverain de les révéler. C'est pourquoi il est écrit, à la louange d'Abraham, qu'il a donné aux anges l'hospitalité, et qu'il leur a fait la révérence. Mais qu'un ange fit la révérence à un homme, c'est une chose inouïe, avant qu'il eût salué la bienheureuse Vierge, disant : « Je vous salue. » La raison pour laquelle, dans l'antiquité, l'ange ne révérait pas l'homme, et que celui-ci révérait l'ange, c'est parce que l'ange étoit plus grand que l'homme, et cela sous trois rapports.

OPUSCULUM VIII.

INCIPIT EJUSDEM DEVOTISSIMA EXPOSITIO SUPER SALUTATIONE ANGELICA, SCILICET.
AVE MARIA.

« Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum. » In salutatione ista continentur tria. Unam partem fecit Angelus. scilicet : « Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. » Aliam partem fecit Elisabeth, mater Joannis Baptistæ, scilicet : « Benedictus fructus ventris tui. » Tertiam partem addidit Ecclesia, scilicet Maria. Nam Angelus non dixit : Ave, Maria, sed : « Ave, gratia plena. » Et hoc nomen, scilicet MARIA, secundum suam interpretationem convenit dictis Angeli, sicut patebit. Est ergo circa primum considerandum, quod antiquitus erat valde magnum, quod angeli apparerent hominibus; vel quod homines facerent eis reverentiam, habebant pro maxima laude. Unde et ad laudem Abrahamæ scribitur, quod recepit angelos hospitio, quod exhibit eis reverentiam. Quod autem angelus faceret homini reverentiam, nunquam fuit auditum, nisi postquam salutavit beatam Virginem, reverenter dicens : Ave. Quod autem antiquitus non reverebatur hominem angelus, sed homo angelum, ratio est, quia angelus erat major homine, et hoc quantum ad tria. Primo, quantum ad dignitatem, ratio est. Nam angelus est na-

Il lui étoit, premièrement, supérieur en dignité, et ce qui le prouve, c'est que, de sa nature, l'ange est spirituel. Il est écrit, Psaume CXXX : « Il a fait ses anges des esprits, etc.... » Pour l'homme, lui, il est d'une nature corruptible; c'est ce qui faisoit dire à Abraham : « Je parlerai au Seigneur, moi qui suis cendre et poussière! » Il ne convenoit donc pas que la créature spirituelle et incorruptible révérait la créature corruptible, c'est-à-dire l'homme.

Il lui étoit, secondement, supérieur, par les rapports plus immédiats qu'il a avec Dieu. L'ange, en effet, est le familier du Très-Haut, il est comme son assistant. Daniel dit, ch. VII : « Un million d'anges le servoient, et mille millions assistoient devant lui. » Mais l'homme est comme étranger, comme exilé loin de Dieu par le péché. Il est écrit, Psaume LIV : « Fuyant, je me suis éloigné. » Il convient donc à l'homme de révéler l'ange, comme plus proche et plus familier du Roi.

Il lui étoit supérieur, troisièmement, par la plénitude de la splendeur de la grace divine. Les anges, en effet, participent pleinement à la lumière divine. Job dit, ch. XXV : « Le nombre de ses soldats est-il connu? et sur lequel ne se lèvera pas sa lumière? » Et c'est ce qui fait qu'il apparoit toujours lumineux. Mais pour les hommes, bien qu'ils aient quelque part à la lumière de la grace, cette lumière cependant est petite, et ils sont comme dans l'obscurité. Il ne convenoit donc pas que l'ange révérait l'homme, jusqu'à ce qu'il se fût trouvé dans la nature humaine quelqu'un qui, sur ces trois points, fût supérieur à l'ange; et cette créature, ce fut la bienheureuse Vierge. Et c'est pour montrer qu'en ces trois points elle lui étoit supérieure, qu'il voulut la révéler; ce qui lui fit dire : « Je vous salue. » De là, la bienheureuse Vierge a surpassé les anges en ces trois choses; et d'abord par la plénitude de la grace, qui est plus grande dans la bien-

tura spiritualis. *Psalm.* CXXX : « Qui facit angelos suos spiritus, etc. » Homo vero est natura corruptibilis. Unde dicebat Abraham : « Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis. » Non ergo erat decens, ut spiritualis et incorruptibilis creatura reverentiam exhiberet corruptibili, scilicet homini. Secundo, quantum ad familiaritatem ad Deum. Nam angelus est Deo familiaris, utpote assistens. *Dan.*, VII : « Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei. » Homo vero est quasi extraneus et elongatus à Deo per peccatum. *Psalm.* LIV : « Elongavi fugiens. » Ideo conveniens est ut homo reveratur angelum, utpote propinquum et familiarem Regis. Tertio, præeminebat propter plenitudinem splendoris gratiæ di-

vinæ. Angeli enim participant ipsum lumen divinum in summa plenitudine. *Job*, XXV : « Numquid est numerus militum ejus, et super quem non surget lumen ejus? » Et ideo semper apparet cum lumine. Sed homines etsi aliquid participant de ipso lumine gratiæ, parum tamen et in obscuritate quadam. Non ergo decens erat, ut homini reverentiam exhiberet quousque aliquis inveniretur in humana natura, qui in his tribus excederet angelos, et hæc fuit beata Virgo. Et ideo ad designandum, quod in his tribus excedebat eum, voluit ei angelus reverentiam exhibere, unde dixit : Ave. Unde beata Virgo excessit angelos in iis tribus. Et primo in plenitudine gratiæ, quæ magis est in beata Virgine, quam in aliquo angelo, et ideo ad insinuan-

heureuse Vierge que dans lequel que ce soit des anges; et c'est pour l'insinuer que l'ange lui a fait la révérence, disant : « pleine de grace, » comme s'il disoit je vous révère, parce que vous l'emportez sur moi par la plénitude de la grace. La bienheureuse Vierge est pleine de grace quant à trois choses.

Premièrement, quant à l'ame, dans laquelle elle eut la plénitude de la grace. Dieu, de fait, donne la grace pour deux choses, à savoir, pour faire le bien et pour éviter le mal; et, pour ce qui est de ces deux choses, la bienheureuse Vierge eut la grace la plus parfaite. Après Jésus-Christ, elle évita le péché d'une manière plus parfaite que nul autre saint. Le péché, en effet, est, ou originel, et elle fut pure dès le sein de sa mère, ou mortel ou véniel, et elle fut exempte de ceux-ci. C'est pourquoi il est écrit au livre des Cantiques, ch. IV : « Vous êtes toute belle, ma bien-aimée, il n'y a pas en vous de souillures. » Saint Augustin dit, dans son livre de la Nature et de la Grace : « Si, excepté la sainte vierge Marie, on interrogeoit tous les saints et saintes qui ont vécu ici-bas s'ils ont été sans péchés, ils s'écrieroient d'une voix unanime : Si nous disons que nous sommes sans péché, nous nous trompons nous-mêmes, la vérité n'est pas en nous. Exceptez donc, dis-je, cette sainte Vierge, de laquelle, pour l'honneur du Seigneur, quand il s'agit du péché, je ne veux nullement parler. » Nous savons qu'il lui a été donné plus de grace pour vaincre le péché, sous quelque forme qu'il se présentât; elle a mérité de concevoir et d'enfanter celui qui, comme il est constant, ne fut souillé d'aucun péché. Mais Jésus-Christ l'a emporté sur la bienheureuse Vierge, en ce qu'il a été conçu et qu'il est né sans le péché originel; pour la bienheureuse Vierge, elle a été conçue dans le péché originel, mais elle n'est pas née en lui. La bienheureuse Vierge pratiqua même toutes les vertus d'une manière parfaite; pour les autres

dum hoc angelus ei reverentiam exhibuit dicens : « Gratia plena, » quasi diceret : Ideo exhibeo tibi reverentiam, quia excellis in plenitudine gratiæ. Dicitur autem beata Virgo plena gratia quantum ad tria. Primo, quantum ad animam, in qua habuit omnem plenitudinem gratiæ. Nam gratia Dei datur ad duo, scilicet ad bonum operandum, et ad vitandum malum, et quantum ad ista duo perfectissimam gratiam habuit beata Virgo. Nam ipsa omne peccatum vitavit magis quam aliquis sanctus post Christum. Peccatum enim aut est originale, et de isto fuit mundata in utero; aut mortale aut veniale, et de istis libera fuit. Unde *Cantic.*, IV : « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. » Augustinus in libro *De natura et gratia* :

« Excepta sancta Virgine Maria, si omnes sancti et sanctæ cum hinc viverent, interrogati fuissent utrum sine peccato essent, omnes una voce clamassent : Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Excepta, inquam, hac sancta Virgine, de qua propter honorem Domini cum de peccato agitur, nullam prorsus volo quæstionem habere. » Scimus enim quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad peccatum ex omni parte vincendum, quæ illum concipere et parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Sed Christus excellit beatam Virginem in hoc quod sine originali conceptus et natus est, beata autem Virgo in originali est concepta, sed non nata. Ipsa etiam omnium virtutum

saints, ils en pratiquèrent quelques-unes d'une manière plus spéciale; l'un pratiqua surtout l'humilité, l'autre, la chasteté, un autre, la miséricorde; c'est ce qui les fait donner comme les modèles de vertus particulières : ainsi le bienheureux Nicolas est un modèle de miséricorde, etc.... Mais la bienheureuse Vierge, elle, est le modèle de toutes les vertus, parce qu'en elle vous trouverez un modèle d'humilité. Il est écrit en saint Luc, ch. I : « Voici la servante du Seigneur; » et plus loin : « Il a regardé l'humilité de sa servante. » Elle est un modèle de chasteté : « Je n'ai connu aucun homme; » elle est, comme il est facile de le voir, le modèle de toutes les vertus. Ainsi donc elle est pleine de grace, et pour faire le bien, et pour éviter le mal.

Elle fut, secondement, pleine de grace, au point que de l'ame elle rejaillit encore sur la chair ou le corps. Pour les saints, avoir reçu assez de graces pour sanctifier l'ame, c'est en avoir reçu de grandes; mais l'ame de la bienheureuse Vierge en fut si pleine, que de celle-ci elle se répandit sur la chair, au point que, de cette même chair, elle conçut le Fils de Dieu; ce qui fait dire à Hugues de Saint-Victor : « Parce que l'amour du Saint-Esprit brûloit dans son cœur, c'est pour cela qu'il opéroit dans sa chair des choses merveilleuses, au point que d'elle naquit un Dieu homme. » Il est écrit en saint Luc, ch. I : « Le Saint qui naîtra de vous sera appelé le Fils de Dieu. »

Elle en fut pleine, troisièmement, au point d'en répandre sur tous les autres hommes. C'est beaucoup pour chaque saint, quand il a assez de grace pour qu'elle suffise au salut de plusieurs hommes; mais en avoir qui suffisent au salut de tous les hommes, voilà qui est immense; et c'est ce qui existe en Jésus-Christ et dans la bienheureuse Vierge. Dans toute espèce de périls vous pouvez, en effet, obtenir de la glorieuse Vierge le salut. C'est pour cela qu'il est dit au

opera exercuit, alii autem sancti specialia quædam, quia alius fuit humilis, alius castus, alius misericors, et ideo ipsi dantur in exemplum specialium virtutum, sicut beatus Nicolaus in exemplum misericordiæ, etc. Sed beata Virgo in exemplum omnium virtutum, quia in ea reperis exemplum humilitatis. *Luc.*, I : « Ecce ancilla; » et post : « Respexit humilitatem ancillæ suæ. » Castitatis, « quoniam virum non cognosco, » et omnium virtutum, ut satis patet. Sic ergo plena est gratia beata Virgo, et quantum ad boni operationem, et quantum ad mali vitationem. Secundo, plena fuit gratia quantum ad redundantiam animæ ad carnem vel corpus. Nam magnum est in sanctis habere tantum de gratia, quod sanctificet animam; sed anima

beatæ Virginis ita fuit plena, quod ex ea refudit gratiam in carnem, ut de ipsa conciperet Filium Dei : et ideo dicit Hugo de S. Victore : « Quia in corde ejus amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne ejus mirabilia faciebat, in tantum quod de ea nasceretur Deus et homo. » *Luc.*, I : « Quod enim nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. » Tertio, quantum ad refusionem in omnes homines. Magnum enim est in quolibet sancto, quando habet tantum de gratia, quod sufficit ad salutem multorum; sed quando haberet tantum, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de mundo, hoc esset maximum, et hoc est in Christo et in beata Virgine. Nam in omni periculo potes salutem obtinere ab ipsa Virgine gloriosa. Unde *Cantic.*, IV : « Mille

livre des Cantiques, ch. IV : « Mille boucliers, c'est-à-dire mille remèdes sont suspendus contre les périls, etc.... » Vous pouvez de même l'avoir pour soutien dans toute œuvre de vertu ; et c'est ce qui lui fait dire dans l'Écclésiastique, ch. XLIV : « En moi est tout espoir de vie et de vertu. » Ainsi donc elle est pleine de grâce, et elle surpasse les anges par la plénitude de la grâce, et elle a pour cela reçu le nom de Marie, que l'on interprète par illuminé en soi-même. C'est ce qui fait dire à Isaïe, ch. LVIII : « Il remplira ton ame de splendeur ; » elle servira de lumière aux autres dans l'univers entier, et pour cela elle est comparée au soleil et à la lune.

Elle l'emporte, secondement, en familiarité avec Dieu sur les anges, et c'est pour l'apprendre aux anges qu'il dit : « le Seigneur est avec vous, » comme s'il disoit, je vous révère parce que vous êtes plus familière avec Dieu que moi, car le Seigneur est avec vous.

Le Seigneur, dit-il, est avec elle comme père, ils ont le même Fils, ce que n'eut aucun ange ni aucune créature. Saint Luc dit, ch. I : « Le Saint qui naîtra de vous sera appelé Fils de Dieu ; » Dieu le Fils dans le sein ; « Isaïe dit : « Maison de Sion, tressaillez de joie et bénissez Dieu, parce que le Grand, le Saint d'Israël est parmi vous. » Le Seigneur est donc avec la bienheureuse Vierge d'une manière toute différente de celle par laquelle il est avec l'ange, parce qu'il est avec elle comme Fils, et avec l'ange comme Seigneur. L'Esprit saint est en elle comme dans son temple ; d'où il est écrit : « Temple du Seigneur, sanctuaire de l'Esprit saint, » parce qu'elle a conçu de l'Esprit saint. Il est dit dans saint Luc, ch. I : « L'Esprit saint viendra en elle, etc... ; » donc la bienheureuse Vierge a des rapports plus intimes avec Dieu que les anges, parce que le Seigneur est avec elle et comme Père, et comme Fils, et comme Saint-Esprit, c'est-à-dire que la Trinité tout entière est avec elle. C'est ce qui fait chanter d'elle

clypei, » id est, remedia contra pericula, « pendent, etc. » Item, in omni opere virtutis potes eam habere in adjutorium ; et ideo dicit ipsa, *Eccles.*, XXIV : « In me omnis spes vitæ et virtutis. » Sic ergo plena est gratia, et excedit angelos in plenitudine gratiæ, et propter hoc convenienter vocatur Maria, quæ interpretatur illuminata in se. Unde *Isai.*, LVIII : « Implebit splendoribus animam tuam ; » et illuminatrix in alios, quantum ad totum mundum, et ideo assimilatur soli et lunæ. Secundo, excellit angelos in familiaritate diviâ, et ideo hoc designans angelus, dixit : « Dominus tecum, » quasi dicat : Ideo exhibeo tibi reverentiam, quia tu familiarior es Deo quam ego, nam Dominus est tecum. Dominus, inquit, Pater cum

eodem Filio, quod nullus angelus, nec aliqua creatura habuit. *Luc.*, I : « Quod enim nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. » Deus Filius in utero. *Isai.*, XII : « Exulta et lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. » Aliter est ergo Dominus cum beata Virgine, quam cum angelo, quia cum ea ut Filius, cum angelo ut Dominus. Dominus Spiritus sanctus, sicut in templo, unde dicitur : « Templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, quia concepit ex Spiritu sancto. » *Luc.*, I : « Spiritus sanctus superveniet in te. » Sic ergo familiarior cum Deo est beata Virgo, quam angelus, quia cum ipsa Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus, scilicet tota Trinitas. Unde cantatur de ea : « Totius Trinitatis

qu'elle est le digne siège de la Trinité entière. Mais pour ce mot : « le Seigneur soit avec vous, » il est le mot le plus parfait qui puisse lui être adressé. C'est donc avec justice que l'ange révère la bienheureuse Vierge, parce qu'elle est la mère de Notre-Seigneur, et qu'ainsi elle est notre souveraine. Donc ce nom de Marie, qui, en langue syriaque, signifie maîtresse, lui convient.

La bienheureuse Vierge, troisièmement, l'emporte sur les anges en pureté; elle n'étoit pas seulement, en effet, pure en elle-même, mais elle a encore procuré aux autres la pureté. Elle fut, en effet, très-pure quant à la faute, parce que, Vierge, elle ne commit ni péché mortel ni péché véniel; elle fut de même pure quant à la peine. Trois malédictions ont été prononcées contre les hommes à cause du péché.

La première fut prononcée contre la femme, c'est qu'elle concevrait dans la corruption, que sa gestation seroit pénible, et qu'elle enfanteroit dans la douleur. Mais la bienheureuse Vierge ne fut point soumise à cette malédiction, parce qu'elle conçut sans aucune espèce de corruption, sa gestation fut pleine de consolation, et elle enfanta le Sauveur dans la joie. Il est dit dans *Isaïe*, ch. XXXV : « Elle poussera et elle germera dans l'effusion de la joie et de la louange. »

La seconde fut prononcée contre l'homme, et c'est qu'il mangerait son pain à la sueur de son front. La bienheureuse Vierge fut exempte de cette malédiction, parce que, comme dit l'Apôtre, *Épître aux Corinthiens*, ch. VII : « Les Vierges sont libres des soucis du monde, elles ne s'occupent que du service de Dieu. »

La troisième fut commune à l'homme et à la femme, c'est qu'ils deviendroient poussière; et la bienheureuse Vierge en fut préservée, parce qu'elle fut enlevée avec son corps dans le ciel. Il est dit, *Psaume CXXXI* : « Levez-vous, Seigneur, pour entrer dans votre repos, vous et l'arche où éclate votre sainteté. » Ainsi donc elle fut

nobile triclinium. » Hoc autem verbum : « Dominus tecum, » est nobilior verbum quod sibi dici possit. Merito ergo angelus reveretur beatam Virginem, quia mater Domini, et ideo domina est. Unde convenit ei hoc nomen, Maria, quod Syra lingua interpretatur Domina. Tertio, excedit angelos quantum ad puritatem, quia beata Virgo non solum erat pura in se, sed etiam procuravit puritatem aliis. Ipsa enim purissima fuit, et quantum ad culpam, quia ipsa Virgo nec mortale nec veniale peccatum incurrit. Item, quantum ad poenam. Tres enim maledictiones datæ sunt hominibus propter peccatum. Prima data est mulieri, scilicet quod cum corruptione conciperet, cum gravamine portaret, et

in dolore pareret. Sed ab hac immunis fuit beata Virgo, quia sine corruptione concepit, in solatio portavit, et in gaudio peperit Salvatorem. *Isai.*, XXXV : « Germinans germinabit exultabunda et laudans. » Secunda data est homini, scilicet quod in sudore vultus vesceretur pane suo. Ab hac immunis fuit beata Virgo, quia ut dicit Apostolus, I. *ad Cor.*, VII : « Virgines solutæ sunt à cura hujus mundi, et soli Deo vacant. » Tertia fuit communis viris et mulieribus, scilicet ut in pulverem reverterentur. Et ab hac immunis fuit beata Virgo, quia cum corpore assumpta est in cælum. Credimus enim quod post mortem resuscitata fuerit, et portata in cælum. *Psalm.* CXXXI : « Surge, Domine, in re-

exempte de toute malédiction, et par conséquent bénie entre toutes les femmes, parce que c'est elle-même qui leva la malédiction, apporta la bénédiction, ouvrit la porte du paradis, et, ce qui est plus encore, le nom de Marie, qui signifie étoile de la mer, lui convient, parce que, comme l'étoile de la mer conduit au port les navigateurs, de même Marie conduit les chrétiens à la gloire. « Béni le fruit de votre ventre. » Le pécheur quelquefois cherche dans un objet ce qu'il ne lui est pas donné d'obtenir; pour le juste, il l'y trouve. Il est écrit au livre des Proverbes, ch. XIII : « Le bien du pécheur est conservé pour le juste. » Ainsi Eve chercha le fruit, et elle n'y trouva pas tout ce quelle avoit désiré; la bienheureuse Vierge, au contraire, trouva dans son fruit tout ce qu'Eve avoit désiré. Eve, en effet, désira trouver dans son fruit trois choses. Elle désira y trouver d'abord ce que le démon lui promit faussement, à savoir, qu'ils seroient comme des dieux, sachant le bien et le mal. « Vous serez, dit ce menteur, comme des dieux, » ainsi qu'il est écrit dans la Genèse, ch. III : Il mentit, parce que, « père du mensonge, il est de sa nature menteur. » Eve, par la manducation du fruit, loin de devenir semblable à Dieu, lui devint tout-à-fait dissemblable, parce que, par son péché, elle s'éloigna de Dieu, son salut, et fut chassée du paradis. La bienheureuse Vierge trouva, et tous les chrétiens avec elle, cet avantage dans le fruit de ses entrailles, parce que, par le Christ, nous sommes unis et assimilés à Dieu. Il est écrit dans saint Jean, première Eptre, ch. III : « Lorsqu'il aura apparu, nous serons semblables à lui, etc... »

Eve, en second lieu, désira en son fruit le bonheur, parce qu'il étoit doux à manger; mais elle ne l'y trouva pas, parce que aussitôt elle s'aperçut qu'elle étoit nue, et elle y trouva la source de la douleur; dans le fruit de la Vierge, nous trouvons le salut et le bonheur. Il est dit dans saint Jean, ch. VI : « Celui qui mange ma chair a la vie

quem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ. » Sic ergo immunis fuit ab omni maledictione, et ideo benedicta in mulieribus, quia ipsa sola maledictionem sustulit, et benedictionem portavit, et januam paradisi aperuit, et ideo convenit ei nomen MARIA, quæ interpretatur stella maris; quia sicut per stellam maris navigantes diriguntur ad portum, ita christiani diriguntur per Mariam ad gloriam. « Benedictus fructus ventris tui. » Peccator aliquando quærit in aliquo quod non potest consequi, sed consequitur illud justus. *Proverb.*, XIII : « Custoditur justo substantia peccatoris. » Sic Eva quæsit fructum, et in illo non invenit omnia quæ desideravit : beata autem Virgo in fructu suo invenit omnia quæ desideravit Eva. Nam Eva in fructu suo

tria desideravit. Primo, id quod falso promisit ei diabolus, scilicet quod essent sicut Dii, scientes bonum et malum. « Eritis, inquit ille mendax, sicut Dii, » sicut dicitur *Genes.*, III. Et mentitus est, quia « mendax est, et pater ejus. » Nam Eva propter esum fructus non est facta similis Deo, sed dissimilis, quia peccando recessit à Deo salutari suo, unde et expulsa est de paradiso. Sed hoc invenit beata Virgo, et omnes christiani in fructu ventris sui, quia per Christum conjungimur et assimilamur Deo. I. *Joan.*, III : « Cum apparuerit, similes ei erimus, etc. » Secundo, in fructu suo Eva desideravit delectationem, quia bonus ad edendum; sed non invenit, quia statim cognovit se nudam, et habuit dolorem : sed in fructu Virginis suavitatem

éternelle. » Le fruit d'Eve, troisièmement, étoit d'un aspect charmant ; mais le fruit de la Vierge est encore plus beau ; le désir des anges est de contempler sa face. Il est écrit, Psaume XLIV : « Il est d'une forme plus belle que celle des enfants des hommes ; » et cela , parce qu'il est la splendeur de la gloire du Père. Il ne fut donc pas possible à Eve de trouver dans son fruit ce que personne ne sauroit trouver dans le péché. Cherchons par conséquent dans le fruit de la Vierge ce que nous désirons. Mais c'est ici le fruit béni de Dieu, parce qu'il l'a tellement comblé de graces, qu'il vient parmi nous entouré du respect de Dieu même. Il est dit, Epître aux Ephésiens, chap. I : « Béni soit Dieu et le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, qui nous a comblés en Jésus-Christ de toutes sortes de bénédictions spirituelles pour le ciel. » Il est révééré par les anges de l'Apocalypse, qui disent aussi, ch. VII : « Bénédiction, lumière, sagesse, action de grace, honneur, puissance et force à notre Dieu. » Il l'est par les hommes ; saint Paul dit, Epître aux Philippiens, ch. II : « Que toute langue confesse, etc. » Il est aussi écrit, Psaume CXVII : « Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur. » Ainsi donc la Vierge elle aussi fut bénie ; mais son fruit le fut plus encore qu'elle.

Fin du huitième Opuscule ou exposition de la Salutation angélique de saint Thomas d'Aquin, de l'ordre des Frères prêcheurs.

L'Abbé FOURNET.

invenimus et salutem. *Joan.*, VI : « Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam. » Tertio, fructus Evæ erat pulcher aspectu ; sed pulchrior fructus Virginis, in quem desiderant angeli prospicere. *Psal.* XLIV : « Speciosus forma præ filiis hominum ; » et hoc est, quia est splendor paternæ gloriæ. Non ergo potuit invenire Eva in fructu suo, quod nec quilibet peccator in peccatis. Et ideo quæ desideramus, quæramus in fructu Virginis. Est autem hic fructus benedictus à Deo, quia sic replevit eum omni gratia, quod pervenit ad nos exhibendo ei reverentiam. *Ephes.*, I : « Benedictus Deus et Pater Domini nostri

Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in Christo. » Ab angelis, *Apoc.*, VII : « Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro. » Ab hominibus, Apostolus, *Philip.*, II : « Omnis lingua confiteatur, etc. » *Psal.* CXVII : « Benedictus qui venit in nomine Domini. » Sic ergo et Virgo benedicta ; sed et magis benedictus fructus ejus.

Explicit Opusculum octavum, vel expositio Salutationis angelicæ, secundum S. Thomam de Aquino, ordinis Prædicatorum.

OPUSCULE IX.

RÉPONSE DE SAINT THOMAS D'AQUIN AU FRÈRE JEAN DE VERGEIL, SUPÉRIEUR GÉNÉRAL DE L'ORDRE DES FRÈRES PRÊCHEURS, AUX CENT HUIT ARTICLES TIRÉS DE L'OUVRAGE DE PIERRE DE TARENTEISE.

QUESTION PREMIÈRE.

Il faut d'abord remarquer que la raison de quoi que ce soit est ce que signifie le nom de la chose, comme, par exemple, l'idée de la raison d'une pierre est ce qu'exprime ce mot. Les termes sont les signes des idées : aussi la raison d'une chose quelconque exprimée par un mot, est l'idée de notre intellect rendue par ce mot. Or cette conception de l'intelligence est dans l'intellect comme dans son sujet, et dans la chose conçue comme dans son objet. Car les idées sont comme les images des choses conçues. Et si l'opération de l'esprit ne représentoit pas la chose conçue, elle seroit une idée fausse, comme, par exemple, s'il se figuroit être une pierre ce qui ne le seroit pas. Donc la raison de la pierre est dans notre intelligence, comme dans son sujet et dans la pierre, ce qui est une vraie affirmation de notre intelligence, qui croit être une pierre ce qui l'est en effet. Lors donc que l'intelligence comprend une chose, elle la rend parfaitement dans une seule idée, et ainsi plusieurs idées représentent plusieurs choses. Notre intelligence ne peut comprendre Dieu, ni, dans la vie présente, le voir dans son essence, mais seulement en avoir une connoissance

OPUSCULUM IX.

RESPONSIO EJUSDEM AD FRATREM JOANNEM VERCELLENSEM, GENERALEM MAGISTRUM ORDINIS PRÆDICATORUM, DE ARTICULIS CENTUM ET OCTO, SUMPTIS EX OPERE PETRI DE TARANTASIO.

QUÆSTIO I.

Primo considerandum est, quod ratio cujuslibet est, quam significat nomen ejus, sicut ratio lapidis est quam significat nomen ejus. Nomina autem sunt signa intellectuum conceptionum : unde ratio uniuscujusque rei significata per nomen, est conceptio intellectus, quam significat nomen. Hæc autem conceptio intellectus est quidem in intellectu sicut subjecto, in re autem intellecta sicut in representato. Nam conceptiones intellectuuum sunt similitudines

quædam rerum intellectuarum. Si autem conceptio intellectus non assimilaretur rei, falsa esset conceptio de re illa, sicut intelligeret esse lapidem quod non est lapis. Ratio igitur lapidis est quidem in intellectu sicut in subjecto, in lapide autem sicut in eo quod causat veritatem in conceptione intellectus intelligendi lapidem talem esse. Cum igitur intellectus rem aliquam comprehendit, una conceptione perfecte illam rem representat, et sic diversas conceptiones contingit esse diversarum rerum. Intellectus autem noster Deum compreheu-

telle quelle, par les objets de la nature. Mais les perfections des créatures, comme la sagesse, la volonté et autres semblables, nous donnent une idée, quoique très-imparfaite, de la divine perfection. Par là même, en effet, qu'une créature est sage, elle a quelque point de ressemblance avec la divine sagesse : de même aussi en ce qu'elle est puissante ou capable de vouloir, de manière cependant que tous ce qu'il y a de qualités et de perfection dans la créature, soit aussi renfermé en Dieu, qui est la cause efficiente et productrice de toutes les créatures; mais en un degré bien plus éminent, à cause de la simplicité de son essence. Et de même notre intelligence, recevant une idée par le moyen des créatures, par une suite de raisonnements, est assimilée à une essence divine, quoique imparfaitement. Ainsi la bonté, la sagesse, la puissance et les autres attributs de Dieu qui nous sont connus, diffèrent en raison à cause des différentes conceptions de notre intelligence, bien qu'elles soient une dans le fait, parce que l'essence divine, qui est une et simple, ne parvient à notre intelligence qu'à l'aide de plusieurs idées, comme plusieurs choses nous représentent l'essence divine sous plusieurs formes. Ainsi on peut parfaitement comprendre ce que nous disons en premier lieu : que toute perfection est née véritablement en Dieu, parce que la véritable raison de bonté n'étant pas la raison de sagesse, il faut qu'elles diffèrent en raison dans l'être de Dieu, parce que, étant en lui par mode simple, elles sont les mêmes dans le fait. On a tort quand on nous fait cette objection, que la différence de la bonté et de la sagesse est en Dieu, et non dans l'intelligence de l'homme. Car notre adversaire n'a pas compris cette pensée, parce qu'en disant que ces attributs sont en Dieu, lorsqu'on les affirme de Dieu, ils diffèrent en raison, c'est-à-dire, par les différentes conceptions de notre intelligence, qui

dere non potest, nec ipsum in essentia sua videre in statu viæ, sed aliquantulum ex rebus creatis ipsum cognoscit : diversæ autem perfectiones rerum creaturarum, puta sapientia, voluntas et hujusmodi representant quidem imperfecte divinam perfectionem. Ex hoc enim quod aliqua creatura est sapiens, aliquantulum accedit ad divinam similitudinem : similiter ex hoc quod est potens, et ex hoc quod est volens, ita tamen quod quicquid perfectionis seu nobilitatis competit creature, etiam Deo competit, qui est creaturarum causa effectiva æquivoca, sed tamen hæc diversa eminentius competunt Deo secundum simplicem essentiam suam. Et similiter intellectus noster ex rebus creatis sententiam accipiens per diversas conceptiones assimilatur uni divinæ essentiæ, licet imperfecte. Sic igitur bonitas, sapientia et potentia, et si quid

aliud hujusmodi dicimus, differunt ratione propter diversas conceptiones intellectus nostri, sed sint idem re, quia essentia divina est una et eadem, quam intellectus noster diversis conceptionibus representat. sicut etiam diversæ res representant essentiam divinam diversis formis. Sic igitur sane intelligi potest quod primo ponitur : quia omnis perfectio est in Deo verissime, cum alia sit sapientiæ, alia bonitatis verissima ratio, oportet quod hæc in Deo differant ratione ; quia vero modo simplici in ipso sunt, sunt idem re. Calumniose autem contra hæc objicitur, quod ipsa differentia sapientiæ et bonitatis in Deo sit, et non solum in intellectu creato. Non enim hæc intellexit scribens, sed quod in Deo, id est, cum de Deo dicuntur, differunt ratione, id est, secundum diversas conceptiones intellectus nostri, quæ unam divinam es-

nous représente l'essence divine une et simple, quoique d'une manière très-imparfaite. Or il est clair, par tout ce que nous avons dit, que la raison dont il est question ici est dans l'intelligence comme dans son sujet, et dans l'essence divine comme dans son objet. De même ce que l'on objecte en second lieu, que la raison de bonté renferme en soi la sagesse, parce que la bonté divine est sagesse, n'est pas exact, est faux, parce que la bonté divine est la sagesse divine, parce qu'elle est divine, et non parce qu'elle est bonté; et elle n'est pas bonté, parce qu'elle est sagesse. Or cela seulement appartient à la raison de bonté et de sagesse, qui convient à la bonté en tant que bonté, et à la sagesse en tant que sagesse. Enfin, la troisième objection n'a pas plus de valeur. Car on ne peut pas regarder comme raison de la bonté et de la sagesse ce qui convient à ces deux attributs, en tant que divins, mais ce qui convient à la bonté en tant que bonté, et à la sagesse en tant que sagesse, comme nous l'avons dit.

QUESTION II.

On voit, par ces prémisses, qu'on peut très-facilement comprendre ce que nous disons en second lieu, savoir, que la raison qui différencie les attributs de Dieu, repose en partie sur son objet et en partie sur notre intelligence. Il est nécessaire pourtant que leur différence s'appuie sur l'un et l'autre. Car les raisons de la différence de ces attributs ont leur raison d'être dans notre intellect comme dans leur sujet; et dans leur objet, comme les images de l'essence divine, par le mode qui leur est propre. Ainsi on dit la raison d'une pierre est fondée sur son objet, parce que notre intellect nous représente une pierre. Et ce qu'on nous oppose en disant que ce qui est essentiellement un, ne peut avoir de raison de différence, est tout-à-fait faux,

sentiam representent, licet imperfecte. Patet enim jam ex dictis, quod ratio de qua mentio fit, est quidem in intellectu sicut in subjecto, in essentia autem divina sicut in representato. Item, quod secundo objicitur, quod ratio bonitatis divinæ includit in se sapientiam, quia bonitas divina est sapientia, non valet, quia bonitas divina est divina sapientia ex hoc quod est divina; non ex hoc quod est bonitas, neque ex hoc quod est sapientia, est bonitas. Hoc autem pertinet ad rationem bonitatis et sapientie, scilicet quod competit bonitati in quantum est bonitas, et sapientie in quantum sapientia. Unde patet quod etiam tertium non valet. Non enim pertinet ad rationem bonitatis et sapientie, quod huic vel illi convenit in quantum est divina, sed quod competit bonitati in quantum est bonitas, et sapientie in quantum est sapientia, ut dictum est.

QUÆSTIO II.

Ex præmissis etiam patet, quod sanum intellectum habere potest quod secundo ponitur: scilicet ratio, qua differunt divina attributa, partim fundatur super rem, partim super intellectum. Oportet tamen quod aliter et aliter fundentur super utrumque. Nam rationes quibus attributa differunt, fundantur in intellectu nostro, quia sunt in eo sicut in subjecto. Fundantur autem super rem, quia sunt similitudines quædam representantes essentiam divinam suo modo. Sic enim dicitur ratio lapidis fundati super rem, in quantum conceptio intellectus representat lapidem. Quod autem in contrarium objicitur, scilicet id quod omnino unum est, non est diversitatis fundamentum, patet esse falsum ex præmissis. Nam eadem divina essentia à

d'après ce que nous avons dit. Car la nature divine nous est représentée par différentes choses, soit dans notre intelligence, soit dans la nature. Et pourtant l'auteur que nous combattons a cru que les raisons des divers attributs étoient dans l'essence divine comme sur leur objet, à l'aide des différentes idées de notre intelligence représentée par des noms différents. Et cependant cet écrivain a pensé que les raisons de ses différents attributs sont dans l'essence divine comme dans leur objet, représenté par différentes conceptions de notre intellect, lesquelles ont des noms différents.

QUESTION III.

De ces prémisses on peut facilement comprendre ce qu'on dit en troisième lieu ; c'est-à-dire que la diversité de raison, de puissance, de sagesse, de bonté, est dans l'intellect comme dans son sujet, et dans Dieu comme dans son objet, ce qui est la raison et le fondement de cette vérité. Pourvu cependant qu'on l'entende en ce sens, qu'elle sert de fondement à la vérité en tant qu'elle est représentée par chaque idée de notre intellect, qui saisit ces divers attributs, mais non en ce sens que la diversité des attributs de Dieu veuille signifier qu'il y a diversité en Dieu, comme on nous l'objecte. Car cette diversité d'idées ou de raisons n'a pas sa source dans la diversité qui est en Dieu, mais bien dans l'impuissance de notre intellect, qui, ne saisissant les attributs de Dieu qu'à l'aide d'autres idées, ne comprend les attributs de Dieu que par ce qu'il voit de perfection dans les créatures.

QUESTION IV.

Ce qu'on nous oppose en quatrième lieu, que Dieu n'a point d'infinité d'expansion, mais seulement une infinité intime, n'est pas dans l'auteur. Il y a seulement objection sur l'émanation infinie, à

diversis representatur, et in intellectu et in natura. Sic autem intellexit scribens rationes diversorum attributorum fundari super essentiam divinam, sicut super representatum per diversas conceptiones intellectus nostri, quas nomina diversa significant.

QUÆSTIO III.

Ex eisdem etiam patet hoc quod tertio ponitur sanum habere intellectum, scilicet, diversitas rationis potentiae, sapientiae et bonitatis fundatur in intellectu sicut in subjecto, in Deo sicut in objecto, quod præstat causam et fulcimentum suæ veritati. Ut tamen intelligatur quod præstat fulcimentum veritati, in quantum repræ-

sentatur per unamquamque conceptionem intellectus nostri intelligentis hujusmodi attributa, non autem quantum ad hoc quod ipsa diversitas attributorum representet aliquam diversitatem in Deo, ut in contrarium objicitur. Hæc enim diversitas conceptionum seu rationum non provenit ex diversitate Dei, sed ex defectu intellectus nostri, qui rem unam perfecte non potest intelligere nisi per multa, qui intelligit attributa secundum quod perfectio invenitur in rebus creatis.

QUÆSTIO IV.

Quod vero quarto ponitur : In Deo non est infinitas extensiva, sed intensiva, non sic est in scripto. Ibi enim sic scriptum est :

quoi je réponds : L'infinité d'expansion est un défaut, puisqu'elle s'éloigne de l'unité : l'infinité intime est une perfection, puisqu'elle tend à l'unité. La seconde seule convient à Dieu. On entend par là, en effet, l'infinité d'émanation. Or l'émanation peut avoir une extension numérique au moins dans les créatures, bien que Dieu ne puisse pas avoir d'extension par l'étendue. L'infinité d'émanation est appelée intime, sinon proprement, au moins en ce sens qu'on dit que Dieu est infini en bonté, c'est-à-dire souverainement bon. Mais on ne dit pas que l'émanation de Dieu est infinie en extension, parce que le nombre des personnes émanées de Dieu n'est pas infini, malgré que l'émanation de Dieu produise éternellement, comme on nous l'objecte.

QUESTION V.

La cinquième objection qu'on nous fait, qu'il n'est pas de la raison de la perfection en Dieu de produire des personnes semblables à lui, bien que c'en soit une dans les créatures, est fautive, à moins qu'on n'ajoute que ce n'est point la raison de la perfection absolue ou prise en elle-même; et l'auteur semble nous le faire entendre lui-même par ce qu'il ajoute ensuite, malgré qu'il ne l'exprime pas clairement. Il dit, en effet, que ce n'est le propre de qui que soit de produire une personne dans la créature.

QUESTION VI.

Voilà ce qu'on dit en troisième lieu : La relation entre les personnes divines, comparée à leur essence, est la seule raison comparée à son objet; elle est donc quelque chose; ce qui doit s'entendre ainsi : la relation comparée à l'essence diffère d'elle seulement en raison, mais elle a avec la relation opposée une différence essentielle : ce qui

Quod objicitur de infinita emanatione. Respondeo : Infinitas extensiva imperfectionis est, cum recedat ab unitate; infinitas autem intensiva perfectionis est, cum accedat ad unitatem. Prima ergo Deo non convenit, sed secunda. Patet enim quod loquitur de infinitate emanationis. Emanatio autem extensionem habere potest secundum numerum, saltem in creaturis, licet Deus habere non possit extensionem secundum quantitatem dimensivam. Intensiva autem dicitur infinitas emanationis, etsi non proprie; eo tamen modo loquendi quo dicitur Deus intensus in bonitate, quia est summe bonus. Emanatio autem divina non est extensive infinita, quia non est infinitus numerus personarum emanantium, licet emanatio divina sit æterna, ut objiciens proponit.

QUÆSTIO V.

Quod vero quinto ponitur : In Deo producere personas non est de ratione perfectionis, sed in creaturis esset, simpliciter intellectum falsum est, nisi addatur, quod non est de ratione perfectionis absolute vel ad se dictæ; et hoc videtur ipse intelligere per ea quæ subdit, licet non bene exprimat. Subdit enim quia dicit, quod non est ad aliquid producere personam in creaturam.

QUÆSTIO VI.

Quod vero sexto ponitur : Relatio in divinis comparata ad essentiam, ratio sola est, comparata ad objectum cujus est, sic res quedam est : sic intelligitur, quia relatio comparata ad essentiam, differt solum ra-

fait qu'on ajoute encore : La relation, en effet, comparée à l'essence, n'est autre chose que l'essence elle-même, mais elle diffère par la raison. Mais on répond que l'on ne veut point dire que la relation soit seulement la raison, qui n'est point son sujet, comme le prétend notre adversaire.

QUESTION VII.

Septième objection : La lumière est une qualité de l'agent universel, c'est-à-dire du ciel. On l'appelle universelle en tant qu'agent naturel, et non en sens absolu, comme l'auteur l'entend. Car, quoique la lumière soit dans l'air, elle lui est communiquée par un corps céleste, comme la chaleur de l'eau vient du feu. De même que la chaleur est une qualité particulière du feu, bien qu'elle existe dans d'autres corps par le moyen du feu, de même on peut dire que la lumière est la qualité propre du ciel, malgré qu'elle soit répandue dans d'autres corps par le ciel.

QUESTION VIII.

Telle est la huitième question : Parce que le mot Dieu, l'essence ainsi que le nom est la même personne, le mot Dieu peut signifier la personne; on ne veut pas dire que l'expression signifie une personne, comme l'auteur l'entend, mais que cette expression Dieu est le même que celui de personne appliqué à Dieu, ce qui signifie l'un et l'autre dans le sens concret.

QUESTION IX.

La neuvième question : La génération divine n'a pas pour terme la relation, mais l'hypostase qui est le sujet, est vraie, si on l'entend de la substance impliquant le suppôt, mais non de la substance en tant que substance ou nature. L'objection qu'on nous fait n'est pas

tione ab ea, ab opposita autem relatione differt realiter, unde postea subdit. Ipsa enim relatio, scilicet per comparationem ad essentiam, idem est quod ipsa re, sed differt ratione; non autem intelligitur quod relatio sit solum ratio, cui non respondeat res aliqua, ut objiciens calumniatur.

QUÆSTIO VII.

Quod vero septimo ponitur : Lux est qualitas agentis universalis, id est cœli : intelligitur universalis in genere naturalium agentium, et non simpliciter, ut objiciens intellexit. Lux etiam et si sit in aere, est tamen in eo à corpore cœlesti, sicut calor in aqua ab igne. Sicut igitur calor est propria qualitas ignis, licet sit in aliis corporibus ab igne, ita lux potest dici propria

qualitas cœli, licet sit in aliis corporibus causata à cœlo.

QUÆSTIO VIII.

Quod vero octavo ponitur : Quia in hoc nomine, Deus, tam res quam modus significandi idem est cum persona, ideo potest hoc nomen, Deus, supponere pro persona : non sic intelligitur, quod modus significandi sit idem cum persona, ut objiciens intellexit, sed quod modus significandi in hoc nomine, Deus, est idem cum modo significandi personæ quantum ad hoc quod utrumque significat in concreto.

QUÆSTIO IX.

Quod vero nono dicitur : Generatio divina non terminatur ad relationem, sed ad hypostasim quæ est subjecta : verum est

sérieuse. La relation dans les personnes divines est l'hypostase; donc si elle a pour terme l'hypostase, elle a aussi la relation. Voici comme on doit en entendre le sens : L'essence divine est l'hypostase; donc la génération divine a l'essence pour terme. De même que l'essence divine n'est pas engendrée, pas plus que la filiation, mais bien le Fils.

QUESTION X.

On peut passer cette proposition quoiqu'elle ne soit pas toujours dans son vrai sens. Nature de nature, lumière de lumière, substance de substance, Dieu de Dieu, et quoiqu'on ne dise pas ici ordinairement essence d'essence, on ne peut pas penser qu'on prétende qu'il n'est pas permis de dire Dieu de Dieu. Car on peut aussi bien dire Dieu de Dieu que ceci : Dieu a engendré Dieu, comme l'auteur le dit, et comme il l'exprime dans sa quatrième distinction, ce qui me fait croire que c'est une erreur de copiste.

QUESTION XI.

Question ouzième : Malgré qu'il y ait la même nature dans le Père, le Fils et le Saint-Esprit, elle n'y est pas de la même manière : cette proposition renferme un sens douteux. Si on entend qu'elle n'y est pas de la même manière d'une façon essentielle; par exemple, si l'on disoit qu'elle est meilleure ou plus parfaite dans l'un que dans l'autre; mais si on entend d'un mode de relation, comme l'écrit Hugues de Saint-Victor, dans son Traité de la Trinité, lequel attribue à chaque personne divine un certain mode d'être; ceci est vrai, parce qu'on n'entend pas l'essence de cette manière, qu'elle engendre ou qu'elle est engendrée, comme le dit le docteur de Verceil, elle est cependant

si intelligatur de substantia prout significat suppositum, non autem si intelligatur de substantia quæ est essentia vel natura. Nec valet quod objicitur in contrarium. Relatio in divinis est hypostasis : ergo si terminatur ad hypostasim, terminatur ad relationem, sicut valet. Essentia divina est hypostasis : ergo generatio divina terminatur ad essentiam. Sicut enim essentia divina non generatur, ita nec filiatio, sed filius.

QUÆSTIO X.

Quod vero decimo ponitur : Quamvis hæc concedatur sub aliqua improprietate : natura de naturali, lux de luce, substantia de substantia, Deus de Deo, non tamen communiter conceditur hæc : essentia de essentia; male dictum est, quantum ad hoc quod dicitur, quod Deus de Deo improprie

dicatur. Est enim hæc propria : Deus de Deo, sicut et hæc : Deus genuit Deum, ut objiciens dicit, et ut ipsemet in quarta distinctione determinat, unde arbitror ex errore scriptoris accidisse.

QUÆSTIO XI.

Quod vero undecimo ponitur : Etsi eadem sit natura in Patre et Filio et Spiritu sancto, non tamen eodem modo se habens, dubium sensum habet. Si enim intelligat modum essentialem, expresse falsum est, puta si dicerem quod melius aut perfectius essentia sit in uno quam in alio; si autem intelligat modum relativum, secundum quod Hugo de S. Victore, in lib. *De Trin.*, cuilibet personæ attribuit quemdam essendi modum, sic verum est quod dicitur, quia licet essentia non referatur ut sic generans vel genita, sicut objiciens dicit, est tamen

reçue ou communiquée par génération. L'essence divine est donc dans le Père, sans qu'il l'ait reçue d'aucun autre ; dans le Fils, à titre de génération, et dans le Saint-Esprit, par voie de procession.

QUESTION XII.

Sa douzième proposition est ainsi conçue : Ce qui est produit par la nature et la volonté, peut l'être de trois manières seulement, par la nature, par la volonté seule, ou par le concours de la nature et de la volonté. C'est de la première manière que le Fils de Dieu a été engendré, les créatures ont été faites de la seconde, et le Saint-Esprit procède de la troisième. L'objection qu'on nous fait ici n'est pas forte. Car on peut dire que le Fils est engendré par nature, le Saint-Esprit procède de la nature et de la volonté, comme le Fils est nature de nature, sagesse de sagesse ; mais la distinction qui place le Saint-Esprit entre le Fils et la créature est surtout très-fausse. Car comme Dieu le Père a engendré le Fils de sa nature et par sa volonté, on peut dire la même chose du Saint-Esprit : car ce que Dieu produit par sa volonté est une pure créature, comme saint Hilaire le prouve dans son livre des Synodes : il faut dire cependant que le Saint-Esprit procède comme amour ; de même que le Fils procède par l'intellect en tant que procédant comme Verbe ; de même que le Verbe procède de la parole de Dieu, de même l'amour procède de Dieu en tant qu'il est amour.

QUESTION XIII.

Ce qui est exposé dans la treizième proposition n'est pas en général un acte de la nature, commun et ordinaire, mais en tant qu'uni à la qualité de supôt générateur : ce qu'insinue ici notre adversaire n'est

essentia per generationem accepta vel communicata. Essentia igitur divina est in Patre ut non accepta ab alio, in Filio ut accepta per generationem, in Spiritu sancto ut accepta per processionem.

QUÆSTIO XII.

Quod vero duodecimo ponitur : Productio à natura et à voluntate potest intelligi tripliciter à natura solum, aut à voluntate solum, aut à natura et voluntate simul. Primo modo procedit Filius, secundo modo creatura, tertio modo procedit Spiritus sanctus, quantum ad id quod objiciens contra opponit, non magnam difficultatem habet. Sic enim potest dici Filius à natura, et Spiritus sanctus à natura et voluntate procedere, sicut dicitur Filius esse natura de natura, sapientia de sapientia, licet Pater et Filius sint una natura et una sa-

pientia, sed magis videtur esse calumniosa ista distinctio, ex qua videtur relinqui Spiritus sanctus quasi medio modo se habens inter Filium et creaturam. Sicut igitur Deus Pater Filium non voluntate, sed natura produxit, ita de Spiritu sancto sentiendum est, quod enim Deus producit voluntate, creatura est, ut Hilarius probat in lib. *De Synodis*, dicitur tamen quod Spiritus sanctus procedit ut amor : sicut et Filius procedit per modum intellectus, in quantum procedit ut Verbum, sicut tamen Verbum procedit naturaliter à Deo dicente, ita et amor similiter à Deo amante.

QUÆSTIO XIII.

Quod vero decimo tertio ponitur : Generale non est actus naturæ ut communis est, sed ut conjuncta cum proprietate suppositi generantis, quantum ad id quod objiciens

pas très-faux, parce que cette union peut être rapportée à l'intellect ou à notre manière de parler, comme quand nous disons : l'essence et la paternité sont dans le Père. Mais on ne peut pas le rapporter à l'ordonnance de la chose; on pourroit plutôt l'attaquer sur ce qu'il dit : La génération est un acte naturel dans le Père, si on l'entendoit comme acte de la nature génératrice. On ne doit pas dire que c'est un acte de la nature génératrice qui produit. Car la nature n'engendre pas, mais c'est le père qui engendre naturellement le fils.

QUESTION XIV.

On peut facilement comprendre la puissance, non du côté des opérations, c'est-à-dire de création et de génération, qui sont des actes bien différents, considérées avant et après l'exercice de ces deux puissances. Car, malgré que le pouvoir de créer et d'engendrer soit de l'essence divine, comme le dit l'auteur, cependant il renferme une faculté qui n'est point dans l'essence, et sous ce rapport on peut faire une distinction de la puissance, quoiqu'on ne puisse en faire aucune quant à l'essence. De même, quoique l'acte de créer soit Dieu et l'essence divine, cependant on distingue en lui un effet qui différencie la création de la génération, mais non selon l'essence d'action, en tant qu'elle est l'essence divine elle-même.

QUESTION XV.

Elle est ainsi posée : Comme l'éternité est antérieure au temps, de même ce qui est éternel est antérieur par rang à ce qui est créé. D'où il suit que l'ordre de puissance, relativement à l'acte éternel de génération, précède l'action limitée de créer. Ceci n'est pas erroné, parce que l'action de créer renferme l'idée de temps, par rapport à

tangit, non multum videtur calumniabile, quia conjunctio potest referri ad intellectum vel locutionem nostram, ut puta cum dicimus : *Essentia et paternitas sunt in Patre*. Non autem ad compositionem rei, sed magis posset calumniari ex hoc quod dicitur : *Generatio est actus naturæ in Patre*, si intelligeretur esse actus naturæ, ut generantis; debet enim intelligi esse actus naturæ, quo generans generat. Natura enim non generat, sed pater naturaliter generat filium.

QUÆSTIO XIV.

Quod vero decimo quarto ponitur : *Potentia enim ex parte operationum, scilicet creationis et generationis quæ diversa sunt, et secundum quod prius et posterius se habent (distinctionem, sanam habet intellec-*

tum. Quamvis enim potentia creandi et generandi sit divina essentia, ut obiciens tangit, tamen importat respectum quem non importat essentia, et quantum ad hunc respectum distinguitur potentia, licet non distinguatur essentia. Similiter etiam licet creatio actio sit Deus et divina essentia, tamen connotat effectum secundum quem distinguitur creatio à generatione, non autem secundum ipsam essentiam actionis, prout est ipsa essentia divina.

QUÆSTIO XV.

Quod autem decimo quinto ponitur : *Sicut æternum prius est temporali, ita aliquid æternum prius est secundum ordinem ad temporale, unde potentia ordinatio ad actum æternum generandi, prior est ordine ejus ad actum temporalem creandi,*

l'effet qui est lié avec lui ; et à cause de cela on ne peut pas dire que Dieu créa de toute éternité , bien que son action soit éternelle , puisqu'elle est l'essence divine. Et malgré que ce qui est éternel ne tiennent en rien à ce qui est passager, il y a cependant, entre ces deux termes, une idée de relation, comme, par exemple, du principe à l'effet. Car Dieu, qui est éternel, est le principe et la fin de toute créature.

QUESTION XVI.

L'auteur est ici dans l'erreur, et n'entend pas ce qu'il dit. Cette proposition peut être envisagée sous deux rapports. En sens absolu, et ceci ne peut convenir à Dieu ; ou avec précision et sans rien ajouter, et alors elle s'entend de Dieu. Car, ici, absolu ne veut pas dire qui ne dépende d'autre chose, mais bien pris généralement. De même il n'a pas compris le mot précisément, c'est-à-dire sans addition. Car il a compris que être ce à quoi on n'ajoute rien, c'est être existant de soi-même, est le propre à Dieu ; mais il n'a pas compris que être, comme il le dit, sans avoir besoin de rien, est le propre de Dieu.

QUESTION XVII.

Les vérités produites dans un sujet sont différentes, mais si on les compare à l'intelligence divine, ce n'est plus qu'une vérité ; ceci est très-vrai. Cependant cette unique et même vérité n'est pas une vérité créée, comme l'a compris notre auteur, mais la vérité incréée.

QUESTION XVIII.

La raison de créer, considérée dans les créatures, est invariable, et on dit qu'elle est éternelle, parce qu'elle ne subit pas de variation ;

non habet calumniam, quia actus creandi dicitur temporalis quantum ad effectum connotatum, ratione cujus non conceditur quod Deus ab æterno creet, licet actio ejus sit æterna, quæ est divina essentia. Æternum etiam licet non habeat ordinem ad aliquid temporale, ut ad finem, habet tamen ordinem ad aliquid temporale, ut principium ad effectum. Deus enim qui est æternus, est principium et finis omnis creaturæ.

QUÆSTIO XVI.

Quod vero decimo sexto ponitur, esse potest dupliciter accipi, simpliciter et absolute, et sic non est Deo proprium ; vel cum præcisione, id est, nullo addito, et sic est Deo proprium, calumniatur objiciens, non intelligens quod dicitur. Non enim hic accipitur absolute, secundum quod absolute dicitur quod non dependet ab alio, sed absolute, id est universaliter. Similiter

quod dicitur cum præcisione, id est, nullo addito, non bene intellexit. Intellexit enim scribens, quod esse cui nihil additur, sed est esse purum subsistens, est proprium Deo, non autem intellexit quod esse prout sine additione proponitur, sit proprium Deo.

QUÆSTIO XVII.

Quod vero decimo septimo ponitur : Veritates rerum operatæ ad subjectum, diversæ sunt, sed secundum quod comparantur ad intellectum divinum, una est omnium veritas, verissimum est, tamen illa una veritas non est veritas creata, ut objiciens intellexit, sed veritas increata.

QUÆSTIO XVIII.

Quod vero decimo octavo ponitur : Ratio creandi, ut est in creaturis, est invariabilis, et dicitur æterna carentia variationis : non recte impugnat objiciens. Licet enim

cet écrivain ne combat pas bien cette proposition. Car, quoique toute créature passe, par la création, du néant à l'être, et par conséquent soit susceptible de changement en quelque manière, cependant les termes et quelques propositions sont invariables à cause de l'ordre obligé d'un terme à l'autre, comme *Sortès* est variable aussi bien que son cours et son mouvement; s'il court il se meut; cependant cette invariabilité n'établit pas une proposition éternelle, à moins que ce soit dans l'intellect éternel, c'est-à-dire divin.

QUESTION XIX.

Sa dix-neuvième question est ainsi conçue : La dixième composition se fait d'un corps hétérogène et d'une ame végétale ; la onzième d'un corps homogène et d'une ame végétale et sensible, comme l'animal ; la douzième, de ces éléments et d'une ame raisonnable ; ce qui est dit improprement, comme le dit l'auteur, parce qu'il donne à entendre par union, que l'ame raisonnable diffère de l'ame végétale et sensible ; mais je crois qu'il rapporte union à l'essence raisonnable seulement, et non à la substance de l'ame. Aussi je crois qu'il auroit mieux fait de dire, de ces éléments et de l'être raisonnable, comme il l'a dit plus haut, de l'ame végétale et sensible.

QUESTION XX.

Vingtième proposition : L'essence divine ne dépend pas de soi en quoi que ce soit ; mais elle a un double intellect dans la personne du Fils. Car si on veut dire que l'essence divine, qui est dans le Fils, vient d'un autre, c'est une erreur, comme on nous l'oppose. Mais si on entend que l'essence divine, qui est dans le Fils, vient d'un autre, c'est-à-dire du Père, on a raison. Car c'est par le Père que l'essence divine est dans le Fils.

omnis creatura de non esse in esse producta sit, et pro tanto sit aliquo modo variabilis, tamen et diffinitiones et propositiones aliquæ dicuntur invariables propter necessarium ordinem unius termini ad alium, sicut *sortes* variabilis est, et similiter cursus ejus et motus, et tamen hoc est invariabile. Si currit, movetur; hæc tamen invariabilitas non facit propositionem æternam, nisi secundum quod est in intellectu æterno, scilicet divino.

QUÆSTIO XIX.

Quod vero decimo nono ponitur : Decima compositio est ex corpore heterogeneo et anima vegetabili, undecima ex corpore hujusmodi et anima vegetabili et sensibili, ut animal, duodecima ex his et anima rationali, impropre dictum est, ut obji-

ciens tangit, quia dat intelligere per copulam, quod anima rationalis sit aliud à vegetabili et sensibili, sed credo quod retulit copulam ad rationale tantum, non ad substantiam animæ. Unde melius staret, si diceret : Ex his et rationali, sicut dixit supra ex anima vegetabili et sensibili.

QUÆSTIO XX.

Quod vero vigesimo ponitur : Essentia divina non est ab alio in se, sed in persona Filii duplicem habet intellectum. Si enim intelligatur quod essentia divina in Filio existens, sit ab alio, falsum est, sicut obijciens impugnat. Si vero intelligatur quod essentia divina est in Filio ab alio, id est à Patre, verum est. A Patre enim est, quod essentia divina sit in Filio.

QUESTION XXI.

L'essence est le principe de nos connoissances en tant qu'unie avec nos facultés personnelles, n'est pas une proposition fausse, parce qu'on dit que l'essence est unie avec nos facultés de la manière que nous avons exposée plus haut. Mais elle paroît plutôt errer en ce qu'on dit que l'essence est le principe des actes de nos connoissances. Elle est fausse, en effet, si on entend que l'essence est le principe inspirateur et générateur de ces actes, dans le sens que dit l'auteur, dans sa septième distinction du premier livre, que la puissance génératrice est l'essence divine. Car la puissance divine d'engendrer est le principe de génération par lequel le générateur produit son acte.

QUESTION XXII.

Le fondement des autres attributs tenant à la nature et à la volonté, n'est point en raison de l'agent, mais d'un analogue ; de sorte qu'il l'est à l'égard d'un objet d'une essence différente, mais non quant à l'objet substantiel. L'auteur dit ceci d'après ce passage d'Aristote dans son deuxième livre du Traité de physique, où il distingue deux principaux agents, où il dit : « C'est tantôt de la nature et tantôt de la volonté que procède tout ce qui se fait. » Or la puissance et la vertu ne diffèrent point de ces deux principes, parce qu'ils se rapportent habituellement l'un à l'autre. En effet, il y a une puissance et une vertu naturelle ; et une puissance et une vertu raisonnable ou volontaire. Car on ne distingue point l'intellect de la volonté dans son action, parce qu'il n'agit que par l'intermédiaire de la volonté. Il y a cependant quelque chose qui procède par mode d'intellect dans les personnes

QUÆSTIO XXI.

Quod vero vigesimo primo ponitur : *Essentia est principium actuum notionalium prout est conjuncta cum proprietatibus personalibus, non habet calumniam ex hoc quod dicitur essentialiter esse conjunctam proprietatibus eo modo quo supra expositum est. Habere autem calumniam magis videtur ex hoc quod dicitur : Essentia est principium actuum notionalium. Est enim falsum, si intelligatur essentia esse principium hujusmodi actuum ut generans vel spirans ; sed si intelligatur esse principium actuum notionalium, ut quo consonat dictis Magistri in VII. dist. primi libri, ubi dicit quod potentia generandi est divina essentia ; potentia autem generandi est principium generationis, ut quo generans generat.*

QUÆSTIO XXII.

Quod vero septuagesimo secundo ponitur : Creare objectum suum ponit in tempore, et ideo actus est temporalis et subjacens legibus temporalibus, et potest non esse antequam sit, non est bene dictum de actione, sed de objecto tantum.

QUÆSTIO LXXIII.

Quod vero septuagesimo tertio ponitur : Quædam dicuntur subjacere divinæ providentiæ ut facta, quædam ut fienda, mala ut jam facta, bona ut fienda : obscure dictum est, et hunc habet sensum, quia per divinam providentiæ ordinatur ut bona fiant, non autem ut mala fiant ; sed jam facta ordinantur ad aliquod bonum secun-

ment des éternels desseins de la divine Providence : ce qui résout la difficulté de l'auteur.

QUESTION LXXIV.

La prédestination est la cause première du salut, et le libre arbitre, la cause prochaine : or l'effet est plutôt l'effet de la cause prochaine que de la première, comme on le voit par la génération des inférieurs par un mouvement nécessaire des supérieurs ; cette proposition est vraie à certains égards, c'est-à-dire tant qu'aux causes contingentes, aussi bien que pour les causes nécessaires : parce que si la cause première est nécessaire et la seconde contingente, il s'ensuit que l'effet est contingent, mais on ne doit pas admettre ceci en général. Quant à ce que dit l'auteur, que Dieu est plutôt la cause prochaine que le libre arbitre, ceci est tout-à-fait inutile et frivole, car Dieu est la cause prochaine d'après l'efficacité de l'action, et non d'après l'ordre d'énumération des causes.

QUESTION LXXV.

Dieu donne la grace par sa propre volonté à celui qui en fera un bon usage, et la refuse à celui qui en doit abuser. Cette proposition, prise en général, est fausse, en ce sens que Dieu ne la donne jamais à celui qui en abusera. Mais si on dit que Dieu la donne quelquefois à celui qui en abusera, et qu'il la refuse d'autres fois, ceci est vrai.

QUESTION LXXVI.

Il faut distinguer avec soin et examiner cette proposition, la puissance divine n'est nullement augmentée par les actes extérieurs, mais elle peut recevoir une certaine multiplicité par les actes intérieurs. Car la puissance, unie à un acte intime et essentiel, suit la différence

dum æternam Dei providentiam, unde cessat objectio objicientis.

QUÆSTIO LXXIV.

Quod vero septuagesimo quarto ponitur : Prædestinatio est causa salutis prima, liberum arbitrium proxima, effectus vero magis sequitur conditionem cause proximæ quam primæ, ut patet in generatione inferiorum ex motu necessario superiorum, quantum ad aliquid verum est, scilicet quantum ad contingentiam et necessitatem, quia si causa prima est necessaria, et secunda contingens, sequitur effectus contingens, sed non debuit proponi communiter. Quod vero objiciens calumniatur, quod Deus est magis causa proxima, quam liberum arbitrium, omnino frivolum est. Est enim Deus causa proxima secundum effi-

ciam actionis, et non secundum ordinem enumerationis causarum.

QUÆSTIO LXXV.

Quod vero septuagesimo quinto ponitur : Deus mera voluntate dat gratiam rationaliter bene usuro, et non dat male usuro, falsum est, si universaliter intelligatur, ut sit sensus, quod nunquam dat male usuro. Si vero particulariter intelligatur, ut scilicet quandoque det male usuro, et quandoque non det, verum est.

QUÆSTIO LXXVI.

Quod vero septuagesimo sexto ponitur : Divina potentia ab actu exteriori nullam recipit multipliciter, sed ab actu interiori potest recipere multipliciter aliquam. Prout enim differunt actus notiona-

des actes intimes et essentiels extérieurs. Car l'auteur veut dire d'abord que la puissance divine est une seulement, si on la considère dans sa source, qui est l'essence divine. Mais si on la considère en tant qu'unie aux actes intérieurs essentiels et intimes, elle diffère selon le mode qu'on dit que le relatif et l'absolu, ou l'essentiel et le contingent diffèrent en Dieu. Car la jouissance d'engendrer, à raison de l'action, est libre et accidentelle, et la puissance de comprendre et de voir est essentielle. Mais la puissance de créer et de gouverner tout, ou tout autre effet semblable, est essentiel. Aussi les antécédents et les conséquents prouvent que l'idée de l'auteur est juste.

QUESTION LXXVII.

Le mot vertu n'est pas le même que celui de puissance, le sens en est plus général, car il s'étend, soit à l'essence de la chose, soit à l'acte, soit à la durée de l'action. Mais la puissance ne s'applique qu'à l'action. Cette proposition seroit juste, si l'auteur l'appliquoit seulement à l'exercice de la puissance, autrement elle est trop générale.

QUESTION LXXVIII.

On ne considère l'infinité de puissance que sous le mode potentiel; mais l'infinité d'essence ne consiste pas à être ceci et non telle autre chose, mais bien plutôt à être dans tel ou tel autre être, même dans les êtres infinis, s'il y en existoit. Cette proposition est fautive ou défectueuse, car, si l'auteur disoit : l'infinité de puissance, en tant que puissance, implique tous les rapports potentiels, on pourroit l'admettre; mais il n'explique pas bien ce qu'il dit de l'infinité de l'es-

les et essentielles interiores, sic differt potentia actui notionali et essentiali conjuncta; diminute exceptum est. Proponitur enim primo, quod divina potentia una tantum est, si in sua radice consideretur, quæ est divina essentia. Si autem consideretur divina potentia prout conjuncta actibus interioribus essentialibus et notionalibus, sic habet differentiam secundum modum quo dicitur differre in Deo absolutum et relativum, vel essentialia vel notionalia. Potentia enim generandi ratione actus est notionalis, potentia intelligendi essentialis; sed potentia creandi et gubernandi, vel quicumque alius effectus adjungatur, est essentialis, et sic ex præcedentibus et sequentibus patet intentionem scribentis absque calumnia esse.

QUÆSTIO LXXVII.

Quod vero septuagesimo septimo ponitur: Quantitas virtutis non est idem quod quan-

titas potentia, sed universalior, quia quantitas virtutis attenditur sive in essendo, sive in operando, sive in durando, quantitas vero potentia in operando tantum: bene diceretur, si adderetur quantitas potentia active, alias diminute dictum est.

QUÆSTIO LXXVIII.

Quod vero septuagesimo octavo ponitur: Infinitas potentia tota attenditur penes respectum ad potentialia, infinitas autem essentia non solum attenditur penes esse hoc et non illud, sed penes esse in hoc et in altero quolibet ente, et etiam in infinitis si essent infinita: vel male vel defective dicitur. Si enim diceret sic: Infinitas potentia, in quantum est potentia, tota attenditur penes respectum ad potentialia, posset sustineri, quia potentia in quantum potentia, importat respectum ad potentialia; quod autem dicitur de infinitate essentia non bene explanatur. Non enim

sence, car l'infinité de l'essence divine ne consiste pas en ce que Dieu puisse être dans les êtres infinis, mais en ce qu'elle est infinie par elle-même.

QUESTION LXXIX.

On entend cette proposition, Dieu est véritablement tout ce qu'il est en lui-même, de tout ce qu'il est par lui-même, simplement comme bon, sage, et non de tout ce qu'il est en lui-même, selon notre mode d'intelligence, comme fini et compréhensible : il faudrait ajouter, en un certain sens, car on ne dit pas que Dieu est fini pour lui, et compréhensible à lui-même, de la même manière que les choses créées sont finies et compréhensibles à elles-mêmes, mais d'une façon toute particulière, et plutôt négative qu'affirmative. On dit, en effet, qu'il est compréhensible à lui-même, parce qu'il ne dépasse pas son intellect, et fini, parce qu'il n'est pas inconnu à lui-même et insaisissable dans son intellect; mais on dit affirmativement qu'il est bon et sage.

QUESTION LXXX.

Cette proposition est ainsi conçue : Cet acte, c'est-à-dire la génération, est de la substance de Dieu, et par conséquent il est de son essence d'être infini, mais la production des créatures n'est pas sortie de rien, aussi est-elle essentiellement finie. Ceci est obscur et mal exposé, en ce sens que l'auteur dit que la production des créatures ne vient pas de rien. Il ne faut pas entendre, en effet, qu'elle est éternelle et sans principe, mais qu'elle a été faite, dans ce sens qu'on diroit que la lame d'une épée vient de l'acier : de même, quand il dit que la production des créatures est quelque chose de borné, il faut l'entendre de l'objet créé, et non de l'action créatrice, car Dieu produit un effet borné par un acte infini.

infitas divinæ essentiae est ex hoc quod Deus potest esse in infinitis, sed per se infinita est.

QUÆSTIO LXXIX.

Quod verò septuagesimo nono ponitur : Deus vere est quicquid sibi est, intelligitur de his quæ sibi est simpliciter, ut bonus, sapiens, et non de his quæ sibi est secundum modum intelligendi, ut finitus comprehensibilis : addendum est secundum quemdam modum intelligendi. Quod enim dicitur, Deus esse sibi finitus vel comprehensibilis, non eodem modo dicitur sicut res aliæ dicuntur finitæ et comprehensibiles, sed quodam speciali modo, ut intelligatur magis negative dictum, quam affirmative. Dicitur enim sibi comprehensibilis, quia suum intellectum non excedit; finitus vero, quia non est sibi ignotus vel imper-

transibilis secundum intellectum, sed bonus et sapiens dicitur affirmative.

QUÆSTIO LXXX.

Quod vero octogesimo ponitur : Ille actus, scilicet generatio de Dei substantia, et ideo est ei essentielle esse infinitum, sed productio creaturarum non est ex nihilo, et ideo est illi essentielle esse finitum : obscure dictum est, quod dicit productionem creaturarum esse ex nihilo, et sic non est intelligendum, quasi ipsa actio productionis sit ex nihilo, sed productum, eo modo loquendi quo diceretur quod operatio cultelli est ex ferro : similiter quod dicit productionem creaturarum esse ali-quod finitum, intelligit ex parte producti, et non ex parte actionis; Deus enim actione infinita producit effectum finitum.

QUESTION LXXXI.

On ne peut pas assimiler l'omnipotence à l'omniscience, parce que le pouvoir se rapporte à l'action, et la connoissance à la capacité d'acquérir de l'intelligence. Or, dans la créature, il ne peut pas y avoir de puissance active infinie, mais une puissance passive qui peut être réduite en acte, en tant qu'unie à un agent infini. Cette proposition est obscure et défectueuse, car le pouvoir appartient à l'action et à une acquisition de l'intelligence. Il falloit donc ajouter que le pouvoir appartient à l'action. De même l'omniscience n'appartient pas à la faculté d'apprendre de l'intelligence, mais à l'ordre des connoissances possibles de l'esprit humain : or la science de l'intellect divin n'a pas lieu par voie d'acquisition. Quant à ce que l'auteur dit, que dans la créature il peut y avoir une puissance passive infinie, cela n'est pas erroné. Car, comme on l'a dit plus haut, la puissance implique l'ordre du possible ; d'où l'on dit que la puissance passive de la créature est infinie, dans l'ordre qui lui est propre, comme la puissance de la matière première s'étend à une infinité de formes et de figures qui est toujours divisible à l'infini. De même l'intellect possible renferme une infinité d'idées, sans qu'il s'ensuive de là qu'un objet créé soit infini, dans le sens simple et littéral, mais seulement infini en puissance. Mais cette puissance infinie, passive des choses naturelles, n'est pas toute réduite en acte à la fois, mais d'une manière successive, tandis que la puissance passive de connoissance de l'ame du Christ est toute réduite en action, parce qu'elle connoît tout ce qui peut être su et qui est infini, au lieu que l'esprit humain ne possède ce pouvoir que par sa nature potentielle, et le Christ l'a par son union avec le Verbe, qui est l'agent infini.

QUÆSTIO LXXXI.

Quod vero octogesimo primo ponitur : Non est simile de omnipotentia et de omniscientia, quia posse pertinet ad actionem, scire ad receptionem; in creatura vero non potest esse potentia activa infinita, sed passiva quæ potest reduci in actum, secundum quod unitur agenti infinito : obscure et defective dictum est. Nam posse pertinet et ad actionem et ad receptionem; addendum igitur fuit, quod posse potentia activæ pertinet ad actionem. Item, non omne scire pertinet ad receptionem, sed scire intellectus possibilis humani; scire autem intellectus divini non est per receptionem. Quod vero dicitur, quod in creatura potest esse potentia passiva infinita, non habet calumniam. Ut enim supra jam

dictum est, potentia importat respectum ad possibile, unde potentia passiva creaturæ dicitur infinita, secundum quod infinita se habet, sicut potentia materiæ primæ se habet ad infinitas formas et figuras, et continuum est divisibile in infinitum : et similiter intellectus possibilis se habet ad infinitas species intelligibiles, nec propter hoc sequitur quod aliquid creatum sit infinitum simpliciter, sed infinitum in potentia tantum. Hæc autem potentia passiva infinita in rebus naturalibus non reducitur in actum tota simul, sed successive, sed potentia passiva animæ Christi ad intelligendum reducitur tota in actum, quia scit omnia scibilia, ad quæ intellectus humanus est in potentia naturali, quæ sunt infinita, et hoc habet ex unione verbi quod est agens infinitum.

QUESTION LXXXII.

Cette proposition, Quelqu'un ne peut plus faire ce qu'il a fait autrefois, peut s'entendre de deux manières, ou bien parce qu'on n'a plus la même puissance, ou bien parce que ce qui étoit possible est devenu impossible. Dans le second sens, Dieu ne peut plus ce qu'il a pu, parce que tout ce qui a été possible à Dieu ne l'est plus; parce que tout ce qui est présent ou passé perd sa raison de possible. Ceci n'est entaché d'aucune inexactitude, car Dieu ne peut pas faire que ce qui est ne soit pas et soit en même temps, ou que ce qui est passé ne le soit pas. Ce que l'auteur objecte vient de sa profonde ignorance, car Dieu peut faire que ce qui rentre dans le néant existe une seconde fois, et que la même chair ressuscite encore, quoiqu'elle ait perdu quelque chose de sa substance, parce que, bien qu'on fasse cette concession, il ne s'ensuit pas de là que ce qui est passé ne le soit pas. En effet, quand même Dieu feroit que ce qui est tombé dans le néant existe de nouveau, cependant il ne pourroit pas empêcher que ce qui fut détruit et rentré dans le néant ne le fût dans le fait.

QUESTION LXXXIII.

Quoique le mal n'ait pas précédé le mérite *de condigno*, il l'a précédé cependant *de congruo*, en ne retournant pas à son auteur. Cette proposition est mal exposée. En effet, le premier mal est la première faute : or la première faute n'est pas une peine, ce qui fait qu'elle n'a aucun mérite. Mais si on veut signifier le premier mal de la peine, il faut qu'il ait précédé le mérite *de condigno*.

QUÆSTIO LXXXII.

Quod vero octogesimo secundo ponitur : Quod aliquis non possit quicquid aliquando potuit, potest esse dupliciter, aut quia non habet omnes potestates quas aliquando habuit, aut quia factum est impossibile quod aliquando fuit possibile, hoc secundo modo Deus non potest quicquid potuit, quia non est possibile Deo quicquid fuit possibile; quod enim actu præsens est, aut præteritum, perdit rationem possibilis, hoc omnino calumniam non habet. Non enim Deus potest facere id quod est præsens simul cum est non esse, aut id quod præteritum est non esse præteritum. Ex magna autem ignorantia calumniantis procedit, quod contra hoc objicit : quia Deus potest id quod in nihilum cedit idem numero facere, et quod eadem caro numero resurgat,

quamvis aliquid ejus in nihilum cesserit, quia ut hoc ei sine quæstione concedatur, non propter hoc sequitur quod id quod est præteritum, non sit præteritum. Quamvis enim Deus faceret id quod in nihilum cedit iterum esse, non tamen faceret quod in nihilum non cecisset.

QUÆSTIO LXXXIII.

Quod vero octogesimo tertio ponitur : Quamvis primo malum non præcesserit meritum de condigno, præcessit tamen de congruo, scilicet non converti ad suum Creatorem, non bene dictum est. Nam primum malum est prima culpa, prima autem culpa non est pœna, unde nullum meritum habet. Si autem intelligit de primo malo pœnæ, sic oportet quod præcesserit ipsum meritum de condigno.

QUESTION LXXXIV.

Cette proposition, le mal devoit exister dans le temps, est vraie de toute éternité, non en soi, mais par accident, et comme par son contraire, qui eût fait que le bien devoit exister, n'est pas bien exposé. Car bien que le mal qui est négatif ne soit connu que par son opposé, cependant il ne l'est pas par accident, mais en soi, comme nous l'avons dit. Et malgré que le mal proprement dit ne s'oppose pas au bien éternel, cependant le bien créé, auquel le mal s'oppose, fut conçu de toute éternité, et ainsi il a pu se faire que le mal fut conçu également de toute éternité, à cause de son contraire. Or il ne s'ensuit point du tout que l'un et l'autre existent de toute éternité, comme on le prétend, mais il s'ensuit seulement qu'ils ont été prévus de toute éternité, car toutes les choses temporelles ont été prévues éternellement.

QUESTION LXXXV.

Quoiqu'il soit vrai de toute éternité de vérité éternelle que le mal devoit exister, ceci n'est pourtant pas une vérité éternelle, parce que ce n'est pas vrai en soi, mais par accident. Cette proposition est fausse, car tout ce qui est vrai et vrai de toute éternité, en tant que vrai, est une vérité éternelle, bien qu'une chose qui doit être reconnue pour vraie de toute éternité ne soit pas éternelle, comme la vérité divine.

QUESTION LXXXVI.

Tuer un innocent, n'est pas mal en soi : cette proposition est fausse si on la prend au pied de la lettre, et qu'on veuille dire qu'un homme puisse tuer un autre homme. Mais si on n'entend que Dieu, qui fait vivre et mourir tous ceux qui vivent et qui meurent, aussi

QUÆSTIO LXXXIV.

Quod vero octogesimo quarto ponitur, mala esse futura in tempore, fuit verum ab æterno per accidens, non per se, scilicet per speciem sui oppositi, et quod est bona fieri; non proprie dictum est. Nam licet malum cognoscatur per aliud, hoc tamen non est ei per accidens, sed per se, ut supra dictum est. Et licet bono æterno non opponatur malum proprie loquendo, tamen bonum creatum cui opponitur malum, fuit intellectum ab æterno, et sic malum fieri potuit per speciem sui oppositi ab æterno intellecti, nec sequitur plura esse ab æterno, ut objiciens dicit, sed sequitur plura esse intellecta ab æterno. Omnia autem temporalia sunt intellecta ab æterno.

QUÆSTIO LXXXV.

Quod vero octogesimo quinto ponitur: Licet mala futura esse sit verum ab æterno veritate æterna, non tamen fuit veritas æterna, quia non est verum per se, sed per accidens, male dicitur. Omne enim verum et ab æterno in quantum est verum, est veritas æterna, licet res cui competit esse scitam, vere ab æterno non sit æterna; ut divina veritas.

QUÆSTIO LXXXVI.

Quod vero octogesimo sexto ponitur: Innocentem interfici non est secundum se malum, hoc falsum est, si intelligatur interfici ab homine prout verba sonant, sed interfici à Deo, qui occidit et vivere facit

bien les innocents que les coupables, cette proposition est juste, à moins qu'on ne dise que Dieu ne fait point mourir les innocents, parce que la mort est la peine du péché originel, comme le croit notre adversaire. Aussi ne dirons-nous rien des enfants qui périrent dans les ruines de Sodome.

QUESTION LXXXVII.

On n'est tenu à conformer sa conduite à la volonté divine qu'autant qu'on a la charité. Ceci est faux, parce que tout le monde est tenu à avoir le cœur droit, ce qui ne pourroit être, s'il n'étoit conforme à la volonté divine.

QUESTION LXXXVIII ET LXXXIX.

La proposition quatre-vingt-huitième contient ceci : On est tenu à un acte de foi, lorsqu'on pense aux articles du symbole. Et la quatre-vingt-neuvième : Quand on pense à la bonté de Dieu, on est tenu de l'aimer. Pris généralement, tout ceci est faux, car on ne pèche point si on ne fait pas un acte de foi quand quelque article du symbole se présente à l'esprit; de même, en songeant à la bonté de Dieu, si on ne fait point un acte d'amour, parce qu'on peut y penser spéculativement, comme il arrive dans la discussion, et qu'on ne se porte point par un acte de la volonté vers l'objet dont on parle.

QUESTION XC.

Nous ne sommes pas tenus de conformer notre volonté à la volonté de Dieu en ce qui nous est généralement inconnu. Il n'y a plus d'erreur, si on l'entend de ce que nous pouvons ignorer sans pécher.

omnes qui vivunt et moriuntur tam innocentes quam nocentes, justum est, nisi forte dicatur quod innocentes non occiduntur à Deo, quia mors est pœna peccati originalis, sicut objiciens tangit, unde nulla instantia est de parvulis Sodomorum.

QUÆSTIO LXXXVII.

Quod vero octogesimo septimo ponitur : Ad conformitatem voluntatis divinæ in actu non tenetur quis nisi habita charitate, falsum est, quia quilibet tenetur habere rectum cor, quod non potest esse, nisi Deo conforme.

QUÆSTIO LXXXVIII. LXXXIX.

Quod vero octogesimo octavo ponitur : Qui actu cogitat articulos, tenetur credere, et quod octogesimo nono ponitur : Qui

actu cogitat divinam bonitatem, tenetur diligere, falsum est, si universaliter intelligatur. Non enim peccat quicumque cogitans articulos fidei non movetur actu fidei, et quicumque cogitans Dei bonitatem non movetur actu charitatis, quia aliquando speculative tantum potest aliquis considerare, ut in disputationibus accidit, et tamen non movetur aliquo actu voluntatis ad id quod speculatur.

QUÆSTIO XC.

Quod vero nonagesimo ponitur : Voluntatem nostram conformare voluntati divinæ non tenemur in eo quod ignotum est universaliter, verum est in his quæ ignorare possumus absque peccato, unde cessat calumnia objicientis.

QUESTION XCI.

Il y a trois manières de tirer une chose d'une autre : de sa nature, d'une nature étrangère, ou enfin d'aucune. Cette proposition est fautive, parce que, si une chose ne vient pas d'une autre, ce n'est point le produit d'une chose par une autre, à moins qu'on ne l'entende dans ce sens si ordinaire, d'après lequel rien veut dire quelque chose, et le non être est appelé l'être, comme le dit le Philosophe.

QUESTION XCII.

On appelle changement, dans le terme rigoureux et propre, ce qui a deux termes dont l'un mène à l'autre, le sujet demeurant toujours le même, et ainsi le mot changement est pris naturellement. Cela est juste si, par extrêmes, on entend les termes, et par ce mot naturellement, on veuille dire, selon la science naturelle. Car ce que l'on dit ici est commun à tout changement qui vient d'une cause naturelle ou violente; et il ne faut pas s'arrêter à ce que dit l'auteur, qu'il n'y a pas deux extrêmes dans la génération et la corruption, mais les termes de la génération et de la corruption sont la privation et la forme, et ne sont pas deux formes.

QUESTION XCIII.

Dans les relations de notre intellect, il n'est point mal de les multiplier à l'infini. Cette proposition est vraie, considérée quant à la puissance; mais quant à l'action, il n'y a point de relations infinies dans notre intellect. Car je puis comprendre les relations du sujet et les relations des relations, et ainsi indéfiniment.

QUÆSTIO XCI.

Quod vero nonagesimo primo ponitur : Modus productionis alicujus ex aliquo triplex est, de sua natura, aut de aliena, aut de nulla, inproprie dicitur, quia productio alicujus de nulla natura non est productio alicujus de aliquo, nisi aliquid accipiat valde communiter, secundum quod etiam nihil dicitur aliquid, et non ens dicitur ens, ut Philosophus dicit.

QUÆSTIO XCII.

Quod vero nonagesimo secundo ponitur : Mutatio accipitur stricte et proprie, quæ habet duo extrema, à quorum uno tendit in alterum manente eodem subjecto, et sic accipitur mutatio naturaliter, bene dictum est, si per extrema intelligat terminos, et per hoc quod dicitur, naturaliter, intelli-

gatur, id est in scientia naturali. Hoc enim quod hic dicitur, commune est tam mutationi naturali quam violentæ; nec est instantia quam ponit objiciens, quod in generatione et corruptione non sunt duo extrema, sed termini generationis et corruptionis sunt privatio et forma, non autem duæ formæ.

QUÆSTIO XCIII.

Quod vero nonagesimo tertio ponitur : In relationibus quæ sunt secundum intellectum, non est inconveniens abire in infinitum, omnino verum est secundum potentiam, sed secundum actum non contingit esse relationes infinitas in intellectu nostro. Possum enim intelligere relationem ad subjectum, et relationem ipsius relationis, et sic in infinitum.

QUESTION XCIV.

Être est une passion, puisque la matière a son sujet, tandis que la création n'est qu'une relation, et non une passion. Ceci est vrai, si être et passion sont pris dans le sens de la science naturelle. La passion, en effet, est l'état d'un être qui souffre, et l'être tient naturellement au sujet. On dit donc, en sens différent, que la création est être et passion.

QUESTION XCV.

Proposition quatre-vingt-quinzième : La création est un état parfait dans la créature et son accident, et après, c'est la création elle-même, naturellement et dans le fond. Il est vrai que dans le fait la création n'ajoute rien à l'objet créé, sinon la relation qui fait qu'elle est seulement un accident ; et, en effet, cette relation, en tant qu'étant ce qui est dans le sujet, n'est qu'un accident postérieur au sujet, mais elle a une certaine raison de propriété en tant que terme de l'action divine, qui exerce la puissance de création.

QUESTION XCVI.

Proposition quatre-vingt-seizième, ce qui a un analogue antérieur à soi, ne peut être par voie de génération. Ceci est faux, entendu de toute espèce de génération, mais il est vrai dans une seule génération.

QUESTION XCVII.

L'opinion de Moïse étoit que le monde n'étoit pas éternel : ceci n'a pas été exposé scrupuleusement, à moins qu'on ne le compare aux autres opinions connues, par exemple ; ce fut l'opinion d'Aristote, et

QUÆSTIO XCIV.

Quod vero nonagesimo quarto ponitur : Fieri est passio cum habeat materia suum subjectum, sed creatio relatio tantum est, et non passio : verum est, si fieri et passio accipiantur, sicut in scientia naturali. Passio enim est alicujus subjecti patientis, et fieri naturale ex subjecto : creatio autem alio modo dicitur fieri, et passio.

QUÆSTIO XCV.

Quod vero nonagesimo quinto ponitur : Creatio passio in creatura est, et est accidens ejus, et posterius ea naturaliter secundum rem, verum est quod creatio secundum rem nihil ponit in creato nisi relationem tantum, a quo habet esse quæ est quoddam accidens : et hæc quidem

relatio quantum ad aliud esse quod habet in subjecto, accidens quoddam est et posterius subjecto, sed in quantum est terminus actionis divinæ creantis habet quamdam rationem proprietatis.

QUÆSTIO XCVI.

Quod vero nonagesimo sexto ponitur : Per generationem non possent fieri quæ habent ante se simile suæ speciei ; non est verum in qualibet generatione, sed solum in generatione univoca.

QUÆSTIO XCVII.

Quod vero nonagesimo septimo ponitur : Opinio Moysi fuit, quod mundus non esset æternus, non satis reverenter dictum est, nisi forte dicatur per comparisonem ad opiniones aliorum, ut si diceretur : opinio

telle opinion celle de Moïse, pour montrer sa supériorité, relativement aux autres.

QUESTION XCVIII.

Le soleil, qui est un agent disproportionné, produit un effet général dans les êtres inférieurs; cette proposition est fautive, si on la prend au pied de la lettre, mais elle est vraie par rapport à nous : comme on dit que la terre, comparativement au premier ciel, est le lien d'union, et n'a pas de proportion avec lui, c'est-à-dire d'après notre manière de juger, et par rapport à nous.

QUESTION XCIX.

Cette proposition, la créature possède la bonté du créateur, non en elle-même, mais dans une ressemblance de participation, est vraie. Car il parle de la créature en tant que créature, et non quant à l'opération par laquelle la créature raisonnable jouit de Dieu lui-même; et alors l'objection n'a plus de but.

QUESTION C.

On dit que les êtres sont des créatures au commencement du temps qui détermine l'action du premier moteur, non comme mesurant la création, mais comme dans un agent qui lui est uni. Ceci est vrai, si on le prend dans le sens d'un agent qui lui est uni, c'est-à-dire qui existe avec lui, mais non dans ce sens qu'il lui est uni accidentellement.

QUESTION CI.

L'infini d'action ne peut être que Dieu lui-même; mais l'infini en action peut être pris pour une condition de l'infinité. Or cet infini

Aristotelis talis fuit, sed opinio Moysi talis, ad designandum excellentiam hujus super alios.

QUÆSTIO XCVIII.

Quod vero nonagesimo octavo ponitur : Sol qui est agens improporcionatus effectum communem in inferioribus facit, non est verum si simpliciter accipiatur, sed solum secundum nos; sicut dicitur quod terra, per comparationem ad primum cælum, obtinet locum conjuncti, et non habet proportionem ad ipsum, scilicet secundum aspectum nostrum.

QUÆSTIO XCIX.

Quod vero nonagesimo nono ponitur : Creatura consequitur bonitatem creatoris non in seipsa, sed in participativa similitudine : verum est. Loquitur enim de

creatura quantum ad esse, non quantum ad operationem, qua creatura rationalis fruitur ipso Deo, et sic cessat objectio.

QUÆSTIO C

Quod vero centesimo ponitur : Res dicuntur creature in principio temporis quod mensurat primi mobilis motum, non sicut in mensurante creationem, sed sicut in adjacente : verum est si intelligatur sicut in adjacente, id est simul existente, non autem si intelligatur, sicut in adjacente, id est inhærente accidentaliter.

QUÆSTIO CI.

Quod vero centesimo primo ponitur : Infinitum actu nihil præter Deum esse potest, sed infinitum actu pro aliqua conditione infinitatis potest esse. Illud autem infinitum actu est secundum quid, et non

d'action est relatif et non absolu; car, d'un côté, il peut être pris antérieurement, et, dans l'autre, postérieurement. On dit cela, parce que, s'il est successif, il n'est pas tout entier en action, et s'il ne l'est pas, alors il n'est pas infini, mais simplement quelque chose d'indéfectible.

QUESTION CII.

Dans le temps, il n'y a pas en soi de passé et d'avenir, ceci est vrai. Mais le temps ne mesure pas les opérations des anges, qui sont successives, mais seulement sa manière d'être qui est uniforme. Et ainsi l'objection ne peut atteindre Dieu, qui n'a point eu de passé, et qui n'a point d'avenir, ni dans son être, pas plus que dans ses actions, ni de la confirmation dans la béatitude, ni dans la faute de l'ange, qui sont des opérations de Dieu.

QUESTION CIII.

Aucun être ne peut être un dans différentes choses, mais seulement en puissance. Cette proposition doit être entendue ainsi. Aucun être créé ne peut être naturellement dans diverses choses. Car cette proposition est vraie. Un aveugle ne peut voir, quoique Dieu puisse lui donner la vue par miracle, et alors l'objection cesse. La matière première étant une, si on la considère en elle-même et non dans l'unité de forme, mais au contraire dans l'absence de toute forme, est en puissance en ce qu'elle est dans différents objets, malgré qu'elle ne soit pas une, mais multiple, en tant qu'elle est dans plusieurs choses différentes.

QUESTION CIV.

La matière dans son essence est une multipliée dans différents objets : cette proposition est mal posée. Elle seroit juste si l'on disoit

simpliciter, quia a parte post, non a parte ante. Hoc dictum est, quia si habet successionem, tunc non est totum in actu; si non habet successionem, tunc non est infinitum, sed quoddam simpliciter indefectibile.

QUÆSTIO CII.

Quod vero centesimo secundo ponitur : In ævo secundum se non est fuisse, neque futurum esse : verum est, sed ævum non mensurat operationes angeli quæ sunt successive, sed solum esse ipsius quod est uniforme, et sic cessat objectio de Deo, qui non novit fuisse, nec futurum esse, neque secundum esse, neque secundum operationem, et de confirmatione, vel culpa angeli quæ pertinent ad operationes.

QUÆSTIO CIII.

Quod vero centesimo tertio ponitur : Nihil ens unum potest esse in diversis, sed aliquod unum ens in potentia, sic intelligendum est. Nihil ens actu creatum potest esse in diversis naturaliter : non enim hæc est falsa. Cæcus non potest videre, licet Deus miraculose posset ei dare visum, et sic cessant objectiones. Materia autem prima una existens in se considerata non per unitatem formæ, sed per carentiam omnis formæ est in potentia ad hoc quod sit in diversis, licet secundum quod est in diversis non sit una, sed multiplex.

QUÆSTIO CIV.

Quod vero centesimo quarto ponitur : Materia secundum essentiam una est mul-

que la matière une dans son essence, est multipliée dans plusieurs objets, ou plutôt mieux appliquée à plusieurs objets.

QUESTION CV.

L'infini simple peut faire plusieurs choses, et le fini simple n'en peut faire qu'une : bien entendue, cette proposition est vraie, c'est-à-dire si on entend ce qui est un dans le genre ou l'espèce, selon qu'exige une faculté simple, comme si on disoit que notre ouïe ne peut connoître qu'une chose, c'est-à-dire le son.

QUESTION CVI.

Quoique dans la formation de l'ame, Dieu crée une nouvelle matière propre à cette œuvre, elle est cependant unie par une essence et conformée à une nouvelle matière, comme un point à un autre point. Cette proposition n'est ni bien conçue, ni bien exprimée.

QUESTION CVII.

Il y a deux puissances, l'une déterminée et fixe qui agit naturellement, l'autre indéterminée qui est mûe par la volonté. A la première appartient la triple puissance d'imagination, et le libre arbitre à la seconde. Cette proposition n'est pas juste; car ce qui tend au libre arbitre dépend aussi de la volonté, qui est une partie de l'imagination.

QUESTION CVIII.

Les ames sont individualisées par leur existence propre et individuelle et par les éléments qui composent les corps, bien qu'elles gardent leur individualité après leur séparation des corps, comme la cire

tiplicata in singulis : improprie dictum est. Proprie autem diceretur materia secundum essentiam una, est multiplicata in singulis, vel magis in singula.

QUÆSTIO CV.

Quod vero centesimo quinto ponitur : Infinitum simplex potest agere multa, finitum simplex non est nisi unum : verum est si bene intelligatur, ut scilicet accipiatur unum in genere vel specie, secundum quod exigit virtus simplex, ut si diceretur quod auditus non potest cognoscere nisi unum, scilicet sonum.

QUÆSTIO CVI.

Quod vero centesimo sexto ponitur : Quamvis in creatione animæ nova materia secundum esse creetur, tamen per essentiam materiæ præexistenti unitur et con-

jungitur, sicut punctus puncto : nec bene, nec intelligibiliter dicitur.

QUÆSTIO CVII.

Quod vero centesimo septimo ponitur : Duplex est potentia, quædam determinata quæ agit per modum naturæ, quædam indeterminata quæ agit per modum voluntatis : penes primum accipitur triplex potentia imaginis, penes secundum libertas arbitrii : non bene dictum est, quia quæ ad liberum arbitrium pertinent, etiam ad voluntatem pertinent, quæ est pars imaginis.

QUÆSTIO CVIII.

Quod vero centesimo octavo ponitur : Animæ individuantur per individuationem et materias corporum, quamvis ab eis separatis retineant individuationem, sicut cera in impressione sigilli : potest et bene

conserve l'impression d'un sceau : cette proposition peut être vraie , comme elle peut être fausse. Si on veut dire que les ames sont individualisées par les corps , comme s'ils étoient la cause unique de l'individualité des ames , cette proposition est fausse. Si on veut dire au contraire qu'ils sont la cause telle quelle de l'individualité des ames , elle est vraie. Car dès lors qu'une chose a ce qui constitue son existence , elle est une et individuelle. Ainsi , de même que le corps n'est pas la seule cause de l'ame , mais qu'il est de la raison de l'ame d'avoir quelque rapport avec le corps , puisqu'il est de la raison de l'ame qu'elle soit susceptible d'être unie au corps , de même le corps n'est pas la seule raison de l'individualité de cette ame , mais il est de la raison de cette ame d'avoir la faculté d'être unie à ce corps , et elle demeure dans l'ame même après la destruction du corps.

Fin du neuvième Opuscule ou réponse de saint Thomas d'Aquin au frère Jean de Verceil, supérieur général de tout l'ordre des frères prêcheurs, aux cent huit articles tirés de l'ouvrage de Pierre de Tarentaise.

BANDEL, Curé, Chanoine honoraire de Limoges.

et male intelligi. Si enim intelligatur quod animæ individuentur per corpora, quasi corpora sint causa totalis individuationis animarum, falsum est. Si vero intelligantur esse aliquo modo corpora causa individuationis animarum, verum est. Unumquodque enim secundum quod habet esse, habet unitatem et individuationem. Sicut igitur corpus non est tota causa animæ, sed anima secundum suam rationem aliquo modo ad corpus habet, cum de ratione animæ sit, quod sit unibilis cor-

pori, ita corpus non est tota causa individuationis hujus animæ, sed de ratione hujus animæ est, quod sit unibilis huic corpori, et hæc remanet in anima etiam corpore destructo.

Explicit opusculum nonum, videlicet responsio divi Thomæ Aquinatis, ad fratrem Joannem Vercellensem, generalem magistrum totius ordinis prædicatorum, de articulis centum et octo, sumptis ex opere Petri de Tarantasio.

OPUSCULE X.

RÉPONSE DE SAINT THOMAS D'AQUIN A QUARANTE-DEUX ARTICLES DU MÊME DOCTEUR JEAN DE VERCEIL.

Au révérend frère en J.-C. notre père, Jean de Verceil, docteur de l'ordre des frères prêcheurs, son frère Thomas d'Aquin, salut et obéissance respectueuse. J'ai reçu pendant la messe de la quatrième férie de la semaine d'avant Pâques, un paquet de votre paternité contenant plusieurs articles dans une lettre cachetée, à chacun desquels vous me priez de répondre, en m'indiquant la forme que je devois employer, pour savoir si les saints docteurs sont de l'opinion contenue dans cet écrit et si je partage moi-même leur manière de voir quelle qu'elle soit; et si, sans cependant la partager, je la crois pourtant soutenable. Mettant aussitôt toute autre occupation de côté, je me suis mis à l'œuvre dès le lendemain et j'ai tâché de faire de mon mieux, en gardant la forme que vous m'avez prescrite. Il m'eût été bien plus facile de répondre, si vous eussiez voulu me permettre de vous donner les raisons pour ou contre ces différentes propositions. Car de cette façon, j'aurois pu bien plus facilement résoudre toutes les difficultés. Néanmoins, j'ai fait tous mes efforts pour répondre à toutes les questions douteuses, tout en faisant observer d'abord qu'un grand nombre de ces articles n'appartient pas à la doctrine de la foi, mais bien plus aux opinions des philosophes. Or, se prononcer pour ou

OPUSCULUM X.

RESPONSIO EJUSDEM AD EUNDEM MAGISTRUM JOANNEM DE VERCELLIS, DE ARTICULIS QUADRAGINTA DUOBUS.

<p>Reverendo in Christo patri fratri Joanni magistro ordinis fratrum prædicatorum, frater Thomas de Aquino cum debita reverentia seipsum ad obedientiam promptum. Paternitatis vestræ litteras feria quarta ante Pascha recepi, dum Missarum solemnias agerentur, multos articulos interclusa schedula continentes, quibus singulis mihi respondendum mandabatis, responsionis forma taxata, an scilicet sancti sint illius sententiæ vel opinionis quam continet articulus. Et si sancti sint vel non illius sententiæ vel opinionis, quam articulus continet, an ego illius opinionis vel sententiæ. Et si non sim, an tolerabiliter dici</p>	<p>possit. Quibus articulis statim sequenti die secundum formam a vobis traditam, prætermisissis aliis occupationibus secundum quod mihi occurrit, respondere curavi. Fuisset tamen mihi facilius respondere, si vobis scribere placuisset rationes, quibus dicti articuli vel asseruntur, vel impugnantur. Sic enim potuissém magis ad intentionem dubitantium respondere. Nihilominus tamen, quantum percipere potui in singulis ad id quod dubitationem facit, respondere curavi, hoc tamen in principio protestans, quod plures horum articulorum ad fidei doctrinam non pertinent, sed magis ad Philosophorum dogmata.</p>
---	---

contre des idées qui ne touchent pas à la doctrine de la foi, comme si c'étoit des dogmes définis, c'est nuire à la piété des fidèles. Car saint Augustin dit dans son cinquième livre des Confessions : « Lorsque j'entends un chrétien ignorant ce que les philosophes ont écrit du firmament et des étoiles, du cours du soleil et des phases de la lune et prenant une chose pour une autre, je regarde patiemment discourir cet homme et je ne crois pas devoir lui faire opposition lorsqu'il n'avance rien d'indigne de vous, Seigneur tout-puissant, créateur de nous tous, quand même il ignorerait la nature et l'ordre du monde matériel. » Il s'y oppose donc si on veut donner son opinion comme une vérité doctrinale et qu'on soutienne avec audace ce qu'on ignore. Saint Augustin explique pourquoi il le contredit dans son premier livre sur la Genèse *ad litteram*. « Il est honteux, dit-il, fatal à l'Eglise et fort regrettable de voir un chrétien, qui, se mêlant de parler de la science chrétienne, s'égare comme le feroit un infidèle, et qui, comme on a l'habitude de le dire, se trompe de toute la hauteur des cieux et commet des erreurs si grossières qu'on peut à peine s'empêcher de lui rire au nez. » Ce qu'il a de plus fâcheux, n'est pas sans doute de voir qu'un homme se trompe, mais de voir de si étranges opinions attribuées aux écrivains sacrés, par ceux qui sont hors de la foi et qui rejettent leur autorité avec un suprême dédain en les taxant d'ignorance, au grand détriment de ceux dont le salut nous est si cher. Il me semble donc qu'il est bien plus sûr de ne point assurer comme des vérités reconnues, les opinions des philosophes qui ne répugnent point à notre foi, malgré qu'elles soient appuyées de l'autorité d'un grand nom, ni de les nier comme opposées à la foi, de peur de donner occasion aux sages du siècle de mépriser la doctrine chrétienne.

Multum autem nocent talia quæ ad pietatis doctrinam non spectant vel asserere, vel negare, quasi pertinentia ad sacram doctrinam. Dicit enim Augustinus in V. *Conf.* : « Cum audio christianum aliquem ista, scilicet quæ philosophi de cælo, aut stellis, aut de solis et lunæ motibus dixerunt nescientem, et aliud pro alio sentientem, patienter intueor opinantem hominem, nec illi obesse video, cum de te Domine creator omnium nostrum non credat indigna, si forte situs et habitus creaturæ corporalis ignoret. » Obest autem, si hæc ad ipsam pietatis doctrinam pertinere arbitretur, et pertinacius affirmare audeat quod ignorat. Quod autem obsit, manifestat Augustinus in I *Sup. Gen. ad litt.* : « Turpe est, inquit, nimis et perniciosum ac maxime cavendum, ut christianum de

his rebus quasi secundum christianas litteras loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat, ut quemadmodum dicitur toto cælo errare conspiciens risum tenere vix possit. » Et non tam molestum est, quod errans homo videatur, sed quod auctores nostri ab eis qui foris sunt, talia sensisse creduntur, et cum magno eorum exitio, de quorum salute satagimus, tanquam indocti reprehenduntur atque respuuntur. Unde mihi videtur tutius esse, ut hæc quæ philosophi communes senserunt, et nostræ fidei non repugnant, neque sic esse asserenda, ut dogmata fidei, licet aliquando sub nomine philosophorum introducantur, neque sic esse neganda, tanquam fidei contraria, ne sapientibus hujus mundi contemnendi doctrinam fidei occasio præbeatur.

ARTICLE PREMIER.

Le premier article renfermé dans cette lettre est celui-ci : Dieu meut-il les corps immédiatement? Je vois qu'on doit répondre à cette question, que tel est l'ordre établi de Dieu que toute créature corporelle reçoit le mouvement par l'intermédiaire d'un esprit. Car saint Augustin dit dans son troisième livre de la Trinité : « De même que les corps grossiers et inférieurs reçoivent le mouvement et l'harmonie du corps supérieur et subtil, de même tout est gouverné par un esprit raisonnable et vivant. » Et il écrit dans son traité sur la Genèse *ad litteram*, que Dieu a préposé la créature spirituelle à la conduite de la créature corporelle. Cependant la puissance divine n'est pas tellement enchaînée à cet ordre qu'elle ne puisse quelquefois y contrevenir, en dehors des causes secondes, lorsqu'elle le juge à propos, comme cela a lieu dans les miracles. Car saint Augustin écrit contre Fauste, XXVI. « Nous appelons nature le cours apparent de la nature, et nous donnons le nom de miracle à ce que Dieu fait contre les lois établies. »

ARTICLE II.

Le second article contient cette question : tout ce qui est un naturellement, l'est-il par le ministère des anges qui gouvernent les corps célestes?

ARTICLE III.

Les anges sont-ils les moteurs des corps célestes? On peut répondre à ces deux questions à la fois, parce que la seconde est contenue dans la troisième et celle-ci dans la première. « Car si Dieu gouverne la nature corporelle par l'intermédiaire d'une créature spirituelle, le mouvement des corps dépend de l'action divine dans le gouvernement du

ARTICULUS PRIMUS.

Primus articulus in schedula propositus est, an Deus moveat aliquod corpus immediate. Ad quod respondendum videtur, quod ordo communis divinitus institutus, hoc habet, ut corporalis creatura ab ipso moveatur spiritu mediante. Dicit enim Augustinus in III. *de Trin.* : « Quomodo corpora grossiora et inferiora per subtiliora et superiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem. » Et VIII. *Super Gen. ad litt.*, dicit, quod « Deus spiritualem creaturam corporali præposuit. » Neque tamen divina potentia est huic ordini alligata, quin possit quandoque præter ordinem causarum secundarum aliquid agere, cum sibi placuerit, ut patet in operibus miraculosis.

Dicit enim Augustinus XXVI. *contra Faustum* : « Appellamus naturam cognitum nobis cursum solitum naturæ, contra quem Deus cum aliquid facit, magnalia vel mirabilia nominantur. »

ARTICULUS II.

Secundus articulus est, an omnia, quæ moventur naturaliter, moveantur ministerio angelorum moventium corpora celestia.

ARTICULUS III.

Tertius articulus est, an angeli sint motores corporum celestium. His duobus articulis simul respondendum videtur, quia secundus dependet ex tertio, et tertius ex primo. « Si enim corpora reguntur à Deo, mediante spiritali creatura, ad ipsum autem opus regiminis divini pertinet mo-

monde, » comme le dit saint Augustin dans son commentaire de la Genèse *ad litteram* ; par conséquent, Dieu meut les corps célestes par le moyen des créatures spirituelles. Et dans le même endroit il dit expressément : « Comme il donne le mouvement aux corps dans le temps et dans un certain lieu, l'esprit n'est cependant pas créé pour un temps, de même il meut l'esprit créé pour un temps, cependant l'esprit créateur n'est mû ni pour un temps, ni dans un lieu déterminé. » Saint Jean Damascène soutient que les corps célestes ne sont pas animés, quoique saint Augustin laisse cette question douteuse dans son deuxième livre de son commentaire sur la Genèse *ad litteram*. Mais je ne me souviens pas d'avoir vu dans aucun écrit des saints Pères et des philosophes que les corps célestes n'étoient point mûs par une créature spirituelle. Supposé donc que les anges soient les moteurs des corps célestes, aucun homme sensé ne peut en faire un doute : parce que tous les mouvements naturels des corps inférieurs ont leur cause dans celui d'un corps céleste ce qui s'appuie sur la raison, les écrits des philosophes et ce que confirme également l'expérience et l'autorité des saints Pères : parce que, comme nous l'avons dit, saint Augustin écrit dans son traité de la Trinité, que « les corps grossiers et inférieurs reçoivent le mouvement et une certaine harmonie des corps plus légers et supérieurs. » Et saint Denis dans le quatrième chapitre de son traité des Noms divins, dit que « les rayons du soleil produisent la génération des corps sensibles, leur inspirent la vie elle-même, l'entretiennent, l'accroissent et la perfectionnent. D'où il faut conclure que tout ce qui a un mouvement naturel le reçoit par le ministère des anges, qui sont les moteurs des corps célestes.

tio corporum, » ut Augustinus dicit VIII. *Sup. Gen. ad litt.* ; consequens est, quod Deus per spiritualem creaturam moveat cœlestia corpora. Et ibi expresse dicit Augustinus : « Sicut per tempus et locum movet corpus, ipse tamen per tempus non est conditus spiritus, ita per tempus movet conditum spiritum, ipse tamen nec per tempus, nec per locum motus conditor spiritus. » Esse quidem animata corpora cœlestia Damascenus negat in secundo lib., licet hoc Augustinus sub dubio relinquat in II. *Super Gen. ad litt.* Sed cœlestia corpora à spirituali creatura moveri, à nemine sanctorum, vel philosophorum negatum legisse me memini. Hoc igitur supposito, quod angeli moveant cœlestia cor-

pora, hoc in dubium nulli sapienti vertitur : quia omnes motus naturales inferiorum corporum ex motu cœlestis corporis causentur, quod et ratione à philosophis est probatum, et experimento patet, et auctoritatibus sanctorum confirmatur : quia, ut dictum est, Augustinus in III. *de Trin.*, dicit quod « corpora grossiora et inferiora per subtiliora et superiora quodam ordine reguntur. » Et Dionysius dicit cap. IV. *De div. Nom.*, quod « solis radius ad generationem sensibilium corporum confert, et ad vitam ipsam movet, et nutrit, et auget, et perficit. » Unde consequens est, quod omnia quæ naturaliter moventur, moveantur ministerio angelorum moventium corpora cœlestia.

ARTICLE IV.

L'article quatrième contient cette question , savoir : s'il est infailliblement démontré par quelques auteurs que les anges sont les moteurs des corps célestes.

ARTICLE V.

Le cinquième , s'il est bien rigoureusement prouvé que les anges soient les moteurs des corps célestes , supposé que Dieu n'en soit pas le moteur direct et immédiat. Je réponds à ces deux questions que les philosophes platoniciens et du portique se sont efforcés de le prouver par des raisons qu'ils ont cru péremptoires et qui s'appuient sur ce que nous avons dit de l'harmonie universelle , c'est-à-dire que Dieu gouverne les corps inférieurs par les supérieurs , comme le disent les saints docteurs eux-mêmes. Or , que les corps célestes soient nés par leur seule nature , aussi bien les plus lourds que les plus légers , est une chose tout-à-fait impossible , en sorte que s'ils ne sont point gouvernés immédiatement par Dieu lui-même , il s'ensuit ou bien que les corps célestes sont animés et reçoivent le mouvement de leurs propres âmes , ou bien des anges , ce qui paraît plus vraisemblable. Cependant on trouve des philosophes qui ont soutenu que le premier des corps célestes est gouverné par Dieu sans l'intermédiaire d'une autre intelligence , mais par l'intermédiaire de son âme propre et que les autres corps célestes le sont par le moyen des intelligences et des âmes.

ARTICLE VI.

L'article sixième pose cette difficulté : si les corps inférieurs qui sont produits naturellement par l'effet du mouvement sont gouvernés par les anges , à l'aide de la marche des corps célestes.

ARTICULUS IV.

Quartus articulus est, an infallibiliter sit probatum, angelos esse motores corporum celestium apud aliquos.

ARTICULUS V.

Quintus articulus est, an infallibiliter sit probatum, angelos esse motores celestium corporum, supposito Deum non esse immediatum motorem illorum corporum. His respondeo quod philosophi, tam platonici quam peripatetici, hoc probare conati sunt rationibus, quas efficaces putaverunt, et eorum rationes fundantur super prædicto rerum ordine, quod scilicet Deus inferiora per superiora regit, ut etiam sancti doctores tradunt. Quod autem corpora celes-

tia à sola natura sua moveantur, sicut gravia et levia, est omnino impossibile: unde nisi moveantur à Deo immediate, consequens est quod vel sint animata celestia corpora, et moveantur à propriis animabus, vel quod moveantur ab angelis, quod melius dicitur. Fuerunt tamen aliqui philosophi, qui posuerunt corpus primum celestium corporum moveri à Deo, non mediante alia intelligentia, sed mediante anima propria, alia vero celestia corpora moveri mediantibus intelligentiis et animabus.

ARTICULUS VI.

Sextus articulus est, an inferiora naturaliter in esse producta per viam motus, regantur per angelos mediantibus motibus corporum celestium.

ARTICLE VII.

La septième question est de savoir si tous les corps inférieurs, qui sont produits naturellement, le sont par les anges, par l'intermédiaire des mouvements des corps célestes, dans ce sens que leur action est l'effet des causes naturelles, c'est-à-dire qu'ils passent de la puissance à l'acte. La réponse à ces deux questions dépend des prémisses. Car si les corps célestes ont dans leur mouvement la cause de la génération et de la corruption et de tous les mouvements naturels des corps inférieurs, il est clair que si les anges sont la cause du mouvement du ciel, ils sont également la cause de la génération et de la décomposition et de tous les mouvements naturels des corps inférieurs. Ce qui fait dire à saint Grégoire dans son quatrième livre des Dialogues : que « rien de visible ne peut être fait dans ce monde que par les créatures invisibles. » En un mot, je dirai que toutes ces questions importent peu ou point du tout à la doctrine de la foi, mais plutôt aux sciences naturelles.

ARTICLE VIII.

L'article huitième fait cette question : Si un ouvrier peut appliquer la main à son œuvre, sans le ministère des anges, qui donnent le mouvement aux corps célestes. Il faut distinguer. Car on peut être empêché de mettre la main à une œuvre d'une double manière. Premièrement, à défaut d'une âme motrice ; comme, par exemple, si l'âme n'avoit pas la puissance motrice des corps, et, sous ce rapport, ce qu'on objecte est faux. Car l'âme de l'ouvrier fait mouvoir sa main, en vertu de son libre arbitre, qui ne dépend pas des corps célestes, ni des anges, mais seulement de Dieu.

Secondement, à défaut des membres du corps ; ainsi, un homme

ARTICULUS VII.

Septimus articulus est, an omnia inferiora quæ naturaliter in esse producuntur, fiant per angelos mediantibus motibus corporum celestium, secundum quod facere attribuitur causis naturalibus, id est educantur de potentia in actum : horum etiam responsio dependet ex præmissis. Si enim corpora celestia per suum motum sunt causa generationis et corruptionis, et omnium motuum naturalium inferiorum corporum, consequens est, quod si angeli sunt causa motus cæli, sint etiam causa generationis et corruptionis, et omnium motuum naturalium inferiorum corporum. Unde et Gregorius in IV. *Dialog.*, dicit, quod « in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam invisibilem disponi potest. » Et

ut breviter dicam, omnes prædicti articuli vel parum, vel nihil faciunt ad doctrinam fidei, sed sunt penitus physici.

ARTICULUS VIII.

Octavus articulus est, an ordine naturæ faber posset movere manum ad aliquid operandum sine angelico ministerio movente corpora celestia. Huic videtur per distinctionem respondendum. Quod enim aliquis non posset movere manum, potest esse dupliciter. Uno modo, ex defectu animæ moventis, ut scilicet animæ deficiat potentia motiva corporis, et sub hoc intellectu falsum est quod dicitur. Nam anima fabri movet manum per liberum arbitrium, quod non subjacet neque celestibus corporibus, neque angelis, sed soli Deo. Alio modo, potest intelligi ex defectu corporalis

qui a les mains liées ou paralysées, ne peut les étendre. Et dans ce sens, le mouvement du ciel venant à s'arrêter, les organes corporels ne pourroient recevoir de mouvement de l'ame, parce qu'ils cesseroient de vivre, les corps célestes étant la source de la vie des corps inférieurs, selon l'opinion de saint Denis, que nous avons exposée plus haut. Si, cependant, par un miracle qui intervertiroit l'ordre de la nature, le corps de l'homme continuoit de vivre, malgré l'interruption du mouvement du ciel, et qu'il restât dans cet état que l'ame peut encore faire mouvoir, l'homme pourroit, par son libre arbitre, faire mouvoir toutes les parties de son corps.

ARTICLE IX.

Article neuvième : Tous les biens extérieurs qui ont passé naturellement de la puissance à l'acte, nous viennent-ils des anges moteurs des corps célestes. La réponse à cette question dépend encore des prémisses. Car, passer naturellement de la puissance à l'acte, n'est autre chose qu'être mû naturellement. Si donc tout mouvement naturel des causes inférieures est produit par le mouvement des corps supérieurs, il s'ensuit que tous ces biens nous viennent par le ministère des anges, qui sont les moteurs des corps célestes.

ARTICLE X.

A cause de ces biens qui nous viennent des anges, devons-nous vénérer ces intelligences célestes. La réponse est facile : nous ne leur devons pas une culte de Latrie, comme étant les auteurs de ces bienfaits, mais un culte de Dulie, comme les ministres de Dieu, parce que nous devons les aimer à cause de ces bienfaits. Car saint Augustin dit dans son traité de la Doctrine chrétienne : « Le précepte de

membri, sicut homo qui habet manum ligatam vel aridam non potest eam movere. Et hoc modo cessante motu cœli organum corporis non posset ab anima moveri, quia non remaneret vivum, quia corpora cœlestia ad vitam movent inferiora corpora, ut patet ex autoritate Dionysii supra inducta. Si tamen divina virtute præter naturæ ordinem corpus hominis vivum remaneret cessante motu cœli, et conservaretur in dispositione illa, qua est mobile ab anima, posset homo per liberum arbitrium quamlibet partem movere corporis.

ARTICULUS IX.

Nonus articulus est, an omnia beneficia exteriora naturaliter de potentia ad actum reducta habeamus per angelos moventes corpora cœlestia. Dico quod hujus etiam

responsio dependet ex præmissis. Naturaliter enim de potentia ad actum deduci, nihil est aliud quam naturaliter moveri. Si ergo omnis motus naturalis inferiorum corporum causatur à motu superiorum corporum, consequens est quod hujusmodi beneficia proveniant ex ministerio angelorum moventium cœlestia corpora.

ARTICULUS X.

Decimus articulus est, an propter prædicta beneficia quæ habemus per angelos, eos revereri debeamus. Ad hoc plana est responsio, quia non debemus eos revereri reverentia latriæ ut authores dictorum beneficiorum, sed ut ministros reverentia duliæ, quia propter hæc beneficia debemus eos diligere. Dicit enim Augustinus in I. de Doctr. christ. : « In præcepto quo

l'amour du prochain nous ordonne d'aimer les anges, de qui nous recevons tant de bons offices de charité.

ARTICLE XI.

L'article onzième contient cette question : Si les anges, qui font mouvoir les corps célestes par l'intermédiaire du mouvement de ces mêmes corps célestes, sont les auteurs de tous les corps humains produits naturellement, en ce sens que leur création soit l'effet de causes naturelles, c'est-à-dire qu'ils les font passer de la puissance à l'acte.

ARTICLE XII.

Le douzième est celui-ci : Si les anges, moteurs des corps célestes, sont les auteurs, à l'aide des mouvements des corps célestes, de tous les animaux privés de raison, qui se meuvent ou qui vivent tant sur la terre que dans la mer.

ARTICLX XIII.

Le treizième : S'ils sont les auteurs de tout ce qui naît sur la terre.

ARTICLE XIV.

Le quatorzième : S'ils le sont également de tous les minéraux, etc., etc. Il n'y a qu'une réponse à toutes ces questions. Comme les corps célestes sont la cause de la génération de tous les corps inférieurs, comme nous l'avons prouvé par l'autorité de saint Denis, il s'ensuit que les anges, qui font mouvoir les corps célestes, sont aussi la cause de cette production. Ce qui fait dire à saint Augustin, dans son quatre-vingt-troisième livre des Questions, que « toute créature visible dans ce monde est soumise au pouvoir des anges. »

debemus diligere proximum, et sancti angeli continentur, à quibus tanta nobis officia impenduntur misericordiae. »

ARTICULUS XI.

Undecimus articulus est, an angeli moventes corpora caelestia, mediantibus motibus corporum caelestium sint factores omnium corporum humanorum naturaliter in esse productorum, secundum quod facere attribuitur causis naturalibus, id est, sint de potentia in actum eductores.

ARTICULUS XII.

Duodecimus articulus est, an angeli moventes caelestia corpora, mediantibus motibus caelestium corporum sint factores etiam omnium animalium irrationalium quae moventur, vel vivunt tam in mari

quam in terra naturaliter in esse productorum.

ARTICULUS XIII.

Tertiusdecimus, an etiam omnium terrae nascentium eodem modo.

ARTICULUS XIV.

Quartusdecimus, an etiam omnium metallorum, etc. Ad omnes istos articulos est una responsio : quia cum corpora caelestia sint causa generationis inferiorum corporum, ut patet per auctoritatem Dionysii supra inductam, consequens est quod angeli moventes caelestia corpora sint etiam hujus generationis causa : unde Augustinus in libro LXXXIII. *Quest.*, dicit, quod « unaquæque res visibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam. »

ARTICLE XV.

Les anges ont-ils une puissance infinie sur les créatures inférieures. Cet article quinzième peut avoir un double sens. D'abord on peut se demander si quelque ordre des créatures inférieures comprend bien la puissance des anges, ce que l'on conclut de ce que l'on voit dans le livre des causes, des écrits des philosophes platoniciens, et de ce que dit saint Denis, au sixième chapitre de la Hiérarchie céleste. « Je dis que leur divine hiérarchie seule connoît parfaitement leur nombre, la gloire de leur substance céleste, et leurs admirables perfections selon leur ordre hiérarchique, et qu'en outre ils ont la connoissance de leurs vertus particulières, leurs connoissances glorieuses et leur ordre sacré, excellent et surnaturel. Il nous est impossible, à nous, de savoir le ministère de ces substances célestes. Car ce qui est inaccessible à notre intelligence, est infini pour nous.

2° On peut l'entendre dans ce sens qu'ils ont une puissance infinie sur ce qui leur est inférieur, ce qui est faux et erroné. On pourroit dire aussi que la puissance angélique est infinie pour ce qui lui est inférieur, parce qu'elle n'est pas infinie par une matière corporelle où elle habite, comme sont infinies les vertus des formes de la matière. Cependant la vertu des anges est bornée et finie par la mesure de leur essence même, qui est finie.

ARTICLE XVI.

L'article seizième comprend cette question : L'ange peut-il soulever toute la masse de la terre, et l'élever jusqu'à la région de la lune, bien qu'il ne l'ait jamais fait et qu'il ne le fasse jamais ? Il me semble qu'on doit répondre qu'il ne le peut pas, par la seule force de sa

ARTICULUS XV.

Quintusdecimus articulus est, an angelus habeat virtutem infinitam inferius. Ad quod dicendum, quod hoc potest capi dupliciter. Uno modo, quod virtus angeli non sit comprehensibilis ab aliquo inferiorum, et hoc modo inducitur in libro de Causis, et a philosophis Platonicis, et Dionysius dicit cap. VI. *Cœl. Hier.* : « Quot quidem sunt, et quales supercelestium substantiarum ornatus, et qualiter secundum ipsas hierarchiæ perficiuntur, solam manifeste scire dico deificam ipsarum hierarchiam : præterea et ipsos cognovisse proprias virtutes, et illuminationes, et ipsorum sanctam et supermundanam bonam ordinationem. » Impossibile est enim nos scire supercelestium mentium ministeria. Hoc

enim dicitur esse unicuique infinitum, quod est ei incomprehensibile. Alio modo, potest sic intelligi, quod habeat infinitam virtutem supra ea quæ infra ipsum sunt, et hoc est falsum et erroneum. Posset etiam dici virtus angeli infinita inferius, quia non est infinita per aliquam materiam corporalem, in qua recipiatur, sicut sunt infinitæ virtutes formarum materialium. Est tamen simpliciter finita virtus angeli secundum mensuram suæ essentiæ quæ finita est.

ARTICULUS XVI.

Sextusdecimus articulus est, an angelus possit movere totam molem terræ, et usque ad globum lune, licet nunquam moverit, vel moturus sit. Videtur mihi dicendum, quod naturali sua virtute hoc non potest :

puissance naturelle, parce que la puissance d'aucune créature n'est capable de changer l'ordre des principales parties de l'univers, qui fixe l'hémisphère de la terre au milieu du monde. Cependant on peut soutenir le contraire sans blesser la foi, si on veut dire seulement qu'un ange peut soulever ce poids immense, et qu'on n'entende point qu'il peut intervertir l'ordre de l'univers. Car il est certain que l'ange peut, par sa vertu naturelle, soulever le poids énorme de la terre. Mais nous ne pouvons pas dire la quantité du poids qu'il peut soulever. Si on nous demande quelle est la marche de l'ordre du système planétaire, sur lequel est établi l'ordre invariable du monde, nous répondrons qu'il nous semble que la terre est immobile, comme l'a dit le Philosophe, dans son traité du Ciel.

ARTICLE XVII.

Les anges, moteurs de l'univers, sont-ils au nombre des vertus. Il me semble qu'on peut le soutenir avec probabilité et sans inconvenient, lorsqu'Origène, expliquant ces paroles de saint Matthieu, ch. XXIV, « les vertus des cieus seront ébranlées, » dit qu'il convient que les vertus raisonnables des cieus seront plongées dans la stupeur de se voir privées de leurs premières fonctions. Cependant on ne doit pas soutenir cette opinion avec trop d'assurance.

ARTICLE XVIII.

Peut-on entendre ces paroles de premier ch. de l'Ecclésiaste : « L'esprit marche autour du monde, » l'Esprit, à savoir, l'ange fait le tour du ciel. Je ne vois pas en quoi cette exposition seroit fautive, surtout quand on a pour soi l'autorité de saint Augustin, qui dit dans son premier livre du commentaire de la Genèse, *ad litteram*,

quia nulla virtus creaturæ potest immutare ordinem principalium partium universi, ad quem pertinet quod terra sit in medio locata. Videtur tamen mihi contrarium posse tolerari absque fidei periculo, si tamen referat intentionem suam ad ponderis quantitatem, non ad prædictum ordinem universi. Certum est enim quod naturali sua virtute angelus potest alicujus ponderis terram movere. Sed usque ad quanti ponderis quantitatem moveri possit, non potest a nobis determinari. Si autem quaeritur de motu circulari, per quem dictus ordo non variatur, videtur quod naturaliter terra quiescat, ut vult Philosophus in libro de cælo.

ARTICULUS XVII.

Decimus septimus articulus est, an angeli

moventes orbes sint de numero virtutum. Videtur mihi quod satis probabiliter hoc dici possit; nec video quid inconueniens inde sequatur, cum et Origenes exponens illud *Matth.*, XXIV : « Virtutes cælorum commovebuntur, » dicat quod conueniens est cælorum rationabiles virtutes pati stuporem remotas a primis functionibus suis. Hoc tamen omnino asserendum non videtur.

ARTICULUS XVIII.

Decimus octavus articulus est, an illud *Ecclésiast.*, I : « In circuitu pergitspiritus, » sic possit exponi : Spiritus, puta, angelicus pergits in circuitu cæli, et pergendo cælum movere facit in circuitu. Non video quare hæc expositio sustineri non possit, præsertim cum dicat Augustinus in I. *Super*

« que les paroles de l'Écriture sainte peuvent s'expliquer diversement, afin d'ôter tout prétexte de raillerie à ceux qui se targuent d'une vaine connoissance des lettres humaines. »

ARTICLE XIX.

L'article dix-neuvième contient cette proposition : Si, par un changement dans l'ordre de la nature, le cours du ciel cessoit, tous les métaux seroient-ils convertis en un instant en d'autres éléments?

ARTICLE XX.

Article vingtième : En seroit-il de même de tous les éléments?

ARTICLE XXI.

Et également tout l'univers dans ce qu'il y a de corruptible?

ARTICLE XXII.

Si la lumière des étoiles et des constellations perdoit son éclat, tous les hommes mortels cesseroient-ils d'exister par un ordre soudain de la nature.

ARTICLE XXIII.

Article vingt-troisième : En seroit-il de même de tous les animaux privés de raison? La réponse est la même pour toutes ces questions. Car, comme nous l'avons dit, les corps supérieurs sont, par leur mouvement et leur lumière, la cause de la génération, et de la dissolution, et de la vie corporelle dans les corps inférieurs. Il n'est pas douteux qu'en ôtant la cause, l'effet soit détruit, surtout lorsqu'il est si conforme à la foi, d'après laquelle nous établissons que la figure de ce monde étant détruite, et le cours du ciel interrompu par un ordre

Gen. ad litt., quod « ideo multis exitibus verba Scripturæ exponuntur, ut se ab irrisione cohibeant litteris sæcularibus inflati. »

ARTICULUS XIX.

Decimus nonus articulus est, an si motus cæli cessaret ordine naturæ, omne ferrum in elementa in instanti resolveretur.

ARTICULUS XX.

Vigesimus articulus est, an similiter esset de omni elemento corruptibili.

ARTICULUS XXI.

Vigesimus primus articulus est, an similiter totus mundus, quantum ad corruptibile.

ARTICULUS XXII.

Vigesimus secundus articulus est, an si non esset lux stellarum, ordine naturæ omnes homines corruptibiles morerentur in instanti.

ARTICULUS XXIII.

Vigesimus tertius articulus est, an similiter omnia animalia irrationalia. Ad omnia ista est eadem responsio. Ut enim dictum est, superiora corpora per suum motum et lumen sunt causa generationis et corruptionis, et vitæ corporalis in inferioribus corporibus. Non est ergo dubium, quin remota tali causa removeatur effectus, præsertim cum valde consonum fidei videatur, secundum quam ponimus, quod transeunte figura hujus mundi, et motu

de la volonté de Dieu, les seuls éléments ne seront plus renouvelés, et les hommes deviendront immortels par une grace de Dieu. Mais si la révolution dont nous parlons se fait en un instant, on peut dire qu'une telle dissolution ne peut être instantanée, puisqu'elle est une commotion; sa cause peut être cependant instantanée.

ARTICLE XXIV.

Vingt-quatrième article : Tous les corps des saints, après le jour du jugement, seront incorruptibles par nature ou naturellement, parce que le mouvement de la sphère céleste qui est la cause de leur dissolution, cessera alors.

ARTICLE XXV.

Vingt-cinquième article : Les corps des damnés le seront-ils aussi? il me semble qu'on doit répondre à cette question, que quand on dit qu'une chose est incorruptible par nature, on entend que la nature est la cause de l'incorruptibilité, parce que la préposition, par, dénote la cause. Or, il y a une double cause, la cause en soi et celle par accident. La cause en soi est celle qui produit un effet directement et en soi, comme, par exemple, l'eau est la cause du rafraîchissement. La cause par accident est celle qui produit un effet indirectement, par exemple, en écartant une cause contraire; comme en ôtant le feu d'un appartement, on donne la cause de son refroidissement. Ainsi lorsqu'on soutient que si le mouvement du ciel s'arrêtoit, le corps de l'homme seroit incorruptible par nature, si par la préposition, par, on veut dire qu'il est incorruptible par lui-même, cette proposition est fautive. Car la puissance de la nature créée ne va pas jusqu'à rendre incorruptible un corps composé d'éléments contraires; mais si on veut dire qu'elle en est la cause par accident, ceci est vrai, parce

cœli cessante per voluntatem Dei, sola elementa innovata remanebunt, et homines immortales effecti erunt virtute divina. Sed si fiat vis in hoc quod dicitur, in instanti, dicitur quod licet talis resolutio non sit in instanti, cum sit motus, principium tamen ejus in instanti esse potest.

ARTICULUS XXIV.

Vigesimus quartus articulus est, an post diem judicii omnia corpora sanctorum erunt incorruptibilia per naturam, sive naturaliter, quia cessabit motus cœli, qui est causa corruptionis.

ARTICULUS XXV.

Vigesimus quintus articulus, an similiter corpora damnatorum. Ad hoc videtur dicendum, quod cum dicitur aliquod incor-

ruptibile esse per naturam, significatur naturam esse incorruptionis causam, cum hæc præpositio, per, causam designet. Est autem duplex causa, scilicet per se, et per accidens: per se quidem causa alicujus est, quod directe est illius causa per suam virtutem sicut aqua est causa infrigidandi, per accidens autem est causa alicujus, quod indirecte causat illud, puta, removendo causam contrariam, sicut removens ignem de domo est causa infrigidationis ejus. Cum ergo dicitur cessante motu cœli corpus hominis esse incorruptibile per naturam, si *ly* per, dicit causam per se, falsum est. Non enim ad hoc se extendit virtus naturæ creatæ, ut causare possit incorruptionem corporis ex contrariis compositi: si autem dicit causam per accidens, sic aliquo modo verum est quod dicitur,

qu'en retranchant la cause de toute la corruption naturelle, on retranche la corruption. Mais on diroit mieux en ce sens que la cause est plutôt négative qu'affirmative, comme si on disoit, le mouvement du ciel venant à cesser, le corps de l'homme, s'il est maintenu par la puissance de Dieu, ne sera pas corruptible par nature. Mais comme ce qui est par soi, existe plutôt que ce qui est par accident, il vaut mieux dire, qu'il étoit corruptible par nature, mais incorruptible par grâce ou par justice : mais si on dit le contraire, il faut le rendre en termes clairs et intelligibles.

ARTICLE XXVI.

Le vingt-sixième article émet cette proposition, à savoir si les damnés dans l'enfer éprouvent dans leurs corps les peines du feu, en recevant et subissant la substance de feu d'une manière afflictive et douloureuse. On doit répondre à ceci, que comme la foi nous enseigne que les damnés souffrent dans l'enfer la peine du feu et qu'ils ne sont point détruits par le temps, selon ces paroles de saint Augustin du vingt-unième chap. de la Cité de Dieu : « Les corps humains non-seulement ne seront pas détruits par la mort, mais ils resteront dans les tourments des flammes éternelles, il faut admettre nécessairement ce qui fait le supplice, c'est-à-dire qu'ils seront atteints par une substance sensible. De même il faut en écarter ce qui produit la décomposition et la consommation, c'est-à-dire la transmutation de la nature des corps. Or, je ne vois pas ce que cet article contient de faux.

ARTICLE XXVII.

La sentence de J.-C. au jour du jugement portera-t-elle sur le corps ou sur l'ame ? Quoiqu'il l'un ou l'autre soit possible, il est plus proba-

quia subtracta causa universalis corruptionis naturalis, subtrahitur corruptio. In hoc etiam sensu melius diceretur negative quam privative, puta, si sic diceretur. Cessante motu cœli corpus hominis, si divina virtute remaneat, non erit corruptibile per naturam. Verum quia semper id quod est per se, potius est eo quod est per accidens, potius videtur dicendum, quod erat corruptibile per naturam, sed incorruptibile per gratiam, vel justitiam : vel si contrarium dicatur, debet dici cum determinatione sanum sensum exprimente.

ARTICULUS XXVI.

Vigesimus sextus articulus est, an damnati in suis corporibus in inferno sentiant pœnas ignis per apprehensionem et receptionem speciei ignis per modum afflictivum et læsivum. Ad hoc dicendum est, quod

cum secundum fidem dicamus corpora damnatorum in inferno afflictionem ex igne pati, nec tempus consumi, secundum illud Augustini XXI. *De Civ. Dei* : « Humana corpora non solum nunquam morte dissolventur, sed in æternorum quoque ignium durabunt tormentis, necesse est in eis ponere id quod afflictionem facit, id est, receptionem speciei sensibilis. » Oportet etiam removere id quod consummare posset, scilicet transmutationem naturæ corporum. Nec video quid calumniæ habeat articulus.

ARTICULUS XXVII.

Vigesimus septimus articulus est, an sententia Christi in iudicio erit corporalis vel spiritualis. Dicitur quod licet utrumque esse possit, probabilius tamen videtur quod sit spiritualis, quia et alia quæ tunc agen-

ble cependant qu'elle portera sur l'ame, parce qu'alors tout ce qui se fera spirituellement sera fait par la puissance de Dieu. Car, comme dit saint Augustin dans le vingtième chap. de la Cité de Dieu : « Il arrivera alors que par la puissance de Dieu, chacun se rappellera ses bonnes et ses mauvaises actions, qui se présenteront subitement aux yeux de l'ame comme un vaste tableau, afin que cette connoissance condamne ou absolve la conscience, et qu'ainsi tous et chacun soient jugés à la fois. »

ARTICLE XXVIII.

Notre-Seigneur Jésus-Christ n'est-il venu effacer que le péché originel seulement, ou bien l'a-t-il effacé plus particulièrement encore qu'il n'est venu abolir? On doit dire que Notre-Seigneur Jésus-Christ en tant qu'il est en lui, est venu détruire tous les péchés du monde. Car le don de Jésus-Christ, comme le dit l'Apôtre dans le chap. V de son Epître aux Romains, dépasse le péché d'Adam : « Car nous avons été condamnés par le jugement de Dieu par un seul péché, au lieu que nous sommes justifiés par la grace pour un seul péché. » Or, il est venu d'autant plus particulièrement pour un péché, qu'il est plus grand. Or le péché originel, quoique moindre en gravité et en châtiment, est cependant le plus grand par son universalité, d'après ces paroles de saint Paul aux Romains, « tous ont péché en un seul. » En ce sens, on peut dire que Notre-Seigneur Jésus-Christ est venu détruire particulièrement le péché originel qui est commun à tous.

ARTICLE XXIX.

Les noms des saints sont-ils écrits dans le ciel par le doigt de Dieu pour leur honneur? Ceci me semble faux, bien qu'il n'y ait rien de dangereux à l'affirmer.

tur spiritualiter, divina virtute agentur. Ut enim dicit Augustinus XX. *De Civ. Dei*: » Divina virtute fiet, ut cuique opera sua vel bona vel mala, cuncta in memoriam revocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset, vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul et omnes singuli judicentur. »

ARTICULUS XXVIII.

Vigesimus octavus articulus est, an Christus venit tollere nisi peccatum originale principaliter, seu principaliter inter omnia peccata quæ tollere venit. Ad quod dicendum, quod Christus, quantum est in se, venit tollere omnia peccata. « Donum enim Christi, ut Apostolus dicit *Rom.*, V, excedit peccatum Adæ : nam unum tantum ex uno in condemnationem : gratia autem ex multis delictis in justificationem. »

Tanto autem principaliter contra aliquod peccatum venit, quanto est majus : peccatum autem quod originaliter contrahitur, licet sit minus gravitate et reatu pœnæ, est tamen maximum communitate, secundum illud Apostoli, *Rom.*, V : « In quo omnes peccaverunt » Et quantum ad hoc, potest dici quod Christus principaliter venit tollere originale : unde super illud *Joan.*, I : « Ecce qui tollit peccata mundi, » dicit Glossa : « Peccatum mundi dicitur peccatum originale, quod est commune toti mundo. »

ARTICULUS XXIX.

Vigesimus nonus articulus est, an nomina sanctorum digito Dei scripta sint in cœlis ad honorem eorum. Videtur mihi non esse verum, si tamen dicatur quod sic, nullum est periculum.

ARTICLE XXX.

Trentième article : Les noms des impies qui sont dans l'enfer, sont-ils écrits, sur la terre, pour leur confusion, par le doigt de Dieu ? Je ne crois pas cette idée vraie, prise matériellement. Mais elle ne blesse point la foi, à mon avis.

ARTICLE XXXI.

L'enfer est-il au centre ou autour du centre de la terre ? Je crois qu'on doit dire que l'enfer est au-dessous de la terre. Car saint Augustin dit dans son livre des Rétractations : « Il semble que j'aurois dû dire que l'enfer est sous la terre, plutôt que de donner les raisons pour lesquelles on le croit ainsi. » Mais il importe peu à la doctrine de la foi, qu'il soit au-dessous de la terre, à son centre ou à sa surface, comme il est superflu de discuter de telles matières, qu'on tienne pour l'affirmative ou pour la négative.

ARTICLE XXXII.

Peut-on demander si l'ame de Jésus-Christ vient d'un autre corps (et par métempsycose) et se fixer une opinion ? Cet article trente-unième a été posé en forme de question. Si on ne veut pas entendre qu'il soit permis de discuter et de se demander s'il est vrai que l'ame de Jésus-Christ lui vienne d'un autre, cette proposition est fautive, parce que l'ame d'aucun homme ne lui a été donnée de cette manière, et à plus forte raison l'ame de Jésus-Christ dont le corps a été formé par la vertu du Saint-Esprit. Mais si on entend qu'il soit permis de discuter si l'ame de Jésus-Christ lui a été donnée par un intermédiaire et de tâcher de rappeler ce qu'enseigne la foi catholique à cet égard,

ARTICULUS XXX.

Trigesimus articulus est, an nomina impiorum in inferno existentium, digito Dei scripta sint in terra ad vituperium eorum. Non hoc verum puto, si corporaliter intelligatur. In nullo tamen fides obsistit, ut mihi videtur.

ARTICULUS XXXI.

Trigesimus primus articulus est, an infernus sit in centro, vel circa centrum terræ. Ad hoc dicendum videtur, quod locus inferni sit infra terram. Unde Augustinus in libro *Retract.*, dicit : « De inferis magis, ut videtur, dicere debuissim quod sub terris sint, quam rationem reddere, cur sub terris esse dicantur. Ubi tamen sit inferius, an circa centrum terræ,

vel circa superficiem, nihil arbitror ad doctrinam fidei pertinere, et superfluum est de talibus sollicitari asserendo vel improbando.

ARTICULUS XXXII.

Trigesimus secundus articulus est, an liceat disputare, an anima Christi sit ex traduce determinando quod verum est. Hic articulus dubie positus est. Si enim intelligatur, quod liceat disputare et determinare hoc esse verum, quod anima Christi sit ex traduce, erroneum est, quia nullius hominis anima est ex traduce, multo ergo minus anima Christi, cujus etiam corpus est virtute Spiritus sancti formatum. Si autem intelligatur quod liceat disputare, an anima Christi sit ex traduce, et circa hoc determinare illud quod veraciter fides catholica tenet, si

ou ce qu'elle condamne, je ne vois pas comment cela seroit coupable, lorsqu'on dispute tous les jours dans les chaires des docteurs sur la Trinité et sur d'autres articles de foi, non pour élever des difficultés sur ces questions, mais pour en faciliter l'intelligence, en fixer le sens et en établir les preuves. Cependant ceci pourroit être coupable par accident et dans certain cas, par exemple, si on agitoit ces questions en présence de personnes simples et ignorantes, ou disposées à l'erreur.

ARTICLE XXXIII.

Le trente-troisième article contient cette question d'Aristote dans son *Traité des Animaux*, chap. XVI, savoir : la partie matérielle du sperme avec laquelle sort l'esprit qui est la vertu du principe de l'ame, lequel est séparé du corps, et est un être divin et ainsi défini, est appelé intellect, peut-elle et doit-elle être entendue ainsi, c'est-à-dire, cet esprit ou cette puissance de production est appelée intellect par similitude, parce que de même que l'intellect opère sans les organes, de même cette puissance. Le commentateur de ce philosophe l'explique aussi dans son *Traité des Météores*, VII : « On ne l'appelle point une chose divine parce qu'elle est Dieu par essence, mais par une certaine participation de ressemblance, comme on a coutume d'appeler divin ce qui est grand et admirable. » Et je ne pense pas que cette explication de la pensée d'Aristote porte atteinte à la foi.

ARTICLE XXXIV.

Trente-quatrième article : Entre-t-il quelque chose de la substance du ciel dans la composition d'un corps formé naturellement des quatre éléments, par l'effet de sa propre vertu ?

quod non, non video quare hoc non liceat, cum quotidie in scholis magistrorum disputetur et de Trinitate, et de aliis articulis fidei non propter dubitationem, sed propter veritatis intellectum, et manifestationem et confirmationem. Posset tamen hoc per accidens in aliquo casu esse malum, puta, si coram simplicibus et paratis ad errandum talia disputarentur.

ARTICULUS XXXIII.

Trigesimus tertius articulus est, an illud verbum Philosophi *De animal.*, lib. XVI. cap. *Scilicet* : « Corpus spermatis, cum quo exit spiritus qui est virtus principii animæ, qui est separatus a corpore, et est res divina, » et talis dicitur intellectus, sic possit vel debeat exponi, id est : Ille spiritus seu

virtus formativa dicitur intellectus per similitudinem, quia sicut intellectus operatur sine organo, ita illa virtus. Dicitur quod illam auctoritatem Philosophi hoc modo exponit Commentator ejus *Meteor.*, VII : « Nec dicitur res divina, quia sit per essentiam Deus, sed per quandam similitudinis participationem, sicut quodlibet magnum et admirabile solet dici divinum. » Nec video quid pertineat ad doctrinam fidei, qualiter Philosophi verba exponantur.

ARTICULUS XXXIV.

Trigesimus quartus articulus est, an aliquid de substantia cæli intret compositionem corporis naturaliter compositi ex quatuor elementis per effectum suæ virtutis.

ARTICLE XXXV.

Un corps vivant et animé reçoit-il quelque chose, dans sa composition, de la substance du ciel? On répond que lorsqu'on dit qu'une chose est de la substance du ciel, si cette préposition, de, désigne une cause matérielle, je crois cette idée fausse, mais sans danger et nullement opposée à la foi. Et si on entend l'effet de la cause efficiente, je la crois non-seulement vraie, mais nécessaire, comme le prouve saint Denis que nous avons cité plus haut, et ce sens est fixé par ces mots, par l'effet de sa vertu.

ARTICLE XXXVI.

On demande si les corps des saints qui seront glorifiés brilleront plus que le soleil, et si l'éclat du soleil sera sept fois plus vif que maintenant, et si celui des corps sera sept fois plus beau que le soleil renouvelé. On répond à la première question que saint Jean Chrysostôme expliquant ces paroles de S. Mathieu, ch. XXXIII, « Alors les justes brilleront comme le soleil dans le royaume de leur père, » dit : « Ils ne brilleront pas seulement comme le soleil, mais nous parlons ainsi parce que nous ne connaissons rien de plus brillant que le soleil. » Ce n'est pas le cas d'exposer ce qui suit, parce qu'on ne peut le faire qu'en tâtonnant; surtout quand on est certain, d'après la foi catholique, que dans la rénovation du monde, toute créature corporelle qui attend la révélation des enfants de Dieu, sera perfectionnée, selon les paroles de saint Paul aux Romains, ch. VIII. Saint Jérôme dit aussi sur ces paroles de saint Matthieu, ch. XXIV : « Le soleil sera couvert de ténèbres et la lune perdra sa lumière. » Cela n'aura point lieu à cause de la diminution de la lumière, puisque nous lisons que le soleil sera sept fois plus lumineux, mais tout paroîtra ténébreux à nos regards, en comparaison de la véritable lumière.

ARTICULUS XXXV.

Trigesimus quintus articulus est, an aliquid de substantia cœli intret compositionem corporis vivi et animati. Dicitur quod cum aliquid dicitur de substantia cœli, si hæc præpositio, de, designet causam materiale, sic credo esse falsum, non tamen periculosum, nec contra fidem. Si autem designet habitudinem causæ efficientis, sic puto non solum esse verum, sed necessarium, ut patet per auctoritatem Dionysii supra inductam, et hic sensus determinatur per hoc quod dicitur per effectum suæ virtutis.

ARTICULUS XXXVI.

Trigesimus sextus articulus est, an corpora sanctorum glorificata lucebunt plusquam sol, et sol septuplum quam nunc,

et corpora sanctorum septuplum, quam tunc sol. Dicitur ad primum, quod Chrysostomus exponens illud *Matth.*, XIII : « Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum, » dicit : « Non quia ita solum sicut sol, sed quia hoc sidere nihil lucidius scimus. » Alia vero quæ sequuntur, non occurrunt, quare tute dici non possint, præsertim cum innovatione mundi certum sit secundum catholicam doctrinam, quod tota creatura corporalis meliorabitur, quæ « revelationem filiorum Dei expectat, » ut dicitur *Rom.*, VIII. Hieronymus etiam dicit super illud *Matth.*, XXIV : « Sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum. » Non hoc diminutione luminis accidet, cum solem legamus septuplum luminis habiturum, sed comparatione veræ lucis, omnia visui apparebunt tenebrosa.

ARTICLE XXXVII.

Le trente-septième article contient cette question : Les anges que Marie-Madeleine vit auprès du tombeau du Sauveur après sa résurrection, la consolèrent-ils en lui adressant la parole avec larmes? Il me semble qu'on doit répondre que ce qui arriva dans cette apparition des anges, a trait plutôt à leur mission qu'aux propriétés de leur substance, d'après ce que dit saint Denis au chapitre de la Hiérarchie céleste, comme de ce qu'on lit dans l'Écriture sainte sur la colère, la tristesse de Dieu, et à toutes les différentes situations de la nature humaine. Or rien n'empêche de supposer que quelque chose de semblable n'arrive dans l'apparition des anges, pour signifier quelque sentiment particulier. Et malgré que les signes de la joie semblent mieux convenir aux anges qui annoncent la résurrection de Jésus-Christ, à cause de l'objet de leur mission, rien ne s'oppose néanmoins à ce qu'ils donnent quelques signes de douleur en apparoissant à cette femme en pleurs, exhalant avec larmes la douleur de son ame, comme saint Grégoire le dit du Sauveur qui apparut, sous la figure d'un voyageur, aux deux disciples d'Emmaüs.

ARTICLE XXXVIII.

Pourroit-on voir des yeux de l'esprit tout ce qui se passe dans le cœur de l'homme, et qui laisse une certaine impression extérieure dans le corps, si on avoit une vue aussi pénétrante que celle du démon! Saint Augustin répond à ceci dans son Traité de la divination des démons : « Ils comprennent, dit-il, non-seulement les dispositions des hommes exprimées verbalement, mais encore leurs pensées intimes, et les saisissent avec une merveilleuse facilité, lorsqu'elles

ARTICULUS XXXVII.

Trigesimus septimus articulus est, an angeli quos vidit Maria Magdalena circa sepulcrum Domini post ejus resurrectionem lacrymabili voce consolati sint eam. Ad hoc mihi dicendum videtur, quod ea quæ in apparitione angelorum contingunt, ad quamdam significationem sunt referenda, non ad proprietatem substantiæ ipsorum, ut patet per Dionysium ult. cap. *Ccel. Hier.* Unde sicut in Scripturis sacris aliqua per similitudinem leguntur de Deo ad iram, vel tristitiam, vel aliquid humanum pertinentia : ita etiam nihil prohibet in apparitionibus angelorum aliquid tale propter aliquam significationem demonstrari. Et licet angelis resurrectionis nuntiis magis congruat signa gaudii propter

rem nuntiatam, nihil tamen prohibet quin aliqua doloris signa ostenderent, ut tales se mulieri fienti ostenderent, qualem se ipsam interius exhibebat, sicut Gregorius dicit, de Domino apparente duobus discipulis in effigie peregrini.

ARTICULUS XXXVIII.

Trigesimus octavus articulus est, an homo posset videre oculo mentis omnia quæ aguntur in corde hominis habentia impressionem exterius in corpore, si haberet visum acutum ut diabolus. De hoc ita dicit Augustinus in libro *De divinatione dæmonum* : « Hominum dispositiones non solum voce prolatas, sed et cogitatione conceptas dæmones consignant, quæ dum ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt. » Et in libro *Retract.*,

s'impriment de l'esprit dans le corps. » Et il ajoute dans le livre des Rétractations : « Il est constant, par une multitude d'expériences, que tout ceci arrive à la connoissance des démons. » Ils reconnoissent même dans les corps humains, des signes de la pensée qui nous restent tout-à-fait inconnus. Nous pouvons très-difficilement, et il est peut-être tout-à-fait impossible de savoir s'ils connoissent autre chose en particulier, d'où on puisse conclure que les démons saisissent les pensées du cœur, qui sont exprimées par quelque mouvement du corps. Ceci n'est point étonnant, puisque des médecins habiles connoissent les passions de l'ame par les battements du poulx. Et on lit au ch. XIX de l'Ecclésiastique : « On connoît l'homme au regard, et l'homme sage se fait connoître à ses traits. »

ARTICLE XXXIX.

Quoiqu'en montant perpendiculairement Mars soit au-dessus du soleil, quant à la position, est-il cependant immédiatement au-dessus de la lune, quant à l'influence, à la première heure de Mars. On doit répondre à ceci que, si l'influence de Mars et de la lune a rapport au libre arbitre, cette pensée est erronée. Si on ne l'applique qu'aux choses naturelles et sensibles, il n'y a rien qui puisse porter atteinte à la foi. Car saint Augustin dit dans sa Cité de Dieu : « On ne peut pas toujours dire que certaines influences des astres agissent seulement d'après la différence des corps ; bien plus, ceci est vrai d'après l'ordre des jours, car les astrologues comptent sept heures, d'après les sept planètes, et comme le jour ordinaire se compose de vingt-quatre heures, il s'ensuit que la lune exerce son influence à la vingt-deuxième heure du jour de la première féerie, comme dans la première heure du même jour ; en sorte qu'en recommençant depuis Saturne,

dicat : « Pervenire ista ad notitiam dæmonum per nonnulla experimenta compertum est. » Verum signa quædam dantur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia. An autem alia in speciali cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inveniri, ex quibus patet quod dæmones cogitationes cordium cognoscere possunt quæ per aliquos corporis motus manifestantur. Nec hoc est mirum : cum etiam subtiles medici per pulsum deprehendent interiores animæ passionem, et dicitur *Eccl.*, XIX : « Ex visu cognoscitur vir, et ab occursum faciei cognoscitur sensatus. »

ARTICULUS XXXIX.

Trigesimus nonus articulus est, an licet ascendendo immediate Mars sit supra so-

lem quantum ad situm, tamen sit immediate supra lunam, quantum ad dominium in prima hora Martis. Ad hoc dicendum videtur, quod si dominium Martis et lunæ referatur ad liberum arbitrium, est erroneum. Si autem referatur ad corporales et naturales res, nulla sequitur absurditas in fidei doctrina. Dicit enim Augustinus *De Civ. Dei* : « Non usquequaque dici potest ad solum corporum differentiam afflatus quosdam valere sidereos, imo etiam hoc verum est secundum ordinem dierum ; nam cum septem planetis septem horæ secundum astrologos deputentur, cum quatuor et viginti horæ sint naturalis diei, consequens est ut prima feria in vigesima secunda hora diei luna dominium habeat, sicut et in prima ejusdem, unde reincipiendum à Saturno vigesima tertia hora ei

il aura la vingt-troisième heure, la vingt-quatrième à Jupiter, et la première du jour suivant à Mars. Mais qu'on prenne telle ou telle opinion, ceci ne touche point à la foi.

ARTICLE XL.

Les damnés, dans l'enfer, répandront-ils des larmes matérielles ? Je pense que non ; car comme ces pleurs sont éternelles, et que leurs corps ne seront point entretenus par la nourriture, il s'ensuivroit que quelques corps seroient entièrement consommés et cesseroient d'être, ce qui est contre la foi.

ARTICLE XLI.

Le ver qui doit ronger le cœur des damnés est-il matériel ? Saint Augustin laisse cette question douteuse dans le vingt-unième livre de la Cité de Dieu, quoiqu'il dise dans le vingtième qu'il lui semble plus probable que le feu s'applique au corps, et que le ver entoure l'ame de ses replis, et cette opinion est la mienne.

ARTICLE XLII.

Peut-on mesurer la distance de la surface de la terre au centre ? Il me semble que la chose est possible, non géométriquement, mais seulement par l'astrologie. Voilà, mon Révérend Père, ce que je puis vous dire pour le moment sur ces différentes questions, dont plusieurs sont en dehors des limites de la théologie.

Fin du dixième Opuscule de saint Thomas d'Aquin au docteur Jean de Verceil, supérieur général de l'ordre des Frères prêcheurs, en réponse aux 42 articles.

BANDEL, Curé. Chanoine honoraire de Lamoignon.

deputabitur, et vigesima quarta Jovi, prima diei sequentis Marti deputabitur. » Sed hoc nihil ad doctrinam fidei pertinet nec asserere, nec improbare.

ARTICULUS XL.

Quadragesimus articulus est, an in inferno erit fletus corporalis quantum ad lacrymarum resolutionem. Puto quod non erit, quia cum fletus ille sit infinitus, et nihil corporibus damnatorum adjiciatur per nutrimentum, sequeretur quod aliquando per fletum corpora resolverentur et consumerentur, quod est contra fidem.

ARTICULUS XLI.

Quadragesimus primus articulus est, an in inferno erit corporalis vermis. Hoc Augustinus sub dubio relinquit XIX. De

Civ. Dei, licet in XX. ejusdem, dicat hoc probabilius videri, quod ignis referatur ad corpus, vermis tropice ad animam, quod etiam mihi probabilius videtur.

ARTICULUS XLII.

Quadragesimus secundus articulus est, an sciri possit distantia superficiei terræ ab ejus centro : videtur quod sic, secundum tamen modum demonstrationis astrologicæ non geometricæ. Hæc sunt, pater reverende, quæ pro nunc occurrunt, licet plura sint extra theologiæ limites requisita.

Explicit opusculum decimum, videlicet beati Thomæ de Aquino ad magistrum Joannem de Vercellis, generalem magistrum ordinis prædicatorum de articulis quadraginta duobus.

OPUSCULE XI.

RÉPONSE DU MÊME SAINT THOMAS A TRENTE-SIX ARTICLES DU LECTEUR DE VENISE.

J'ai trouvé dans la lettre que vous m'avez écrite une foule d'articles auxquels vous me demandez amicalement de répondre d'ici à quatre jours. Quoique je sois surchargé d'occupations, dans la crainte de paroitre répondre mal à votre affection, j'ai tout laissé sur-le-champ, pour satisfaire à chacune de vos questions l'une après l'autre.

ARTICLE PREMIER.

Le premier article est celui-ci : Savoir si les anges sont les moteurs du ciel, à quoi j'ai dit déjà qu'il falloit répondre que ceci est prouvé de plusieurs manières, non-seulement par les philosophes, mais encore est affirmé positivement par les saints docteurs. Saint Augustin dit, dans le cinquième livre du *Traité de la Trinité*, que « de même que les corps grossiers et inférieurs sont tenus dans un certain ordre par les corps supérieurs et plus légers, de même tous le sont par un esprit de vie doué de raison. » Il dit aussi dans le quatre-vingt-troisième livre des *Questions*, que « Dieu a préposé une substance angélique au gouvernement de toutes les choses visibles. » Saint Grégoire dit, dans son quatrième livre des *Dialogues*, que « dans ce monde visible rien ne peut être ordonné que par une créature invisible. »

OPUSCULUM XI.

RESPONSIO EJUSDEM BEATI THOMÆ, AD LECTOREM VENETUM, DE ARTICULIS TRIGESIMIS SEXTIS.

Lectis vestris litteris, in eis inveni articulorum multitudinem numerosam, super quibus à me vobis responderi infra quadri-duum vestra charitas postulabat, et licet essem in aliis plurimum occupatus, ne tamen deessem vestræ dilectionis obsequio, dilatis parumper aliis, quibus me intendere oportebat questionibus à vobis propositis proposui per singula respondere.

ARTICULUS PRIMUS.

Primus ergo articulus est : An angeli sint motores cœlorum, super quo dixi taliter respondendum, quod hoc non solum à

philosophis est multipliciter probatum, verum etiam à sanctis doctoribus evidenter asseritur. Dicit enim Augustinus in *V. De Trin.*, quod « sicut corpora grossiora et inferiora per subtiliora et superiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem. » In lib. etiam *LXXXIII. Quæst.*, dicit, quod « unaquæque res visibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi propositam. » Gregorius etiam dicit in *IV. Dialog.*, quod « in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam invisibilem disponi potest. »

ARTICLE II.

Quelques auteurs ont-ils pensé que cette opinion étoit solidement prouvée? Je réponds que les écrits des philosophes sont pleins d'arguments, qu'ils tiennent pour concluants. Et il me semble à moi-même qu'on peut parfaitement établir que les corps célestes sont mûs par quelque intelligence, soit par Dieu immédiatement, soit par l'intermédiaire des anges. Cette opinion me paroît la plus convenable à l'ordre général, que saint Denis appelle infallible, que les corps inférieurs soient gouvernés par Dieu, comme en commun, d'après l'harmonie universelle.

ARTICLE III.

On peut voir par là ce qui manque en nous pour représenter la filiation du Verbe dans les personnes divines, parce que notre intelligence n'est pas issue de notre mémoire, d'où elle tire pourtant son principe et la raison de son action ; et si elle étoit entièrement produite par la mémoire, elle seroit elle-même le verbe de sa mémoire ; ce qui fait qu'elle ne s'exprimerait pas et ne rediroit pas ce qui est dicté et exprimé par la mémoire, parce que autrement son verbe seroit faux, et elle s'exprimerait : comme le Verbe, dans les personnes divines, ne se nomme pas en engendrant et en exprimant, mais il se nomme quand il est engendré et exprimé. De plus, on voit la raison pour laquelle le verbe est seulement personnel. En effet, notre verbe se continue toujours, et sa perfection consiste dans son action permanente. Mais il n'est pas imparfait comme s'il n'existoit pas du tout, comme de tout ce qui est en travail de complément, et qui est toujours imparfait. Au contraire, le verbe est parfait dès son commencement, parce que l'idée est parfaitement formée, et néanmoins sa perfection s'opère par la même voie que son principe. Car la formation du verbe ne s'évanouit pas dès qu'il est formé, mais tandis que la pensée le conçoit, il est formé d'une façon continue, parce qu'il est toujours à l'état de production, et comme naissant de quelqu'un, c'est-à-dire de celui qui parle : or, c'est là le rapport qu'il a avec les processions des personnes divines. Or, entendre, en tant que faculté, est essentiel dans les personnes divines, mais parler, et comme verbe, ne peut être que personnel. Maintenant il reste à examiner si le verbe est produit par un acte réflexe de l'intellect, ou par un acte direct.

tamen naturam memoriæ quæ prior est. Unumquodque enim prius salvatur in suo posteriori, et ideo ipsa perfectio objecti habetur in ipso habitu intellectus, ut dictum est, et ibi posita est perfectio verbi superius. Ex his manifestum est, qualiter apud nos deficit à representatione Filii in divinis, quia scilicet ipsa intelligentia nostra non est educta de memoria nostra, à qua tamen principium et rationem agendi habet, quæ si esset de memoria totaliter educta, ipsa esset verbum memoriæ suæ : unde non diceret se, nec exprimeret nisi dictatum et expressum à memoria sua, quia aliter falso diceret et exprimeret se : sicut verbum in divinis non dicit se gignendo et exprimendo, sed dicit se genitum et expressum. Rursum manifestum est, quare verbum proprie dicitur personaliter tantum. Verbum enim nostrum semper est

in continuo fieri, quia perfectum esse suum est in fieri ; sed hoc non est imperfectum, quasi totum simul non existens, sicut est de aliis quæ sunt in fieri, quæ etiam semper sunt imperfecta : immo verbum in principio sui est perfectum, quia conceptio perfecte formata est, et nihilominus esse ejus perfectum servatur eodem modo quo gignebatur. Non enim transit formatio verbi ipso formato, sed dum actu intelligitur, continue formatur verbum, quia semper est ut in fieri, et ut in egrediendo ab aliquo, scilicet à dicente, et hoc cum personarum processionibus convenit. Intelligere vero, ut in quiete accipitur, et essentielle est in divinis ; dicere vero, sicut et verbum personaliter dicitur. Nunc restat videre, utrum verbum gignatur per reflexionem actus intellectus, vel per actum rectum.

Pour l'intelligence de cette question, il faut considérer que le verbe, qui est l'expression de l'idée, n'est pas réflexe : et l'action qui produit la formation du verbe, qui est l'expression de la nature de quelque chose, qui est dans l'intellect, n'est pas réflexe; autrement tout acte de l'intelligence seroit réflexe, parce que toutes les fois qu'une idée est conçue, le verbe est formé. D'où il suit que l'intellect peut exercer une action directe au-dessous de lui, laquelle est toujours son action propre, qui a son terme dans l'objet produit en lui et par lui. Car une chose est produite par l'intellect et l'image, qui est le principe de son action et son action elle-même; ce qui fait que cette idée est la première par laquelle l'action se produit sans cependant la représenter, car notre intellect produit quelque chose qui est comme son verbe, sans considérer pourtant cette idée comme un modèle qui lui est semblable. Car, autrement, l'intellect et l'idée ne s'accorderoient pas, puisque notre intellect ne comprend qu'à la condition de s'identifier avec l'idée; mais ainsi formé, il agit comme par ses propres facultés, sans pourtant dépasser l'image qu'il a reçue. Or l'idée reçue ainsi conduit au premier objet. D'où il faut conclure que le verbe de l'intellect est produit par un acte direct de formation. Cependant, comme il ne détourne pas ses facultés à autre chose, comme le font les sens, il s'ensuit qu'il peut se replier sur ses actes, quand il le veut, ce que ne peuvent pas les sens; car il ne se sert pas des organes corporels, à qui il n'est pas donné de connoître ce qui se passe en eux. Mais étant un agent avec lequel l'idée se confond dans la participation spirituelle de sa vie, il a le sentiment de son acte quand il veut l'accomplir, ce qui est impossible aux sens; car l'ame n'a pas besoin de cette image pour se comprendre, mais seulement pour comprendre une idée; car elle se comprend naturellement, et non pas autre chose.

Ad cujus evidentiam considerandum est, quod verbum quod est expressivum rei quæ intelligitur, non est reflexum; nec actio qua formatur verbum, quod est expressivum quidditatis rei, quæ concipitur, non est reflexa; alioquin omne intelligere esset reflexum, quia semper cum actu intelligitur aliquid, verbum formatur. Unde manifestum est, quod intellectus infra se ipsum actionem rectam exercere potest, et hæc semper est actio sua propria, quæ terminatur ad objectum factum in se et à se. Unum enim constituitur ex intellectu et specie, quæ est principium actionis suæ, et hujus est agere: unde species hæc est prima qua igitur, non autem ad quam; non enim intellectus noster inspiciens hanc speciem tanquam exemplar sibi simile, aliquid facit quasi verbum ejus. Sic enim non fieret unum ex intellectu et specie, cum intellectus non intelligat nisi factus unum aliquid cum specie, sed ipsa specie informatus agit tanquam aliquo sui, ipsam tamen non excedens: species autem sic accepta semper ducit in objectum primum: unde manifestum est, quod ipsum verbum intellectus perficitur per actum rectum: tamen quia non mittit ad aliquid aliud conceptiones suas, sicut facit sensus, hinc est quod potest super actus suos reflecti cum vult, quod non potest sensus; non enim utitur medio corpore, cujus non est percipere quod in eo fit. Sed cum fit unum agens cum quo, et species ipsa efficitur unum spiritualiter in participando vitam ejus, percipit actum suum cum vult complere, quod non potest sensus: non enim indiget anima ad hoc quod à se intelligatur specie illa, sed ad hoc ut intelligat. De se namque habet ut intelligatur,

Elle se comprend comme toute autre chose, selon Platon ; mais à l'aide d'image, parce que c'est ainsi qu'elle voit toute autre chose. Tandis que les sens ont besoin d'organes pour agir, et les organes ne font point de retour sur eux-mêmes, donc il n'y a point de réflexion dans les sens.

Il faut considérer cependant que la génération du Verbe tient de plus près à la connoissance réflexe, ce qui la fait regarder par plusieurs comme réflexe. Lorsqu'en effet, l'ame imbue d'une idée, forme son verbe en soi, elle ne le forme pas dans quelque partie d'elle-même qui n'ait pas l'idée qu'elle conçoit, comme si elle étendoit quelqu'une de ses puissances à ce qui n'est pas formé par la première image pour y former le premier verbe, et qu'il soit formé par le verbe formé en elles. Car si elle les appliquoit directement, le verbe seroit formé par un acte direct, mais il le seroit par la première idée qu'elle a conçue, parce que quand elle est conçue, elle engendre le verbe en elle, et non dans une de ses facultés qui n'a rien conçu ; d'où cette connoissance est semblable à quelque chose de réflexe.

Mais il faut savoir que comme la réflexion se fait en revenant sur le même objet, il n'y a point ici retour sur l'idée ni sur l'intellect formé par l'idée, parce qu'on ne sait pas quand le verbe est formé, et alors la formation du verbe n'est pas réflexe. Car le verbe n'est pas produit par un acte de l'intellect pas plus que son image, et l'image de son idée, parce que l'intellect est formé comme si le verbe étoit son expression et l'image de l'idée. Car son image est produite parce qu'il y est représenté. Cependant le verbe représente l'idée et les rapports qui font qu'il en rend l'image. Or, l'image d'une chose est formée sur son objet et faite comme sur son modèle. Et il n'est pas nécessaire que celui qui la produit considère d'abord son objet et qu'il

sed non quod intelligat. Intelligit enim se sicut alia, secundum Philosophum : hoc autem est per speciem, quia alia sic intelliguntur. Sensus autem indiget organo ad hoc, ut agat, organum autem non redit supra se : unde non est reflexio in sensu.

Considerandum tamen est, quod generatio Verbi videtur propinquissima cognitioni reflexæ, unde multi putaverunt eam reflexam. Cum enim anima informata specie format verbum in se, non format ipsum in aliquo sui non informata specie, quasi aliquid sui extendat à se non informatum specie prima, ut in eo verbum primum formetur, et ipsum esset informatum verbo in eo formato. Si enim videretur extendi quasi in rectum, et sic per actum rectum formaretur verbum, sed in se specie prima formata, eo quod formata est, actu gignitur verbum, et non in aliquo

sui nudo : unde vero hæc cognitio similima reflexæ.

Sed sciendum est, quod cum reflexio fiat redeundo super ilem, hic autem non fit reditio super speciem, nec super intellectum formatum specie, quia non percipiuntur quando verbum formatur gignitur verbi non est reflexa. Non enim generatur verbum ipsum per actum intellectus, nec ejus similitudo; nec etiam similitudo illius speciei, quia intellectus informatur quasi verbum esset ejus expressivum, sed similitudo rei. Illius enim similitudo generatur, quod in sua similitudine cognoscitur. Est tamen ipsum verbum similitudo illius speciei tanquam ejus quo factum est sibi simillimum. Similitudo vero rei est, ut ad quod formatur, et tanquam ad ejus exemplar. Nec propter hoc oportet ipsum formantem prius rem intueri, et post ad eam verbum seu imaginem ipsam in se

forme ensuite son verbe ou son image en lui-même, car l'idée que l'on a en soi tient lieu de modèle et d'exemplaire.

En effet un peintre, en considérant son modèle, ne fait autre chose qu'en saisir les traits, et cette idée que l'intellect se forme lui vient non de l'objet qu'il n'a pas regardé, mais bien les sens. Et parce qu'elle est l'image de l'objet, elle est le principe de cette génération, aussi il peut se faire qu'il y ait dans l'intellect une génération parfaite, parce que l'intellect ne produit rien de son fond. On passe donc directement de l'image au verbe, puisqu'on ne voit pas son sujet, mais la chose dont il est la ressemblance. C'est pourquoi le verbe de celui qui conçoit une idée est uni au principe conçu, lequel avec l'image en fait une seule et même chose, bien que le sujet ne soit pas formé de plusieurs accidents de la même espèce, parce qu'il est impossible que la même surface d'un tableau reçoive deux couleurs blanches : cela est impossible toutes les fois que les deux accidents tiennent à la raison d'être de quelque chose. Or, le verbe consiste à donner l'idée d'une chose, comme la lumière consiste à nous faire voir les objets, comme l'espèce d'une couleur à la vue du corps, et ce seroit bien mieux encore si la lumière naissoit de la couleur elle-même, comme ici le verbe naît de l'idée. Car les choses extérieures ne peuvent pas représenter les choses spirituelles, et c'est pourquoi, bien que tous deux soient un accident, c'est-à-dire l'idée et le verbe produit par l'idée, parce que tous deux sont dans l'ame comme dans un sujet, le verbe représente mieux la substance de la chose que l'idée elle-même.

En effet, comme l'intellect tend à atteindre la nature de l'objet, il y a dans l'idée énoncée une puissance de représentation intellectuelle de la nature de la substance, qui forme directement cet objet dans l'intellect, comme la vertu de la forme du feu est renfermée dans la

formare, quia habere speciem rei apud se, est sibi loco aspectus exemplaris. Artifices namque intuentes sua exemplaria, nihil aliud acquirunt, nisi ipsas species exemplarium, hæc autem species quam habet intellectus, advenit sibi à re quam ipse non est intuitus, sed sensus. Et quia est rei similitudo, est principium generationis hujus : unde in intellectu potest esse generatio perfectum, cum nihil ejus generetur. Directe igitur à specie ipsa itur in ipsum verbum, cum non percipitur ejus subjectum, sed res cujus est illa similitudo. Huic etiam similitudini tanto intimius est verbum, quanto perfectius genitum est. Ideo verbum intelligentis intimum est principium intellecto, ex quo et specie fit unum, nec tamen informatur subjectum simul diversis accidentibus ejusdem speciei, quia impossibile est eandem superficiem simul

duabus albedinibus informari : hoc enim est impossibile, quando utrumque accidens est in ratione ejus, quo aliquid fieri habet. Verbum autem est in quo aliquid intelligitur, sicut lux est in qua perficitur cognitio, sicut species coloris in visu exteriori, et forte similis si lux ex specie coloris generaretur, sicut ibi fit verbum ex specie. Exteriora enim deficiunt à representatione interiorum, et propter hoc licet utrumque sit accidens, species scilicet et verbum ex specie genitum, quia utrumque est in anima, ut in subjecto, verbum tamen magis transit in similitudinem substantiæ quam species ipsa.

Quia enim intellectus nititur in quidditatem rei venire, ideo in specie prædicta est virtus quidditatis substantiæ spiritualiter, per quam quidditas spiritualiter recte formatur, sicut in calore est virtus

chaleur qui conduit à produire dans l'esprit la forme substantielle du feu, ce que l'accident ne feroit pas par lui-même. D'où il suit que le verbe qui est le dernier terme capable d'être produit intérieurement par l'idée, réussit mieux à peindre l'objet, que l'idée seule de l'objet. Parce qu'en effet ce qui est du domaine de l'intelligence est conçu par cela même que l'intellect se produit par son idée, il est de sa nature de se former avant de concevoir, quoique non antérieur par l'origine, il semble donc que le verbe qui suit l'idée de l'objet, suit également l'intelligence de l'objet.

Il n'en seroit point ainsi si l'intellect découvroit l'objet par son image, comme existant en soi, comme l'œil aperçoit une couleur hors de lui-même, et alors il produiroit le verbe en lui, dès qu'il auroit l'idée de l'objet. Mais parce que l'intellect recevant l'idée par l'objet à l'aide des sens, ne le voit pas par l'objet même tel qu'il est dans sa nature, mais tel que le représente l'intellect, parce qu'il forme en lui-même l'objet qu'il conçoit; mais l'objet est naturellement antérieur en action potentielle à l'égard de l'objet; aussi le verbe qui est dans l'intellect est antérieur dans l'intellect au terme qui l'exprime; car autre chose est ce qui reçoit une idée, autre chose est le terme de l'action de l'intellect, c'est-à-dire l'image de l'objet formée par l'intellect.

On peut concevoir, par tout ce que nous avons dit, comment l'un est antérieur à l'autre. Car l'intellect pénétré d'une idée existe naturellement avant la formation du verbe; voilà comment l'idée, dans le fond des choses, est antérieur au verbe, et comment le verbe est le terme de l'action de l'intellect. Mais comme l'objet n'est exprimé que par le verbe, comme nous l'avons dit, le verbe est antérieur à toute action dont il est le terme; aussi le terme existe-t-il avant l'idée, et il

formæ ignis, per quam attingitur in generatione ad formam substantialem ignis quod accidens per se non attingeret: unde verbum quod est ultimum quod potest fieri intra per speciem, magis accidit ad ipsam rem representandam, quam nuda species rei. Quia igitur res intelligibilis eo ipso intelligitur quo intellectus formatur sua specie actu, prius natura est informari quam intelligere, sed non tempore, ideo videtur verbum quod sequitur speciem rei, similiter sequi intelligere ejus. Hoc autem non esset, si per speciem rei tenderet intellectus in ipsam rem, ut in se, sicut visus videt colorem extra se existentem, et tunc formaret verbum in se re prius intellecta. Sed quia intellectus accipiens speciem à re per sensus, non ducitur per ipsam in rem ut est in sui natura, sed in se est, quia ipse facit in se objectum quod est in eo intellectum, objectum au-

tem naturaliter prius est actione potentiæ circa objectum, ideo verbum quod est intra ipsum intellectum, prius est ipso intelligere ad ipsum terminato. Aliud enim est hoc à quo accipitur species, scilicet res ipsa, et aliud ad quod terminatur actio intellectus, scilicet similitudo rei formata ab intellectu. Ex dictis manifestum est, quomodo attenditur prioritas unius eorum ad alterum. Prius enim natura est intellectus informatus specie, quæ est primum sufficiens intelligendi, quam gignatur verbum: et ideo intelligere in radice prius est verbo, et verbum est terminus actionis intellectus. Sed quia objectum non habetur nisi in verbo, ut dictum est: objectum autem prius est quam quælibet actio ad eum terminata, ideo verbum prius est quam intelligere, et hoc totum ideo contingit, quia non terminatur actio intellectus ad rem extra, à qua acquirit speciem

en est ainsi, parce que l'action de l'intellect n'a pas pour terme un objet extérieur qui lui imprime une idée telle qu'elle est en soi. Car si l'idée pouvoit imprimer dans l'intellect un objet tel qu'il est en soi, comme l'idée d'une couleur y imprime cette couleur, l'idée précéderoit le verbe de toute manière. D'où l'on voit que le verbe ne suit pas l'intellect immédiatement après la raison de l'intellect.

Le verbe pourroit bien aussi précéder simplement l'action de l'intellect qui est l'idée, mais le verbe suit immédiatement l'action de l'intellect, dans l'idée de laquelle naît le verbe, comme un acte produit par un acte et non comme un acte dérivant d'un principe potentiel. Aussi le verbe est-il postérieur à l'action de l'idée du côté de l'intellect, et suit-il l'idée non en elle-même mais dans son origine, comme nous l'avons dit : que si l'intellect recevoit l'idée du verbe, avant de comprendre le verbe et l'objet du verbe, il lui seroit impossible de se faire comprendre ou de former le verbe par son principe, comme il est impossible à l'intellect de produire un objet extérieur, duquel il tire son idée.

Il est facile de voir, d'après tout ceci, pourquoi l'intellect ne s'exprime pas, quand il forme son verbe d'après l'idée, car l'ame est comme transformée dans l'objet par l'idée qui lui imprime toutes ses opérations; et lorsque l'intellect a reçu ses impressions, il produit le verbe par lequel il rend l'idée dont il est pénétré, mais non pas lui-même.

Mais lorsqu'il cherche à se comprendre, n'étant comme tout le reste, saisissable que par l'image d'autre chose, parce qu'il n'a pas besoin d'image pour comprendre, le pouvant par ses propres facultés, il ne possède pas par lui-même la faculté de comprendre l'idée qui forme son verbe à lui, il reçoit de lui-même l'idée claire, non de lui mais de l'objet qui lui donne nécessairement la faculté de comprendre, ainsi que nous l'avons dit. Lors donc qu'il est formé par cette

ut in se est. Si enim species nata esset ducere intellectum ad rem ut in se est, ut species coloris ducit in colorem, omnibus modis præcederet intelligere verbum, unde manifestum est, quod verbum non est quod sequitur intellectum immediate post rationem intellectus. Sic enim simpliciter præcederet verbum actum intellectus, qui est intelligere, sed verbum sequitur immediate intellectum in actu per speciem, à qua procedit verbum ut actus ex actu, et non ut actus ex potentia: unde verbum posterius est actu intelligendi à parte intellectus, et sic verbum sequitur ad intelligere non in se, sed in sua radice, ut dictum est. Si vero intellectus a verbo acciperet speciem priusquam intelligeret ipsum verbum et rem in verbo, impossibile

foret per illud intelligere, vel verbum formare per ejus principium, sicut impossibile est intellectum facere rem extra, à qua speciem trahit.

Ex dictis facile est scire, quare intellectus non dicit se, quando format verbum secundum rem. Anima enim quasi transformata est in rem per speciem, qua agit quidquid agit: unde cum ea informatus est actu, verbum producit, in quo rem illam dicit cujus speciem habet, et non se. Cum vero nititur se apprehendere, quia non est cognoscibilis, nisi sicut alia per speciem aliorum, quia non indiget specie ut intelligat, hoc enim potest de se, non habet in se ut intelligens est speciem qua formetur verbum sui, sed accipit à se intelligibilem speciem non sui, sed rei, qua

idée, il se comprend aussitôt et ceci par réflexion; parce que cette idée étant reçue plutôt par l'objet que conçue par lui-même est compréhensible, et il n'est pas nécessaire que le verbe soit formé avant l'idée, mais dès qu'il l'a, il forme son verbe. Aussi l'idée doit avoir l'antériorité non de temps mais de nature, puisqu'il se comprend lui-même. Et bien qu'il se comprenne, il ne forme pas tout l'objet, mais seulement quelque chose qui tient à l'objet. Car, en se comprenant, il s'identifie à lui-même et cela est son verbe. En effet l'idée qu'il a de lui-même ne diffère pas du terme qui l'exprime, mais ces deux choses ne font qu'un. Et parce que cette idée est l'image d'un objet et qu'elle n'est pas sortie de son essence pure, le verbe formé dans l'ame par l'idée d'un objet n'est pas simplement le verbe de l'ame, mais bien de l'objet, comme nous l'avons dit. Mais si l'idée se comprenoit en dehors de toute autre chose et qu'elle en engendrât d'autres semblables à elle, elle seroit un verbe pur, exempt de tout mélange étranger.

Tel est le Verbe de Dieu qui est le même en nature, dans le Père, exprimant le Verbe lui-même. Cependant le verbe de l'ame s'exprimant de cette manière ne seroit qu'un accident, et par conséquent d'une autre nature que l'ame, puisque l'accident seroit produit par elle et d'elle-même, ne pouvant créer elle-même sa substance. Mais Dieu n'ayant aucune différence dans sa nature, son Verbe est la vertu de Dieu et sa substance réelle et véritable.

Et Dieu, voyant tout d'un seul regard, exprime tout dans une seule parole, tandis qu'il nous faut plusieurs paroles, à cause de l'impuissance de notre intellect à saisir les choses et leurs rapports entre elles, comme le mot d'une conclusion déduite des prémisses. Quelquefois il n'en faut pas plusieurs, comme dans les choses qui n'ont pas de liaison entre elles, comme des mots pierre et bois qui

necessario informatur ut intelligatur, ut dictum est. Cum igitur illa specie informatur, statim se intelligit, et hoc est per reflexionem, quia hæc species prius accepta à re quam à se informata, est intelligibilis, nec oportet prius formare verbum quam intelligere, sed cum intellexerit, format verbum sui; et ideo intelligere non tempore, sed natura præcedere necesse est, cum seipsum intelligit: non enim cum se intelligit, facit totum objectum, sed aliquid circa ipsum. Induit enim se et hoc est verbum sui, cum se intelligit: non enim est aliud à quo accipitur species ab eo ad quod terminatur, sed idem. Sed quia ista est species rei, et non genita de essentia nuda, formatum verbum de anima per speciem rei non est purum verbum animæ, sed rei dictæ. Si vero nudatam ab omni re se apprehenderet et similia sui in

se gigneret, hoc ejus verbum esset purum. nihil extraneum habens admixtum.

Tale est verbum Dei, quod idem est in natura cum Patre dicente ipsum Verbum. Verbum tamen animæ tali modo se dicentis foret accidens, et pro tanto diversæ naturæ foret ab anima, cum accidens sui foret, et à se et de se factum: ipsa enim substantiam facere non potest, Deus autem nihil diversitatis in sua natura habet, ideo Verbum suum Deus virtus et substantia vera est. Deus autem, quia omnia unico intuitu videt, uno verbo omnia dicit, nos vero multa verba habemus propter impotentiam intellectus nostri intelligendo, et horum quædam oriuntur ex aliis, sicut verbum conclusionis ex principiis: quædam vero non, sicut in rebus quæ non habent connexionem ad invicem, ut patet de lapide et ligno, quædam statim offe-

s'offrent tout de suite à l'idée, d'autres après un examen plus difficile, d'autres enfin où il faut un discernement extraordinaire. C'est pourquoi nos paroles rendent plus ou moins l'idée, d'autres se présentent plus facilement, et d'autres plus péniblement; comme on est quelquefois plus facile et moins long, d'autres fois plus laborieux et moins court à tirer ses conclusions des prémisses. Ceci doit suffire touchant le verbe.

Fin du quatorzième Opuscule de saint Thomas sur la nature et l'origine du verbe de l'intellect.

BANDEL, Curé, Chanoine honoraire de Limoges.

OPUSCULE XV.

INSIGNE TRAITÉ DU MÊME DOCTEUR SUR LES SUBSTANCES SÉPARÉES, OU DE LA NATURE DES ANGES, A SON FRÈRE BIEN-AIMÉ RÉGINALD, RELIGIEUX DU MÊME ORDRE.

Puisque nous ne pouvons pas assister aux saintes solennités de la fête des Anges, nous ne devons pas laisser passer ce temps sans rien faire, mais employer à écrire le temps que nous ne pouvons donner au chant de l'office divin. Ayant donc l'intention de faire connoître l'excellence des saints anges, il faut d'abord commencer par exposer les idées que l'antiquité en avoit, afin d'accepter celles qui s'accor-

<p>runtur intelligenti, quædam enim cum majori, quædam cum diviniore discursu. Ideo verba nostra quædam plus, quædam minus habent de cognitione, et quædam citius et quædam tardius formantur, sicut scire quarundam conclusionum tardius et difficilius, quarundam vero facilius et</p>	<p>citius acquiritur, et hæc de verbo dicta sufficiant.</p> <p style="text-align: right;"><i>Explicit Opusculum decimum quartum D. Thomæ, de natura et origine verbi intellectus.</i></p>
--	---

OPUSCULUM XV.

EJUSDEM DOCTORIS TRACTATUS INSIGNIS DE SUBSTANTIIS SEPARATIS, SEU DE ANGELORUM NATURA, AD FRATREM REGINALDUM SOCIUM SUUM CHARISSIMUM.

<p>Quia sacris Angelorum solemnibus interesse non possumus, non debet nobis devotionis tempus transire in vacuum, sed quod psallendi officio subtrahitur scribendi studio compensetur. Intendentes igitur</p>	<p>sanctorum Angelorum excellentiam utcumque deproinere, incipiendum videtur ab his quæ de Angelis antiquitus humana conjectura æstimavit, ut si quid invenerimus fidei consonum, accipiamus, quæ</p>
---	---

deroient avec la foi, et de rejeter celles qui seroient opposées avec la doctrine catholique.

CHAPITRE PREMIER.

Des opinions des anciens philosophes.

Les premiers de ceux qui discoururent, en philosophant, sur la nature des choses, crurent qu'il n'y avoit que des corps, supposant tantôt qu'il y avoit plusieurs éléments corporels, tantôt qu'il n'y en avoit qu'un. Parmi ceux qui prétendoient qu'il n'y en avoit qu'un, Thalès de Milet soutenoit que c'étoit l'eau, Diogène l'air, Eposius le feu, et Héraclite la vapeur. Et, quoique multiples ou bornés, on admettoit quatre éléments, comme Empédocle, et avec eux deux moteurs, l'attraction et la répulsion. Ou bien on en admettoit d'infinis, comme Démocrite et Anaxagore, qui admettoient tous deux les molécules élémentaires comme les principes de toutes choses, avec cette différence pourtant que Démocrite les supposoit toutes de même espèce, ne différant que par la forme, l'ordre et la position. Anaxagore pensoit que les molécules infinies étoient les premiers principes des êtres qui sont composés de molécules semblables. Et parce qu'ils croyoient tous que le premier principe des créatures étoit divin, selon que chacun donnoit à l'un de ces corps le titre de ce premier principe, ils pensoient qu'il falloit le regarder comme un dieu. Nous avons dit cela, parce qu'aucun de ces philosophes et de leurs successeurs ne crurent qu'il y avoit des substances incorporelles, que nous appelons anges. Mais adoptant le système d'Epicure et de Démocrite, ils supposoient des dieux corporels, à forme humaine, qu'ils représentoient comme plongés dans un éternel repos, ne s'occupant de rien, faisant consister leur bonheur dans la jouissance d'une volupté perpétuelle.

vero doctrinæ repugnant catholicæ, refutemus.

CAPUT PRIMUM.

De opinionibus antiquorum philosophorum.

Primi quidem igitur philosophantium de rerum naturis sola corpora esse aestimaverunt, ponentes prima principia aliqua corporea elementa aut plura, aut unum : et si unum, aut aquam, ut Thales Milesius, aut aerem, ut Diogenes, aut ignem, ut Epasius, aut vaporem, ut Heraclitus. Et si plura, aut finita, sicut Empedocles quatuor elementa, et cum his duo moventia, amicitiam et litem : aut infinita, sicut Democritus et Anaxagoras, quorum uterque posuit infinitas partes minimas esse omnium rerum principia, nisi quod Democritus eas posuit genere similes, differre autem solum figura, et ordine, et

positione. Anaxagoras autem diversarum rerum quæ sunt similium partium infinitas partes minimas prima rerum principia existimavit. Et quia omnibus inditum fuit animo ut illud divinum existimarent quod esset primum rerum principium, prout quisquis alicui eorum corporum auctoritatem attribuebat primi principii, eidem etiam divinitatis nomen et dignitatem attribuendam censebant, quæ quidem ideo dicta sunt, quia his omnibus et eorum sequacibus nullas substantias incorporeas esse videbantur, quas angelos nominant. Sed Epicuri ex Democriti doctrinis originem sumentes, Deos quosdam ponebant corporeos quidem utpote humana figura figuratos, quos dicebant esse penitus otiosos, nihil curantes, ut sic perpetuis voluptatibus fruenter possent esse beati, unde hæc opinio in tantum invaluit, ut usque

Et cette opinion prit tellement faveur, qu'elle pénétra jusque chez les Juifs, adoreurs du vrai Dieu, parmi lesquels les Saducéens soutenoient qu'il n'y avoit ni anges, ni esprits. Les anciens philosophes combattirent cette opinion de trois manières. Premièrement Anaxagore qui, malgré qu'il soutint, avec les autres naturalistes, que les principes naturels des corps étoient matériels, admit cependant le premier de tous les autres philosophes un principe immatériel, c'est-à-dire une intelligence. Comme, en effet, tous les corps, par leur position, étoient mêlés ensemble, on ne pouvoit les distinguer entre eux, à moins d'un principe différentiel qui étoit entièrement séparé des autres, et qui n'avoit rien de commun avec la nature corporelle. Mais son opinion, quoiqu'elle approchât plus près de la vérité que celle des autres, qui n'admettoient qu'une nature corporelle, pêche de deux manières.

La première, comme on le voit par l'exposition qu'il en fait, en ce qu'il n'admit qu'un seul intellect séparé, qui avoit fait ce monde, en séparant ce qui étoit confondu. Mais comme nous attribuons à Dieu la création du monde, nous ne pouvons rien conclure, de son opinion, en faveur des substances immatérielles, que nous appelons les anges, qui sont au-dessous de Dieu et au-dessus des êtres matériels. La seconde, en ce qu'il n'exprime pas assez clairement la puissance et la dignité de l'intellect qu'il sépare de toutes les autres substances. En effet, comme il ne regardoit pas cet intellect qu'il mettoit à part de la création, comme le principe universel de tous les êtres, mais seulement comme un principe distingué, il n'admettoit pas que les corps, confondus ensemble, eussent une existence distincte de l'intellect séparé, mais qu'il y avoit seulement une différence entre eux. Ce qui fait que Platon

ad Judæos Dei cultores perveniret, quorum Saducæi dicebant non esse angelum neque spiritum. Huic autem opinioni triplici via restiterunt antiqui philosophi. Primo namque Anaxagoras, etsi cum cæteris philosophis naturalibus naturalia principia corporalia poneret, posuit tamen primus inter philosophos quoddam incorporale principium, id est intellectum. Cum enim secundum suam positionem omnia corporalia in omnibus mixta essent, non videbatur quod ab invicem corpora distingui potuissent, nisi fuisset aliquod distinctionis principium, quod ipsum secundum se penitus esset innixtum, et nihil cum natura corporali habens commune. Sed ejus opinio etsi in veritate alias præcesserit, quia solum materialem naturam ponebant, invenitur tamen à veritate deficere in duobus.

Primo quidem, quia, ut ejus positione

apparet, non posuit nisi unum intellectum separatum, qui hunc mundum effecerat commixta distinguendo. Cum autem Deo attribuamus mundi institutionem, secundum hoc, et de substantiis incorporalibus, quas Angelos dicimus, quæ sunt infra Deum, et supra naturas corporeas, ex ejus opinione nihil habere poterimus. Secundo, quia etiam circa intellectum, quem unum ponebat immixtum, in hoc videtur deficere, quod ejus virtutem et dignitatem non sufficienter expressit. Cum enim existimaret intellectum quem posuit separatum, non ut universale essendi principium, sed solum principium distinctivum, non ponebat quod corpora invicem commixta esse haberent ab intellectu separato, sed solum quod ab eo distinctionem sortirentur: unde Plato sufficientiori via processit ad opinionem primorum naturalium evacuandam.

Platon a parfaitement réfuté l'opinion des premiers naturalistes.

Car comme ils admettoient tous qu'on ne pouvoit acquérir une connoissance certaine de la vérité des choses, tant à cause de la variabilité des corps, qu'à cause de l'insuffisance de nos sens qui nous font connoître les corps, il admit des natures séparées de la matière des êtres périssables, dans lesquelles la vérité étoit immuable, et par le moyen desquelles notre ame, en s'y attachant, connoissoit la vérité.

Ainsi, d'après cela, l'intellect, en connoissant la vérité, voit au-delà de la nature des corps matériels; et c'est ce qui lui a fait penser qu'il y avoit des substances séparées des corps. Or notre intellect emploie une double abstraction pour arriver à la connoissance de la vérité. Une d'après laquelle elle connoît les nombres, les dimensions et les figures des mathématiques, sans l'intellect de la matière sensible. Car en se figurant un binôme, un trinôme, ou une ligne droite, une superficie, un triangle, ou un carré, il ne nous vient point à l'esprit quelque chose qui dépende du froid ou du chaud, ou toute autre chose qui tombe sous les sens.

L'autre abstraction se fait quand notre esprit, en apercevant une idée générale, sans faire attention à rien de particulier, par exemple, quand nous songeons aux hommes en général, sans penser à Socrate ou à Platon, ou à toute autre personne; et ainsi des autres suppositions qu'on peut faire. De là Platon distinguoit deux genres de choses séparées des êtres sensibles, savoir, les mathématiques et les universaux, qu'il appelloit images ou idées. Il y a cependant cette différence entre les deux, que, dans les mathématiques, nous pouvons voir plusieurs choses sous une seule figure, par exemple deux lignes égales, ou deux triangles équilatéraux et égaux entre eux, ce qui ne peut

Cum enim apud antiquos naturales poneretur ab omnibus certam rerum veritatem sciri non posse, tum propter rerum corporalium continuum fluxum, tum propter deceptionem sensuum quibus corpora cognoscuntur, posuit naturas quasdam à materia fluxibilium rerum separatas, in quibus esset veritas fixa, et sic eis inhaerendo anima nostra veritatem cognosceret.

Unde secundum hoc intellectus veritatem cognoscens aliquid seorsum apprehendit præter naturam sensibilium rerum, et sic existimavit esse aliqua à sensibilibus separata. Intellectus autem noster duplici abstractione utitur circa intelligentiam veritatis. Una quidem secundum quod apprehendit numeros mathematicos et magnitudines, et figuras mathematicas sine materiæ sensibilis intellectu: non enim intelligendo binarium, aut trinarium, aut lineam, et superficiem, aut triangulum,

et quadratum simul in nostra apprehensione aliquid cadit quod pertineat ad calidum vel frigidum, aut aliquid hujusmodi quod sensu percipi possit.

Alia vero abstractione utitur intellectus noster intelligendo aliquid universale absque consideratione alicujus particularis, puta, cum intelligimus homines nihil intelligentes de Socrate vel Platone, ut alio quocumque, et idem apparet in aliis: unde Plato duo genera rerum à sensibilibus abstracta ponebat, scilicet mathematica et universalia, quæ species seu ideas nominabat. Inter quæ tamen hæc differentia videbatur quod in mathematicis apprehendere possumus plura unius speciei, puta, duas lineas æquales, vel duos triangulos æquiláteros et æquales, quod in speciebus omnino esse non potest, sed hoc in universali acceptus, secundum speciem est unius tamen. Sic igitur mathematica pu-

pas être dans les images, mais pris généralement est le tout d'une chose dans l'idée. Ainsi les mathématiques mettoient un milieu entre les images, ou les idées et les choses sensibles, lesquelles ont ce rapport avec les objets matériels, que plusieurs sont renfermées dans la même idée. Et elles sont distinctes en ceci, aussi bien que les images de la matière sensible.

Il mettoit aussi un certain ordre dans les idées elles-mêmes, d'après lequel une idée étoit simplement dans l'intellect, et existoit antérieurement dans l'ordre des choses. Or, ce qui est premièrement dans l'intellect est un et bon, car il ne saisit rien qui ne soit un et bon, car l'unité et la bonté sont sœurs. Ce qui fait qu'il regardoit la première idée de l'unité, ce qu'il appeloit un en soi et bon en soi comme le premier principe des choses, et qu'il nommoit Dieu. Et, sous cette unité, il établissoit plusieurs ordres de principes et de conséquences (de créateurs et de créatures), dans les substances séparées de la matière, qu'il appeloit des dieux de second ordre, comme des unités secondaires à la première unité.

De plus, comme toutes les autres espèces participent de l'unité, de même il faut, pour que l'intellect comprenne, qu'il participe des espèces des êtres. De même, au-dessous du souverain Seigneur Dieu, qui est l'unité première, simple et principe, il y a d'autres espèces comme des unités secondaires et des dieux de second ordre; ainsi, sous les espèces de ces unités, il plaçoit les intelligences séparées, qui participent de ces différentes espèces, en tant qu'intelligentes de fait, parmi lesquelles chacune est d'autant plus élevée qu'elle est plus rapprochée du premier intellect, qui participe pleinement de tous les ordres; comme dans les dieux ou dans les unités, celui-là est d'autant plus élevé, qui participe plus parfaitement de la première unité.

nebat media inter species seu ideas et sensibilia, quæ quidem cum sensibilibus conveniunt in hoc quod plura sub eadem specie continentur. Cum speciebus autem in hoc quod sunt à materia sensibili separata. In ipsis etiam speciebus ordinem quemdam ponebat, quia secundum quod aliquid erat simplicius in intellectu, secundum hoc prius erat in ordine rerum: id autem quod primo est in intellectu, est unum et bonum, nihil enim intelligit, qui non intelligit unum et bonum, unum autem et bonum consequuntur se: unde ipsam primam ideam unius, quod nominabat secundum se unum et secundum se bonum, primum rerum principium esse ponebat, et hunc summum Deum esse dicebat. Sub hoc autem uno diversos ordines participantium et participatorum instituebat in substantiis à materia separatis, quos qui-

dem omnes ordines secundos Deos esse dicebat, quasi quasdam unitates secundas post primam simplicem unitatem.

Rursus, quia omnes aliæ species participant uno, ita etiam oportet, quod intellectus ad hoc quod intelligat, participet entium speciebus. Ideo sic sub summo Deo, qui est unitas prima, simplex et participata, sunt aliæ rerum species quasi unitates secundæ, et Dii secundi, ita sub ordine harum specierum seu unitatum ponebat ordinem intellectuum separatorum, qui participant supradictas species ad hoc quod sint intelligentes in actu, inter quos tanto unusquisque est superior, quanto propinquior est primo intellectui, qui plenam habet participationem specierum, sicut et in Diis, seu unitatibus tanto unusquisque est superior, quanto perfectius participat unitatem primam.

Mais en enlevant l'intellect aux dieux, il ne vouloit pas dire qu'ils ne fussent point intelligents, mais qu'ils comprenoient superintellectuellement, et non comme participant des autres espèces, mais d'eux-mêmes, de telle façon cependant qu'aucun ne fût bon et un, indépendamment de toute participation de l'intellect et de la bonté première. Ensuite, comme nous savons que les ames sont intelligentes, elles ne le sont point, parce qu'elles sont ames, sans cela il s'ensuivroit que toute ame seroit intelligente, et seroit l'intellect par son essence. Il vouloit, enfin, que sous l'ordre des intelligences séparées, on plaçât l'ordre des ames, desquelles un certain nombre seulement, supérieures aux autres, sont douées d'intelligence; et d'autres, à un degré inférieur, en fussent privées.

Enfin parce que les corps semblent ne point se mouvoir à moins qu'ils soient unis à une ame, il attribuoit le mouvement des corps à leur union avec l'ame. Car les corps qui n'ont point d'ame ne reçoivent point le mouvement d'un autre principe moteur, d'où il prétendoit que les ames avoient la propriété de se mouvoir par elles-mêmes. Il soumettoit donc les corps aux ames, de manière cependant que le plus élevé des corps ou le premier ciel qui reçoit le mouvement du premier moteur, le reçoit d'une ame supérieure et ainsi de suite, jusqu'au dernier des corps célestes.

Les Platoniciens plaçoient au-dessous d'autres corps immortels, qui sont animés par des ames, tels que le firmament et l'éther. Ils soutenoient qu'il y en avoit de privés de corps terrestres, et qui étoient les corps des démons, d'autres réunis à des corps terrestres, ce qui s'entend des ames des hommes. Car ils soutenoient que ce corps humain, que nous voyons et que nous touchons, n'étoit pas uni im-

Separando autem intellectus à Diis, non excluderat quin Dii essent intelligentes, sed volebat quod superintellectualiter intelligerent, non quidem quasi participant aliquas species, sed per se ipsos, ita tamen quod nullus eorum esset bonus et unum, nisi per participationem primi unius et boni. Rursus, quia animas quasdam intelligentes videmus, non autem hoc convenit animæ ex eo quod est anima, alioquin sequeretur quod omnis anima esset intelligens, et quod anima secundum totum id quod est, esset intellectus. Ponebat ulterius, quod sub ordine intellectuum separatorum esset ordo animarum, quarum quædam superiores videlicet participant intellectuali virtute, infimæ vero ab hac virtute deficiunt.

Rursus, quia corpora videntur non per se moveri nisi sint animata, hoc ipsum quod est per se moveri, ponebat corpo-

ribus accidere in quantum participabant animam, nam illa corpora quæ ab animæ participatione deficiunt, non moventur ab alio: unde ponebat animabus proprium esse, quod seipsas moverent secundum seipsas. Sic igitur sub ordine animarum ponebat ordinem corporum, ita tamen quod supremum corporum scilicet primum cælum, quod primo motu movetur, participat motum à suprema anima, et sic deinceps usque ad infimum cælestium corporum.

Sub his autem ponebant Platonici et alia immortalia corpora, quæ perpetuò animas participant, scilicet aerea vel ætherea. Horum autem quædam ponebant à terrenis corporibus esse penitus absoluta, quæ dicebant esse corpora dæmonum: quædam vero terrenis corporibus indita, quod pertinet ad animas hominum. Non enim ponebant hoc corpus terrenum hu-

médiatement à l'ame, mais que l'ame avoit habité un autre corps incorruptible et immortel, et comme elle est elle-même immortelle, elle étoit avec son corps immortel et invincible dans ce corps grossier, non comme la forme dans la matière, mais comme le pilote dans son vaisseau ; et comme il y a des hommes bons et d'autres mauvais, il en est de même des démons. Mais ils prétendoient que les ames célestes et les intelligences séparées et tous les dieux étoient bons.

On voit donc, d'après cela, qu'ils mettoient entre Dieu et nous quatre ordre, c'est-à-dire les dieux de second ordre, les intelligences séparées, les ames célestes et les démons bons et mauvais. Que s'ils disoient vrai, tous ces ordres intermédiaires seroient ce que nous appelons les anges, car la sainte Ecriture donne le nom d'ange aux démons. Il faut encore compter parmi les anges les ames des corps célestes, s'ils sont animés, comme le dit saint Augustin dans son *Enchiridion*.

CHAPITRE II.

Opinion d'Aristote et d'Avicenne sur le nombre des substances séparées.

Cette opinion est sans fondement : car il n'est pas nécessaire que ce que l'intellect comprend soit séparé en nature. D'où l'on ne doit point conclure que ce qui est universel doive avoir une existence séparée et en dehors de ce qui est particulier, pas plus que les nombres en dehors des signes sensibles, car ce qui est universel est de même nature que ce qui est particulier, les mathématiques sont une espèce de terme des corps sensibles. C'est pourquoi Aristote a trouvé un moyen plus clair et plus sûr pour parvenir à distinguer les substances séparées de la matière, à savoir celui du mouvement.

manum quod palpanus et videmus, immediate participare animam, sed esse aliud interius corpus animæ incorruptibile et perpetuum, sicut et ipsa incorruptibilis est, ita quod anima cum suo perpetuo invisibili corpore est in hoc corpore grossiori non sicut forma in materia, sed sicut nauta in navi : et sicut hominum quosdam dicebant esse bonos, quosdam autem malos, ita et dæmonum. Animas autem cælestes, et intellectus separatos, et Deos omnes dicebant esse bonos.

Sic igitur patet, quod inter nos et summum Deum quatuor ordines ponebat, scilicet Decorum secundorum, intellectuum separatorum, animarum cælestium et dæmonum bonorum seu malorum. Quæ si vera essent, omnes hujusmodi medii ordines apud nos angelorum animæ censerentur ; nam et dæmones in sacra Scriptura angeli nominantur, *Matth.*, XX. Ipsæ etiam ani-

mæ cælestium corporum, si tamen sint animata, inter Angelos sunt connumerandæ, ut Augustinus diffinit in *Enchir.*

CAPUT II.

Opinio Aristotelis et Avicennæ de numero substantiarum separatarum.

Hujus autem positionis radix invenitur efficaciam non habere. Non enim necesse est, ut ea quæ intellectus separatim intelligit, separatim esse habent in rerum natura : unde nec universalialia oportet separata ponere, et subsistentia præter singularia. Neque etiam mathematica præter sensibilia, quia universalialia sunt essentialia ipsorum particularium, et mathematica sunt terminationes quædam sensibilibium corporum ; et ideo Aristoteles manifestiori et certiori via processit ad investigandum substantias à materia separatas, scilicet per viam motus.

D'abord en l'appuyant par le raisonnement et par des faits ; c'est-à-dire que tout ce qui a mouvement le reçoit d'un autre ; et si l'on dit qu'une chose se meut d'elle-même , ce n'est pas dans le même sujet , mais dans quelques-unes de ses parties ; de telle façon qu'une partie imprime et l'autre reçoit le mouvement ; et comme ce n'est point étendre à l'infini le mouvement et l'action qui le donne , parce qu'en retranchant le premier moteur il s'ensuit que tout mouvement cesse ; il faut qu'on arrive à un premier moteur immobile qui soit mû par lui-même , comme nous l'avons dit , et à un premier anneau de la chaîne des êtres mobiles. Car ce qui existe en soi est toujours la cause de l'effet et lui est antérieur. Ensuite , comme le mouvement tend à se continuer indéfiniment , et parce qu'aucune force n'est capable d'imprimer un mouvement continu , à moins qu'elle ne soit infinie et qu'aucune force en étendue n'est pas une force infinie , il conclut que la force du premier moteur ne peut être celle d'un corps , et que le premier moteur est incorporel et sans étendue. De même , comme dans les choses mobiles , il y a une tendance d'impulsion , comme ce qui se meut sur ce qui est immobile , et l'impulsion comme le moteur sur l'objet mis en mouvement , il finit par conclure que le premier moteur est immobile , comme une certaine situation supérieure , et que le premier moteur qui se meut lui-même , est le premier moteur par sa propre impulsion.

Mais il faut considérer ensuite que dans l'ordre des forces qui s'appêtent , la première est celle de l'intellect. Car la force intellectuelle tend à ce qui est bon en soi et la force sensitive ne peut atteindre à désirer ce qui est bon en soi , mais seulement ce qui semble bon. Car le bien absolu n'est pas du domaine des sens , mais seulement de l'intellect : il reste donc que le premier mobile est intelligent et doué

Primo quidem constituens et ratione et exemplis. Omne , scilicet , quod movetur ab alio moveri , et si aliquid à se ipso moveri dicatur , hoc non est secundum idem , sed secundum diversas sui partes , ita scilicet quod una pars ejus sit movens et alia mota , et cum non sit procedere in infinitum in moventibus et motis , quia remoto primo movente esset consequens etiam alia removeri , oportet deveniri ad aliquod primum movens immobile , et aliquod primum mobile , quod movetur à se ipso , modo quo dictum est : semper enim quod per seipsum est , est prius et causa ejus quod per aliud. Rursus , constituere intendit motus æternitatem , et quod nulla virtus movere potest tempore infinito , nisi infinita fuerit , itemque , quod nulla virtus in magnitudine sit virtus infinita , ex quibus concludit , quod virtus primi motoris

non est virtus corporis alicujus , unde oportet primum motorem esse incorporeum et absque magnitudine. Item , cum in genere mobilium inveniatur appetibile , sicut movens non motum : appetens autem sicut movens motum , concludit ulterius , quod primum movens immobile est , sicut bonum quoddam appetibile , et quod primum movens se ipsum est primum mobile. quod movetur per appetitum ipsius.

Tollit demum, ut finaliter concludam, prædicta positio etiam philosophiæ primæ principia, auferens unitatem à singulis rebus, et per consequens veram entitatem simul et rerum diversitatem. Si enim alicui existenti in actu superveniat alius actus, non erit totum unum per se, sed solum per accidens, eo quod duo actus vel formæ secundum se diversæ sunt, conveniunt autem solum in subjecto; esse autem unum per unitatem subjecti, est esse unum per accidens, seu duæ formæ sint non inordinate ad invicem, ut album et musicum, quæ sunt unum per accidens. Dicimus enim quod album et musicum sunt unum per accidens, quia insunt uni subjecto. Sive etiam formæ vel actus sint ad invicem ordinatæ, sicut color et superficies; non enim est simpliciter unum superficiatum et coloratum, et si quodammodo coloratum, per se de superficiato prædicetur,

non quia superficiatum significet essentiam colorati, sicut genus significat essentiam speciei, sed à ratione qua subjectum ponitur in diffinitione accidentis, alioquin non prædicaretur coloratum de superficiato per se, sed hoc de illo. Solo autem hoc modo species est unum simpliciter, in quantum vere id quod est homo, animal est, non quia animal subjiciatur formæ hominis, sed quia ipsa forma significata per hunc terminum, animal, aliquando est forma hominis, non differens, nisi sicut determinatum ab indeterminato. Si enim aliud sit animal, et aliud bipes, non erit per se unum animal bipes, quod est homo. Unde nec erit per se ens, et per consequens sequeretur, quod quæcumque in genere conveniunt, non differant nisi accidentali differentia, et omnia erunt unum, secundum substantiam, quæ est genus et subjectum omnium substantiarum, sicut si

étoit blanche et l'autre noire, le tout ne ferait pourtant que la même surface. C'est pourquoi les anciens supposant qu'une seule matière étoit la substance dont étoient composés tous les êtres, soutenoient que l'univers entier ne faisoit qu'un, tant et telle est la conséquence malheureuse qui découle de ce principe, c'est qu'ils confondoient dans un seul et même matérialisme l'ordre des diverses formes des substances.

3^o D'après cette proposition, il faut admettre les causes matérielles jusqu'à l'infini, de manière à ce qu'on ne puisse jamais trouver la matière première. Car les rapports de convenance dans les créatures, et la nature et les rapports de différence expriment la forme, comme on le voit par les prémisses. Si donc il n'y a qu'une matière universelle des êtres faite pour recevoir les diverses formes, il faut que la forme la plus noble soit appliquée à la matière la plus distinguée et la plus épurée, et la forme la plus vulgaire à la matière la plus grossière et la plus ordinaire; par exemple, la forme spirituelle à la matière la plus déliée, et la forme matérielle à la plus basse, comme il le dit lui-même. Or, la différence qui résulte du plus ou moins de délicatesse ou de grossièreté de la matière existe devant la forme spirituelle ou matérielle. Il faut donc qu'avant même cette distinction il existe une autre différence dans la matière qui les sépare l'une de l'autre. Et on pourra faire la même objection pour tout ce qui aura préexisté et ainsi jusqu'à l'infini. Toutes les fois en effet qu'il seroit question de la matière absolument uniforme, il faudroit, d'après les principes de cette opinion, qu'elle n'eût qu'une forme, la même dans toute sa substance, et que de plus la matière soumise à cette forme ne reçût, par conséquent, qu'une forme, la même dans toute sa substance, et que de cette sorte, en descendant jusqu'aux êtres les plus

superficiæ una pars sit alba et alia nigra, totum est una superficies. Propter quod et antiqui ponentes unam materiam, quæ erat substantia omnium de omnibus prædicata, ponebant omnia esse unum, et hæc etiam inconuenientia sequuntur ponentes ordinem diversarum formarum substantiarum in uno et eodem.

Tertio, secundum prædictæ positionis processum, necesse est procedere in causis materialibus in infinitum, ita quod nunquam sit devenire ad primam materiam. In omnibus enim quæ in aliquo conveniunt et in aliquo differunt, id in quo conveniunt, accipitur ut materia; id vero in quo differunt accipitur ut forma, ut ex præmissis patet. Si ergo una est materia communis omnium, ad hoc quod diversas formas recipiat, oportet quod nobiliorem formam in subtiliori et altiori materia recipiat,

ignobiliorem vero in inferiori materia et grossiori, puta, formam spiritualitatis in subtiliori materia, forma vero corporeitatis in inferiori, ut ipse dicit. Præexistit ergo in materia differentia subtilitatis et grossitiei ante formam spiritualitatis et corporeitatis. Oportet igitur quod iterum autem grossitiem et subtilitatem præexistat in materia aliqua alia differentia, per quam una materia sit exceptiva unius et alia alterius, et eadem questio redibit de illis aliis præexistentibus, et sic in infinitum. Quandocumque enim deveniretur ad materiam totaliter uniformem, secundum principia positionis prædictæ oporteret, quod non reciperet, nisi unam formam et æqualiter per totum, et iterum materia illi formæ substrata, non reciperet consequenter nisi unam formam, et uniformiter per totum, ita descendendo usque ad

infimes, on ne put plus trouver de divinité dans les créatures.

4° Parce que les anciens naturalistes admettent que la matière première étoit la substance de toutes les créatures, il étoit possible d'en faire différentes choses en donnant des formes différentes à ses diverses parties. On pouvoit admettre en effet qu'elle étoit divisible, puisqu'elle étoit corporelle. Mais abstraction faite de la division en quantité, il ne restoit que la division d'après la forme ou d'après la matière. Or, si on admet une matière universelle qui soit la substance commune de toutes les créations, n'ayant point de quantité dans sa raison d'être, elle ne peut être divisible que selon la forme ou selon la matière elle-même. Aussi lorsqu'on dit qu'une matière générale incorporelle reçoit en partie cette forme et en partie telle autre, on pré-suppose la division de la matière à la diversité des formes imprimées à la matière. Cette division ne peut donc se faire d'après les formes; que si on entend qu'elle se fait d'après certaines formes, il faut l'entendre de formes primitives, qu'aucune matière ne reçoit entièrement. D'où il faut préconcevoir dans la matière une division ou une distinction quelconque. Et elle s'étendra à l'infini selon d'autres formes où il faut arriver à dire que la première division est d'après la matière elle-même. Il n'y a pourtant pas de division de la matière, à moins que la matière soit divisée en elle-même, non à cause d'une disposition différente, ou à cause de la forme ou de la quantité, parce que ce seroit la diviser en quantité, en forme ou en disposition.

On doit donc conclure de là qu'il n'y a pas qu'une seule matière de toutes les créatures, mais qu'il y en a plusieurs distinctes entr'elles. Or le propre de la matière est d'être en puissance. Il faut donc ad-

infima nulla diversitas in rebus inveniri posset.

Quarto, quia antiquis naturalibus ponentibus primam materiam communem substantiam omnium, possibile erat ex ea diversas res instituire attribuendo diversis partibus ejus formas diversas. Poterat enim in illa communi materia, cum corporalis esset, intelligi divisio secundum quantitatem. Remota autem divisione, quæ est secundum quantitatem, non remanet nisi divisio secundum formam vel secundum materiam. Si igitur ponatur universalis materia, quæ est communis omnium substantia non habens in sui ratione quantitatem, ejus divisio non potest intelligi, nisi vel secundum formam vel secundum materiam ipsam. Cum autem dicitur quod materia incorporea communis partim recipit formam hanc et partim recipit formam illam, divisio materiæ præsupponitur diversitati formarum in materia receptarum.

Non igitur illa divisio potest secundum has formas intelligi. Si ergo intelligatur secundum formas aliquas, oportet quod intelligatur secundum formas priores, quas neutra materia per totum recipit. Unde oportet iterum in materia præintelligere divisionem vel distinctionem quamcumque. Erit igitur et secundum alias formas in infinitum, vel oportet devenire ad hoc, quod prima divisio sit secundum ipsam materiam. Non est autem divisio secundum materiam, nisi materia secundum seipsam distinguitur non propter diversam dispositionem, vel formam aut quantitatem, quia hoc esset distingui materiam secundum quantitatem, aut formam seu dispositionem.

Oportet igitur quod finaliter deveniatur ad hoc quod non sit una omnium materia, sed sint multæ et distinctæ secundum seipsas. Materiæ autem proprium est in potentia esse. Hanc igitur materiæ distinc-

mettre cette distinction de la matière, non qu'elle soit soumise à plusieurs formes ou dispositions, car ceci est en dehors de l'essence de la matière, mais d'après la distinction de la puissance, par rapport à la diversité des formes. Car pour qu'on désigne la puissance sur une force pour produire un acte, il faut distinguer la puissance en tant que puissance. Je dis d'abord que la puissance est une faculté pour une chose quelconque, comme par exemple la puissance de la vue est une faculté propre à apercevoir les couleurs, sans dire si c'est les couleurs blanche ou noire, parce qu'elle est susceptible de voir l'une et l'autre. Et de même une surface peut recevoir une couleur blanche ou noire selon la puissance de réception d'une couleur. D'où l'on voit la fausseté du principe qui suppose que la puissance et l'exercice de cette puissance est la même dans tout.

CHAPITRE VII.

Réfutation de l'opinion d'Avicébron sur la matérialité des substances séparées.

On peut conclure de ce que nous avons dit qu'il est impossible que les substances corporelles et les substances spirituelles soient formées de la même matière. Car si la même matière étoit commune aux unes et aux autres, il faudroit préconcevoir en elle la distinction avant la différence des formes spirituelle et corporelle, ce qui ne peut pas être par division de quantité dans les êtres spirituels, dans lesquels il n'y a point de quantité; d'où il suit que cette distinction ne peut se faire que par rapport aux formes ou à la matière elle-même; et comme elle ne peut s'appliquer à des formes et des modifications infinies, on est amené à dire que la distinction de la matière est en elle-

tionem accipere oportet, non secundum quod est vestita diversis formis aut dispositionibus; hoc enim est præter essentiam materiæ, sed secundum distinctionem potentie respectu diversitatis formarum. Cum enim potentia id quod est ad actum dicatur, necesse est ut potentia distinguatur secundum id quod potentia dicitur. Dico autem primo ad aliquid primo potentiam dici, sicut potentiam visivam ad colorem, non autem ad album aut nigrum, quia eadem est susceptiva utriusque. Et similiter superficies est susceptiva albi et nigri secundum unam potentiam, quæ primo dicitur respectu coloris. Unde patet falsum esse principium quod supponebatur, dicens potentiam et receptionem in omnibus eodem modo inveniri.

CAPUT VII.

Reprobatio opinionis Avicæbron, de matérialitate substantiarum separatarum.

Ex hac autem ratione ulterius concludi potest, quod spiritualis et corporalis substantiæ non potest esse una materia. Nam si est una materia et communis utrorumque, oportet in ipsa distinctionem præintelligi ante differentiam formarum, scilicet spiritualitatis et corporeitatis, quæ quidem non potest esse secundum quantitatis divisionem in substantiis spiritualibus, in quibus quantitatis dimensiones non inveniuntur, unde relinquitur quod ista distinctio sit vel secundum formas seu dispositiones, vel secundum ipsam materiam, et cum non possit esse secundum formas et dispositiones in infinitum, oportet tamen redire ad hoc quod sit distinctio in materia

même. La matière des êtres spirituels et corporels sera donc tout-à-fait différente.

De plus, comme c'est le propre de la matière de recevoir des modifications en tant que matière, si elle est la même pour les êtres spirituels que pour les substances corporelles, il faut que le mode de subir ces modifications soit le même dans les unes et les autres. Or, la matière des êtres corporels reçoit sa forme particulièrement, c'est-à-dire en dehors de la raison commune de la forme. Et la matière corporelle n'est pas seulement assujettie aux modifications ou à une forme corporelle, parce que la matière corporelle reçoit individuellement la forme corporelle elle-même. D'où l'on voit que ce qui convient à telle matière par sa nature de matière, reçoit la forme d'une matière très-imparfaite, parce qu'elle est très-imparfaite et misérable. Car les modifications sont subordonnées à la nature qui les subit. Et à cause de cela elle n'a pas la parfaite raison de la forme qui se donne selon toute l'étendue de la nature particulière qui la reçoit.

Il est clair que toute substance intellectuelle reçoit la forme spirituelle selon toute sa capacité, autrement elle ne pourroit la comprendre dans toute son étendue. Car l'intellect comprend une idée en raison de la forme qu'il en a en lui-même. Il reste donc que s'il y a de la matière dans les êtres spirituels, elle n'est pas la même que dans les êtres corporels, mais bien plus distinguée et plus sublime, puisqu'elle reçoit sa forme dans toute son étendue. Et on voit, en pressant encore plus la question, qu'un être est d'autant plus élevé qu'il a plus reçu de la raison d'être. Or, il est évident, en divisant l'être en acte et en puissance, que l'acte est plus parfait que la puissance et a plus de raison d'être, car nous n'appelons pas être ce qui est seulement en puissance,

secundum seipsam. Erit igitur omnino alia materia spiritualium et corporalium substantiarum.

Item cum recipere sit proprium materiæ in quantum hujus, si sit eadem materia spiritualium et corporalium substantiarum, oportet quod in utrisque sit idem receptionis modus. Materia autem corporalium rerum suscipit formam particulariter, id est non secundum communem rationem formæ. Nec hoc habet materia corporalis in quantum dimensionibus subjicitur; aut formæ corporali, quia etiam ipsam formam corporalem individualiter materia corporalis recipit.

Unde manifestum fit, quod hoc convenit tali materiæ ex ipsa natura materiæ, quæ quia est infima, debilissimo modo recipit formam. Fit enim receptio secundum recipientis naturam. Et per hoc maxime deficit à completa ratione formæ, quæ est

secundum totalitatem ipsius particularitatis ipsam recipientis. Manifestum est autem quod omnis substantia intellectualis recipit formam intellectam secundum suam totalitatem; alioquin eam in sua totalitate intelligere non valeret. Sic enim intellectus intelligit rem, secundum quod forma ejus in ipso existit. Relinquitur igitur, quod materia si qua sit in spiritualibus substantiis, non est eadem cum materia corporalium rerum, sed multo altior et sublimior, utpote recipiens formam secundum ejus totalitatem. Adhuc ultra procedentibus manifestum fit, quod tanto aliquid in entibus est altius, quanto magis habet de ratione essendi. Manifestum est autem, quod cum ens per potentiam et actum dividatur, quia actus est in potentia perfectior, et magis habet de ratione essendi, non enim simpliciter esse dicimus, quod est in potentia, sed solum quod est

mais bien ce qui est en acte. Il faut donc que toujours ce qu'il y a de supérieur dans les êtres soit plus près de l'acte, et ce qui est inférieur soit plus rapproché de la puissance. Et puisque donc la matière des substances spirituelles ne peut être celle des corporelles, mais en diffère immensément, puisqu'elle lui est bien supérieure, comme nous l'avons prouvé, il faut qu'elle soit bien au-dessus de la matière des substances corporelles, par la différence de la puissance à l'acte. La matière des êtres corporels est la simple puissance, d'après l'opinion d'Aristote et de Platon. Reste donc que la matière des substances spirituelles ne soit pas une puissance simple, mais un être dans le fait, existant en puissance.

Je ne dis pas un être de fait en ce sens qu'il se compose de puissance et d'acte, parce qu'il faudroit se lancer dans des abstractions infinies, ou enfin en venir à quelque chose qui seroit un être seulement en puissance, et qui étant le dernier parmi les créatures, ne pourroit, par conséquent, recevoir d'attributs que très-imparfaitement et d'une manière toute particulière; et ne pourroit enfin servir de matière première à la substance spirituelle et intellectuelle. Il reste donc que si la matière de la substance spirituelle est un être de fait, qu'il soit un acte et une forme, et comme la matière des êtres corporels, il est appelé un être en puissance, parce qu'il est la puissance même, soumis aux modifications de la forme. Or, toutes les fois que la matière est appelée un être de fait, on peut la dire la matière et la substance d'une chose. De même en effet que quelques anciens naturalistes disoient que la matière première des êtres corporels étoit un être de fait, ils disoient que la matière étoit la substance de tout, de manière que la substance des objets d'art n'est autre chose que leur matière.

Ainsi donc, si la matière des substances spirituelles ne peut être un être en puissance seulement, mais un être de fait, la matière est la

in actu. Oportet igitur id quod semper est superius est in entibus magis accedere ad actum, quod autem est in entibus infimum propinquius esse potentiae. Quia igitur materia spiritualium substantiarum non potest esse eadem cum corporalium materia, sed longe distat ab ea, utpote altior, ut ostensum est, necesse est ut longe distet a corporalium materia, secundum differentiam potentiae et actus. Corporalium autem materia est potentia pura, secundum sententiam Aristotelis et Platonis. Relinquitur igitur quod materia substantiarum spiritualium non sit potentia pura, sed sit aliquid ens actu, potentia existens.

Non autem sic dico ens actu, quasi ex potentia et actu compositum, quia vel esset procedere in infinitum, vel oportet venire ad aliquid, quod esset ens in potentia tantum, quod cum sit ultimum in entibus,

et per consequens non potest recipere nisi debiliter et particulariter non potest esse prima materia spiritualis et intellectualis substantiae. Relinquitur ergo quod si spiritualis substantiae materia fit ens actu, quod sit actus vel forma subsistens, sicut et materia corporalium rerum, ita dicitur ens in potentia, quia est ipsa potentia formis subjecta. Ubicumque autem ponitur materia ens actu, nihil differt dicere materiam et substantiam rei. Sic enim antiqui naturales, qui ponebant primam materiam corporalium rerum esse aliquid ens actu, dicebant materiam esse omnium rerum substantiam, per modum quo artificialium substantia nihil est aliud quam eorum materia.

Sic igitur, si materia spiritualium substantiarum non potest esse aliquid ens in potentia tantum, sed est aliquid ens actu,

substance des êtres spirituels. Et d'après ce principe il n'y a pas de différence entre admettre la matière dans les substances spirituelles et admettre des substances spirituelles simples non composées de matière et de forme. Ensuite comme l'acte est naturellement plus que la puissance et la forme que la matière, la puissance est soumise à l'acte dans son essence, comme la matière à la forme. Mais la forme ne dépend pas dans son être de la matière, dans la raison directe de l'acte, car ce qui est antérieur ne dépend pas naturellement de ce qui lui est postérieur. Si donc il y a quelques formes qui ne puissent pas exister sans la matière, cela ne vient pas de ce qu'elles sont formes, mais de ce qu'elles sont telle espèce de formes, c'est-à-dire imparfaites et qui ne peuvent subsister par elles-mêmes, mais qui ont besoin de la matière comme d'un fondement. Mais on dit, dans toute espèce de chose où il y a quelqu'imperfection, il y a bien aussi quelque chose de parfait, selon la nature de cette chose; par exemple, s'il y a du feu dans une matière étrangère de laquelle le feu, par sa nature, ne dépend nullement, il faut nécessairement qu'il y ait du feu qui ne soit pas alimenté par une matière étrangère.

Il y a donc dans les formes imprimées à la matière quelques formes subsistant par elles-mêmes, qui sont des substances spirituelles qui ne sont point composées de matière et de formes. Cela se voit même dans les dernières des substances spirituelles, c'est-à-dire dans les âmes, si on suppose qu'elles soient unies aux corps comme des formes. Car il est impossible que ce qui est composé de matière et de forme soit la forme de quelque corps. Et de même il est impossible que ce qui est la matière d'une chose soit son acte. Donc, aucune partie de ce qui est la forme d'une chose ne peut être dans la matière qui est une simple puissance et non un acte.

ipsa spiritualium rerum materia est eorum substantia. Et secundum hoc nihil differt ponere materiam in substantiis spiritualibus, et ponere substantias spirituales simplices, non compositas ex materia et forma. Amplius, cum actus naturaliter sit prior potentia et forma quam materia; potentia quidem dependet in suo esse ab actu, et materia à forma. Forma autem in suo esse non dependet a materia secundum propriam rationem actus; non enim priora naturaliter à posterioribus dependent. Si igitur aliquæ sint formæ quæ sine materia esse non possunt, hoc non convenit eis ex hoc quod sunt formæ, sed ex hoc quod sunt tales formæ, scilicet imperfectæ, quæ per se sustentari non possunt, sed indigent materiæ fundamento. Sed dicunt in omni genere, in quo invenitur aliquid imper-

fectum, invenitur etiam aliquid perfectum secundum naturam illius generis, puta, si est ignis in materia aliena à qua ignis secundum suam rationem non dependet, necesse est esse ignem non sustentatum in materia aliena. Sunt igitur supra formas in materiis receptas, aliquæ formæ per se subsistentes, quæ sunt spirituales substantiæ ex materia et forma non compositæ. Hoc etiam apparet in infimis substantiarum spiritualium, scilicet animabus, si quis eas ponit corporibus uniri ut formas. Impossibile est enim id, quod ex materia et forma compositum est, esse alicujus corporis formam. Et similiter impossibile est id quod est materia alicujus esse actum ejusdem. Nulla igitur pars ejus quod est alicujus forma potest esse in materia quæ est potentia pura, non actus.

CHAPITRE VIII.

Réponse aux arguments d'Avicébron

Après ces préliminaires, il est facile de résoudre les difficultés qu'on nous oppose. La première sembloit conclure à dire qu'il ne pouvoit pas y avoir de diversité dans les substances spirituelles, si elles n'étoient pas composées de matière et de forme. Cet argument péchoit dans les deux conséquences. Car il n'est pas nécessaire que les choses purement matérielles soient exemptes de diversité pas plus que dans les substances purement formelles. Car nous avons dit que parce que la matière, en tant que matière, est un être en puissance, il faut qu'il y ait diversité de matière selon la diversité de forme. Car nous disons que la matière n'est qu'une autre substance qui est la situation qu'elle occupe dans le genre de la substance. Car le genre de la substance, comme tous les autres, est divisé en acte et en puissance; et d'après ceci rien n'empêche que quelques substances qui sont seulement en puissance, soient différentes d'après les diverses espèces d'actes auxquels elles se rattachent. Par ce moyen on distingue la matière des corps célestes et la matière des éléments. Car la matière des corps célestes est en puissance un acte parfait, c'est-à-dire par rapport à la forme qui remplit toute la capacité de la matière, de manière à ce qu'elle n'ait plus de puissance pour d'autres formes. Or la matière des éléments est la puissance à la forme incomplète qui ne peut pas remplir toute la puissance de la matière.

Mais au-dessus de toutes ces matières est la *spiriteria*, c'est-à-dire la substance spirituelle elle-même, qui reçoit la forme dans toute sa capacité, tandis que les matières inférieures ne reçoivent qu'une

CAPUT VIII.

Solutio rationum Avicébron opinionis.

His igitur visis, facile est rationes dissolvere in contrarium adductas. Prima enim ratio concludere videbatur, quod non posset esse diversitas in spiritualibus substantiis, si non essent ex materia et forma compositæ. Quæ quidem ratio in utraque parte suæ deductionis deficiebat. Neque enim oportet quod ea quæ sunt materiæ tantum sint absque diversitate, neque etiam hoc oportet de substantiis quæ sunt formæ tantum. Dictum est enim quod quia materia secundum id quod est, est in potentia ens; necesse est ut secundum potentiæ diversitatem sint diversæ materiæ. Nec aliud dicimus materiam substantiam quam ipsam positionem quæ est in genere substantiæ. Nam genus substantiæ

sicut et alia genera dividitur per potentiam et actum, et secundum hoc nihil prohibet aliquas substantias quæ sunt in potentia tantum esse diversas secundum quod ad diversa genera actuum ordinantur. Per quem modum cœlestium corporum materia, et materia elementorum distinguitur. Nam materia cœlestium corporum est in potentia ad actum perfectum, id est ad formam quæ complet totam possibilitatem materiæ, ut jam non remaneat potentia ad alias formas. Materia autem elementorum est potentia ad formam incompletam, quæ totam terminare non potest materiæ potentiam.

Sed supra has materias est spiriteria, id est ipsa substantia spiritualis, quæ recipit formam secundum suam totalitatem inferioribus materiis formam particularem recipientibus. Similiter etiam non tenet deductio ex parte formarum. Manifestum

forme particulière. De même il n'y a point de déduction à faire du côté des formes. Il est clair, en effet, que si ce qui est composé de matière et de forme, diffère quant aux formes, les formes elles-mêmes diffèrent en soi et sont diverses. Mais si l'on avance qu'il n'y a pas différentes formes pour différents sujets, sinon que par la diversité de matière, comme différentes couleurs sont produites par un seul faisceau des rayons du soleil, selon le plus ou moins de densité et de raréfaction de l'air; de même il faudra nécessairement qu'on ait l'idée d'une forme dans la matière, avant une autre forme, comme dans les corps on conçoit l'idée d'une surface avant celle de la couleur.

Il y a donc diversité dans les formes, d'après l'ordre de leur perfection ou de leur imperfection. Car celle qui est plus rapprochée de la matière, est plus imparfaite, et comme à l'état de puissance, à l'égard de la forme qui lui est donnée. On peut donc en supposer une foule dans les substances spirituelles, bien qu'il n'y ait de formes qu'autant qu'une est plus parfaite que l'autre. Ainsi celle qui est plus imparfaite est en puissance à l'égard d'une autre plus parfaite jusqu'à la première qui est un acte seulement, qui est Dieu; de façon qu'on peut dire que toutes les substances spirituelles inférieures et la matière sont à l'état de puissance, et, d'après cela, que les formes sont à l'état d'acte. Ce qui rend frivole l'objection qu'on en tire, que, si une substance spirituelle diffère par la perfection ou l'imperfection, il faut qu'elle soit le sujet de la perfection; et comme le sujet appartient à la matière, il s'ensuit qu'une substance spirituelle doit être de matière. Ce qui implique une double erreur. 1° D'abord parce que notre adversaire pense que la perfection et l'imperfection sont des formes surajoutées, ou des accidents qui ont besoin d'un suppôt, ce qui est manifes-

est enim, quod si res compositæ ex materia et forma secundum formas differunt, quod ipsæ formæ, secundum seipsas differunt et diversæ sunt. Sed si dicatur quod diversarum rerum non sunt formæ diversæ, nisi propter materiæ diversitatem, sicut diversi colores ex una solis illustratione causantur in aere secundum differentiam spissitudinis et raritatis illius: unde necesse est, quod ante colorum diversitatem præintelligatur in aere diversitas puritatis et spissitudinis. Et sic etiam necesse erit, quod in materia ante unam formam intelligatur alia forma, sicut etiam in corporibus ante colorem intelligatur superficies.

Invenitur igitur in formis diversitas secundum quemdam ordinem perfectionis et imperfectionis. Nam quæ materiæ est propinquior, imperfectior est, et quasi in potentia respectu supervenientis formæ. Sic igitur nihil prohibet in spiritualibus sub-

stantiis ponere multitudinem, quamvis sint formæ tantum ex hoc quod una earum est alia perfectior; ita quod imperfectior est in potentia respectu perfectioris usque ad primam earum quæ est actus tantum, quæ Deus est, ut sic omnes inferiores, spirituales substantiæ et materiæ possint dici secundum hoc, quod sunt in potentia, et formæ secundum hoc, quod sunt actu, unde patet frivolum esse, quod contra hoc objicit concludens, si spiritualis substantia secundum perfectionem et imperfectionem differt, quod oportet ipsam esse perfectionis substitutum; et sic cum substitutum pertineat ad rationem materiæ, oportebit substantiam spiritualement habere materiam. In quo quidem dupliciter fallitur. Primo quidem, quia existimat perfectionem et imperfectionem esse quasdam formas supervenientes, vel accidentia quæ substituto indigeant, quod quidem manifeste falsum

tement faux. Car il y a une perfection des objets dans leur essence, qui est comparée à la chose, comme l'accident au sujet, ou comme la forme à la matière, et qui montre sa nature; de même qu'un nombre est plus grand que l'autre, selon la quantité qu'il renferme, et que les nombres inégaux diffèrent en espèce. Ainsi dans les formes tant matérielles que séparées de la matière, l'une est plus parfaite que l'autre, selon la raison de sa propre nature, c'est-à-dire en tant que la propre raison de sa nature est dans un tel degré de perfection.

2^o Parce que le sujet n'est pas la seule matière qui est une partie de la substance, mais généralement toute puissance. Car tout ce qui tient à une autre chose, comme la puissance à l'acte, est fait pour lui être soumis, et, de cette manière, la substance spirituelle, bien qu'aucune portion de matière n'entre dans sa composition, en tant que être subordonné en puissance à quelque chose, peut être soumis à des êtres purement intellectuels. Ce qui donne la solution de la seconde proposition, car, quand nous disons qu'une substance est corporelle ou spirituelle, nous ne comparons pas la corporéité ou la spiritualité à la substance, comme les formes à la matière, ou les accidents au sujet, mais comme les différences au genre. La substance spirituelle n'est pas spirituelle par un ajouté à sa substance, mais d'après sa propre substance. Car ce n'est pas une autre forme qui établit la différence entre le genre et l'espèce, comme on l'a dit. Ce qui fait qu'il n'est point nécessaire d'ajouter rien de la substance spirituelle à la spiritualité, en qualité de matière ou de sujet.

La troisième proposition est sans valeur. Comme le mot être ne

est. Est enim quedam rei perfectio secundum suam speciem substitutam, quæ comparatur ad rem, sicut accidens ad substitutum, vel sicut forma ad materiam, sed ipsa propriam speciem rei designat. Sicut enim in numeris unus est major alio, secundum propriam speciem. Unde inæquales numeri secundum speciem differunt. Ita in formis tam materialibus quam a materia separatis una est perfectior alia, secundum rationem propriæ naturæ, in quantum scilicet propria ratio speciei in tali gradu perfectionis consistit.

Secundo, quia esse subjectum non consequitur solam materiam quæ est pars substantiæ, sed universaliter consequitur omnem potentiam. Omne enim quod se habet ad alterum, ut potentia ad actum ei natum est subjici, et per hunc etiam modum spiritualis substantia, quamvis non habeat materiam partem sui, ipsa tamen prout est ens secundum aliquid in potentia

potest subjici intelligibilibus speciebus. Ex hoc etiam solutio secundæ rationis apparet. Cum enim dicimus aliquam substantiam corporalem esse vel spiritualementem, non comparamus spiritualitatem vel corporeitatem ad substantiam, sicut formas ad materiam vel accidentia ad subjectum, sed sicut differentias ad genus. In quod sola substantia spiritualis non per aliquod additum substantiæ suæ est spiritualis, sed per suam substantiam. Sicut et substantia corporalis, non per aliquod additum substantiæ est corporalis, sed secundum propriam substantiam. Non enim est alia forma, per quam species differentiæ prædicationem suscipit, ab ea, per quam suscipit prædicationem generis, ut dictum est. Unde non oportet, quod spiritualitati spiritualis substantiæ subjiciatur aliquid, sicut materia vel substitutum.

Tertia vero ratio efficaciam non habet. Cum enim ens non univoce de omnibus

s'applique pas à tout, il ne faut pas demander à tout le même mode d'être. Il est tantôt plus ou moins parfait. Les accidents sont appelés êtres, non parce qu'ils existent d'eux-mêmes, mais parce que leur être consiste dans leur union avec la substance. De plus, toutes les substances n'ont pas le même mode d'être; car les substances qui sont parfaites, n'ont rien en elles qui soit seulement à l'état de puissance. Ce qui fait qu'elles sont des substances immatérielles. Au-dessous de ces substances, sont celles qui ont dans leur essence la matière qui fait qu'elles sont êtres seulement en puissance; cependant toute leur potentialité est complétée par la forme, de manière à ce qu'il n'y ait plus en elles de puissance pour une autre forme. D'où il suit qu'elles sont immatérielles, comme les corps célestes, qui sont nécessairement composés de matière et de forme. Car il est évident qu'ils existent de fait, autrement ils ne pourroient être soumis au mouvement, ou accessibles aux sens, et devenir le principe d'action d'aucune chose. Mais aucun d'eux n'est seulement une forme, parce que s'ils étoient des formes en dehors de la matière, ils seroient des substances intelligentes de fait en même temps, et intelligentes en elles-mêmes; ce qui ne peut être, puisque le corps n'est pas susceptible d'intelligence, comme on le démontre dans le *Traité de l'Âme*. Reste donc qu'ils sont composés de matière et de forme. Mais comme un corps est le sujet d'une étendue et d'une forme déterminée, qui n'est cependant pas en puissance pour une autre étendue ou une autre forme, de même, la matière des corps célestes est soumise à une forme, et n'est pas en puissance pour une autre forme.

Mais au-dessous de ces substances, se range un autre ordre, celui des corps corruptibles, qui ont en eux la matière, qui est un être seulement en puissance; et cependant toute la potentialité de cette ma-

prædicetur, non est requirendus idem modus essendi in omnibus quæ esse dicuntur. Sed quædam perfectius, quædam imperfectius esse participant. Accidentia enim entia dicuntur, non quia in se ipsis esse habeant, sed quia esse eorum est in hoc, quod insunt substantiæ. Rursumque substantiis omnibus non est idem modus essendi. Illæ enim substantiæ, quæ perfectissime esse participant, non habent in seipsis aliquid, quod sit ens in potentia solum. Unde immateriales substantiæ esse dicuntur.

Sub his sunt substantiæ quæ etiam in seipsis hujusmodi materiam habent, quæ secundum sui essentiam est ens in potentia tantum, tota tamen earum potentialitas completur per formam, ut in eis non remaneat potentia ad aliam formam. Unde et incorruptibiles sunt sicut cælestia corpora, quæ necesse est ex materia et forma

composita esse. Manifestum est enim ea in actu existere, alioqui motus subjecta esse non possent, aut sensui subjacere, aut alicui actionis esse principium. Nullum autem eorum esse forma tantum, quia si essent formæ absque materia, essent substantiæ intelligibiles actu simul, et intelligentes secundum seipsas; quod esse non potest, cum intelligerè actus corporis esse non possit, ut probatur in libro de anima. Relinquitur ergo quam sunt quidem ex materia et forma composita, sed sicut illud corpus, ita est huic magnitudini et figuræ determinatæ subjectum, quod tamen non est in potentia ad aliam magnitudinem vel figuram, ita cælestium corporum materia est huic formæ subjecta, quod non est in potentia ad aliam formam.

Sub his vero substantiis est tertius substantiarum gradus, scilicet corruptibilium

tière n'est pas tellement absorbée par la forme à laquelle elle est soumise, qu'il ne lui reste plus de puissance pour d'autres formes. Et, d'après cette diversité de matière, il y a dans les corps des éléments, les uns plus grossiers, et les autres plus subtils, selon que les corps célestes sont plus subtils et plutôt formels qu'élémentaires, et parce que la forme est proportionnée à la matière, il s'ensuit que les corps célestes ont une forme plus noble et plus parfaite, et remplissant toute la potentialité de la matière. Il y a donc dans les substances supérieures, dans lesquelles la puissance est tout-à-fait séparée de la matière, une différence de plus ou moins de subtilité, selon la différence de la perfection des formes, sans qu'il y ait en elles composition de matière et de forme.

La quatrième raison n'a pas de fondement. Il ne s'ensuit pas, en effet, que les substances spirituelles ne soient pas distinctes, quand même elles manqueroient de matière; car en dehors de la potentialité de la matière, il leur reste une certaine puissance dans ce qu'elles ne sont pas, en vertu de laquelle elles participent à l'être. Or tout ce qui subsiste en soi et qui a sa raison d'être, ne peut être qu'un, de même qu'aucune forme, considérée séparément, ne peut être qu'une. Il arrive de là que ce qui est différent par le nombre, est un en espèce, car la nature de l'espèce, considérée en soi, est une. De même donc qu'elle est une, lorsqu'on la considère en soi, sous ce point de vue, elle seroit une dans son être, si elle existoit par elle-même. Il en est de même du genre par comparaison à l'espèce, jusqu'à ce qu'on arrive à l'être, ce qui est le plus ordinaire. Ce qui existe donc par soi est un. Il est donc impossible, qu'excepté cet être, il en ait un autre qui soit un être simple. Or tout ce qui est a l'existence. Il y a donc dans toute

corporum, quæ in seipsis hujus materiam habent, quæ est ens in potentia tantum, nec tamen tota potentialitas hujusmodi materiæ completur per formam unum cui subjicitur, quin remaneat adhuc in potentia ad alias formas. Et secundum hanc diversitatem materiæ invenitur in corporibus subtilius et grossius, prout cœlestia corpora sunt subtiliora et magis formalia quam elementaria. Et quia forma proportionatur materiæ, consequens est quod cœlestia corpora habeant nobiliorem formam et magis perfectam, utpote totam potentialitatem materiæ adimplentem. In substantiis igitur superioribus, a quibus est omnino potentia materiæ aliena, invenitur quidem differentia majoris et minoris subtilitatis secundum differentiam perfectionis formarum, non tamen in eis est compositio materiæ et formæ.

Quarta vero ratio efficaciam non habet.

Non enim oportet ut si substantiæ spirituales materia careant, quod ideo non distinguantur; sublata enim potentialitate materiæ, remanet in eis potentia quædam in quantum non sunt ipsum esse, participant. Nihil autem per se subsistens, quod sit ipsum esse, poterit esse nisi unum solum, sicut nec aliqua forma si separata consideretur, potest esse nisi una. Inde est enim, quod ea quæ sunt diversa numero, sunt unum specie, quia natura speciei secundum se considerata est una. Sicut igitur est una secundum considerationem dum per se consideratur, ita esset una secundum esse si per se subsisteret vel existeret. Eademque ratio est de genere per comparisonem ad species quousque perveniatur ad ipsum esse, quod est communissimum. Ipsum igitur esse per se subsistens est unum tantum. Impossibile est igitur, quod præter ipsum sit aliquod sub-

chose, hors le premier être existant par lui-même, comme l'acte et la substance de la chose, renfermant en lui comme la puissance de réception de cet acte, qui est un être.

Mais on peut dire, ce qui reçoit l'être, ne l'a pas en lui, comme la toile qui est faite pour recevoir la couleur, considérée en elle-même, n'est ni la couleur, ni le tableau. De même il faut que ce qui reçoit l'être ne l'ait pas. Et ce qui est un être en puissance peut bien le recevoir, mais il ne l'est pas en lui-même. Il s'ensuit donc qu'il a la matière, car la matière est susceptible de le recevoir, comme nous l'avons dit plus haut. Ainsi donc tout ce qui vient après le premier être, qui est l'essence pure, en participant à l'être, est la matière. Mais il faut considérer que ce qui participe du premier être, ne reçoit pas l'être selon le mode ordinaire d'exister, qui est dans le premier principe, mais d'après un mode particulier et déterminé, qui convient à un genre ou à une espèce.

Chaque chose est faite pour un certain mode particulier d'être, conforme à sa nature. Or le mode d'existence de toutes les substances composées de matière et de forme, est en rapport avec la forme de son espèce. Aussi une chose composée de matière et de forme, reçoit l'être de Dieu par sa forme, selon le mode qui lui est propre. Il y a donc deux ordres dans toute substance composée de matière et de forme. Le premier, de la matière à la forme, le second, celui de la chose déjà formée à la participation de l'être. Car l'être d'une chose quelconque n'est ni sa matière ni sa forme, mais quelque chose de surajouté à sa forme. Ainsi donc, dans les choses composées de matière et de forme, la matière, considérée en elle-même, a l'être en

sistens quod sit esse tantum ; omne autem quod est, esse habet. Est igitur in quocumque præter primum et ipsum esse tamquam actus et substantia rei habens esse tamquam rei potentia receptiva hujus actus, quod est esse.

Potest autem quis dicere, id quod participat esse secundum se carens est illo, sicut superficies quæ nata est participare colorem, secundum se considerata, est non color, et non colorata. Similiter igitur id quod participat esse, oportet esse non ens; quod autem est in potentia ens, est participativum ipsius, non autem secundum se est ens. Sequitur ergo quod habeat materiam, quia ipsius esse receptiva est materia, ut supra dictum est. Sic igitur omne quod est post primum ens, quod est ipsum esse, cum sit participative ens, habet materiam. Sed considerandum est, quod ea quæ a primo ente esse participant, non participant esse secundum universalem mo-

dum essendi, secundum quod est in primo principio, sed particulariter secundum quemdam determinatum essendi modum qui convenit huic generi, vel huic speciei.

Unaquæque autem res adaptatur ad unum determinatum modum essendi secundum modum suæ substantiæ; modus autem uniuscujusque substantiæ compositæ ex materia et forma, est secundum formam, per quam pertinet ad determinatam speciem. Sic igitur res composita ex materia et forma, per suam formam sit participativa ipsius esse à Deo secundum quemdam proprium modum. Invenitur igitur in substantia composita ex materia et forma duplex ordo. Unus quidem ipsius materiæ ad formam; alius autem ipsius rei jam compositæ ad esse participatum. Non enim est esse rei, neque forma ejus, neque materia ipsius, sed aliquid adveniens rei formam. Sic igitur in rebus ex materia et forma compositis, materia quidem secun-

puissance dans l'ordre de sa nature, et cela lui vient de quelque participation du premier être; mais considérée en elle-même, elle n'a pas la forme, par laquelle elle participe à l'être en fait, selon sa nature. Et une chose composée, considérée dans son essence, a déjà la forme de l'être, et elle reçoit, par sa forme, l'être qui lui est propre.

Parce que la matière reçoit une manière d'être actuel et fixe et non en sens opposé, rien n'empêche qu'elle soit une forme qui reçoive l'être en elle-même et non dans un autre sujet. Car la cause ne dépend pas de l'effet, mais plutôt au contraire. La forme subsistant donc en elle-même reçoit l'être en elle-même comme forme matérielle dans un sujet. Si donc, d'après ce que je dis, le non-être n'est pas seulement en acte, la forme considérée en elle-même n'est pas un être, mais elle participe de l'être. Or, si le non-être repousse non-seulement l'être en acte, mais l'acte lui-même ou la forme par laquelle une chose participe de l'être; ainsi la matière n'est pas un être, la forme n'est pas le non-être, mais elle est un acte qui est la forme qui participe du dernier acte qui est l'être. On voit donc en quoi la puissance, qui est dans les substances spirituelles, diffère de la puissance qui est dans la matière. Car la puissance de la substance spirituelle a trait seulement à l'ordre de son être, tandis que la puissance de la matière touche à la forme et à l'être. Or, si l'on soutient que la matière est l'un et l'autre, il est clair qu'on emploie le terme matière d'une manière équivoque.

Ce que nous avons dit explique la cinquième difficulté. Car puisque la substance spirituelle reçoit l'être non dans les formes infinies de son espèce, mais d'après le mode particulier à son essence, il est clair que son être n'est pas infini mais limité. Mais cependant, puisque la

dum se considerata, secundum modum suæ essentiæ habet esse in potentia, et hoc ipsum est ei ex aliqua participatione primi entis; caret vero secundum se considerata forma, per quam participat esse in actu, secundum proprium modum. Ipsa vero res composita in sui essentia considerata, jam habet formam esse, sed participat esse proprium sibi per formam suam.

Quia igitur materia recipit esse determinatum actualem per formam, et non è converso, nihil prohibet esse aliquam formam quæ recipiat esse in se ipsa, non in aliquo subjecto. Non enim causa dependet ab effectu, sed potius è converso. Ipsa igitur forma sic per se subsistens, esse participat in se ipsa, sicut forma materialis in subjecto. Si igitur per hoc quod dico, non ens removeatur solum esse in actu, ipsa forma secundum se considerata, est non ens, sed esse participans. Si autem non

ens removeat non solum ipsum esse in actu, sed etiam actum seu formam, per quam aliquid participat esse, sic materia est non ens, forma vero subsistens non est non ens, sed est actus, qui est forma participativa ultimi actus, qui est esse. Patet igitur in quo differt potentia quæ est in substantiis spiritualibus, à potentia quæ est in materia. Nam potentia substantiæ spiritualis attenditur solum secundum ordinem ipsius ad esse, potentia vero materiæ secundum ordinem et ad formam et ad esse. Si quis autem utrumque materiam esse dicat, manifestum est, quod æquivoce materiam nominabit.

Quintæ vero rationis solutio jam ex dictis apparet. Quia enim substantia spiritualis esse participat non secundum suæ communitatis infinitatem, sicut est in primo principio, sed secundum proprium modum suæ essentiæ, manifestum est, quod esse ejus

forme ne participe pas de la matière, elle n'est pas bornée comme les formes qui sont dans la matière. On aperçoit donc, de cette manière, le degré d'infinité qui est dans les créatures. Car les substances matérielles sont bornées de deux manières : d'abord, du côté de la forme qui reçoit la matière, et du côté de son être qui en participe selon son mode particulier comme étant finie dans ses deux termes supérieur et inférieur. La substance spirituelle est en effet limitée dans son terme supérieur, en tant que recevant l'être selon le mode qui lui est propre, du premier principe. Elle est infinie dans son principe inférieur en tant qu'elle n'est pas reçue dans un sujet. Mais le premier principe qui est Dieu, est infini de toutes manières.

CHAPITRE IX.

Opinions de ceux qui disent que les substances matérielles n'ont pas de raison d'existence. Réfutation de ces opinions.

Comme l'opinion de ces philosophes touchant les substances spirituelles s'éloigne de l'opinion de Platon et d'Aristote, en leur enlevant la simplicité de l'immatérialité, quelques-uns se trompent ainsi à l'égard de leur mode d'existence, en niant qu'elles sont créées par le Souverain auteur de toutes choses; nous allons démontrer que ces auteurs ont commis une triple erreur : quelques-uns d'entr'eux ont soutenu que ces substances n'avoient aucune raison d'être. Les uns ont avoué qu'elles avoient bien une cause originelle, mais qu'elles ne procédoient pas toutes immédiatement du souverain et premier principe, mais qu'elles tenoient leur existence d'êtres supérieurs à leur nature dans l'ordre de la création. D'autres avouent, à la vérité, que

non est infinitum, sed finitum. Quia tamen ipsa forma non est participata in materia, ex hac parte non fluitur per modum quo finiuntur formæ in materia existentes. Sic igitur apparet gradus quidam infinitatis in rebus. Nam materiales substantiæ finitæ quidem sunt dupliciter, scilicet ex parte formæ, quæ in materia recipitur, et ex parte ipsius esse quod participat secundum proprium modum, quasi superius et inferius finita existens. Substantia vero spiritualis est quidem finita superius, in quantum a primo principio participat esse secundum proprium modum : est autem aliquo modo infinita inferius, in quantum non participatur in subjecto. Primum vero principium, quod Deus est, est omnibus modis infinitum.

CAPUT IX.

Opiniones dicentium substantias immateriales causam sui esse non habere, et earum reprobatio.

Sicut autem prædicta positio circa conditionem spiritualium substantiarum à sententia Platonis et Aristotelis deviat, eis immaterialitatis simplicitatem auferens, et ita circa modum existendi ipsarum aliqui à veritate deviasse inveniuntur, auferentes earum originem a primo et summo auctore, in quo inveniuntur diversi homines tripliciter errasse. Quidam enim posuerunt prædictas substantias omnino causam sui esse non habere. Quidam posuerunt eas quidem essendi causam habere, non tamen immediate omnes eas procedere à summo et primo principio, sed quadam serie ordinis inferiores earum à superioribus essendi originem habere. Alii vero con-

positione tanto perfectior est providentiâ, quanto providens magis singula mente considerare et ordinare potest : unde et omnes operativæ artes tanto perfectius habentur, quanto quisque singula potest magis conjectari. Circa executionem vero tanto videtur esse providentiâ perfectior, quanto providens per plura mediâ et diversa agentia universalius movet. Divina igitur providentiâ habet dispositionem intelligibilem omnium et singulorum ; exequitur vero disposita per plurimas et varias causas, inter quas spirituales substantiæ, quas angelos dicimus, primæ causæ propinquiores existentes, universalius divinam providentiam exequuntur. Sunt igitur angeli universales executores divinæ providentiæ, unde et signanter angeli, id est, nuntii nominantur : nuntiorum enim est exequi ea quæ à Domino dispiciuntur.

CHAPITRE XV.

Solution des objections contre l'opinion précédente.

Après cela, il est facile de répondre aux objections qu'on nous oppose. Ce que la première raison mettoit en avant est faux, savoir : que l'intellect de Dieu et des anges ne pouvoit connoître les créatures en particulier, si l'intellect humain n'en est pas capable. Et pour que la raison de leur différence soit plus évidente, il faut considérer que l'ordre de la connoissance est en proportion de l'ordre qu'ont les choses, selon leur nature. Car la perfection et la vérité d'une connoissance consiste, en ce qu'elle ait l'idée des choses connues. Car tel est l'ordre qui est dans les créatures, que celles qui sont supérieures ont l'être et la bonté, plus généralement ; non d'après l'ordre commun, comme on appelle général ce qui est attribué à un grand nombre, mais parce que tout ce qui est dans les êtres inférieurs est à un degré bien plus éminent dans les êtres supérieurs, et c'est ce qui se voit dans les créatures par leur puissance d'action. Car les êtres inférieurs ont des qualités particulières ou des vertus suivies d'effets limités, et les supérieurs des vertus qui s'étendent généralement à plusieurs effets ; et cependant une vertu supérieure produit plus d'effets particuliers qu'une inférieure ; cela se remarque particulièrement dans les corps. Car le feu a la propriété d'échauffer les corps inférieurs. La semence animale ou la plante produisent, d'une manière fixe et régulière, un individu de son espèce et non d'un autre germe, d'où l'on voit qu'une naissance est dite universelle dans les êtres supérieurs, non pas parce qu'elle ne s'étend pas à des effets particuliers, mais parce qu'elle en a plus qu'une puissance inférieure et que la

CAPUT XV.

Solutio opinionum prædicarum pro prædicta opinione.

His igitur visis, facile est jam ad objectiones supra positas respondere. Non est enim verum quod prima ratio prætendebat intellectum Dei et angelorum singularia non posse cognoscere, si intellectus humanus ea cognoscere non potest. Et ut ejus differentia evidentiùs appareat ratio, considerandum est quod cognitionis ordo est secundum proportionem ordinis qui invenitur in rebus secundum esse ipsarum. In hoc enim perfectio et veritas cognitionis existit, quod rerum cognitarum similitudinem habeat. In rebus autem talis ordo invenitur, quod superiora in entibus universaliter esse et bonitatem habent, non quidem ita quod obtineant esse et bonitatem solum secundum rationem communem,

prout universale dicitur quod de pluribus prædicatur, sed quia quicquid in inferioribus invenitur, in superioribus eminentius existit ; et hoc ex virtute operativa quæ est in rebus, apparet. Nam inferiora in entibus habent contractus, seu determinatas virtutes effectivas ad determinatos effectus ; superiora vero habent virtutes universaliter ad multos effectus extendentes, et tamen virtus superior etiam in particularibus effectibus plus operatur quam inferior ; et hoc maxime in corporibus apparet. Nam in inferioribus corporibus ignis quidem per suum calorem calefacit, et semen hujus animalis vel plantæ ita determinate producit individuum hujus speciei, quod non producit alterius speciei individuum : ex quo patet quod virtus universalis in superioribus entibus dicitur non ex hoc quod non se extendat ad particulares effectus, sed quia se extendit ad plures effectus quam

supérieure opère plus puissamment dans chacun d'eux. En sorte que plus une puissance de connoissance est plus élevée, plus elle est générale, non en ce sens, qu'elle connoisse seulement toute la nature; car s'il en étoit ainsi, plus elle seroit supérieure, plus elle seroit imparfaite. Car connoître quelque chose en général est le connoître imparfaitement et le discerner comme à demi entre la puissance et l'acte. Mais pour cette raison, une connoissance supérieure est d'autant plus universelle qu'elle embrasse plus de choses, et qu'elle connoît plus parfaitement chaque chose en particulier. Or, dans l'ordre des vertus cognoscitives, il y a la vertu sensitive inférieure; c'est pourquoi elle ne peut connoître chaque chose en particulier que par les différences propres à chacune. Et parce que le principe d'individualité est la matière dans les choses matérielles, la puissance sensitive connoît chaque chose en particulier, par les différences individuelles des organes corporels. Or, parmi les connoissances intellectuelles, la connoissance de l'intellect humain est pauvre et misérable : c'est ce qui fait que les idées intelligibles sont reçues dans l'intellect humain, en raison de la faiblesse de sa connoissance intellectuelle, en sorte qu'il ne peut rien connoître par leur moyen, si ce n'est d'après la nature ordinaire du genre et de l'espèce qu'elles sont destinées à représenter dans leur généralité, et qu'on les généralise de telle manière, qu'on fasse abstraction de leur représentation particulière. C'est ainsi que l'homme connoît chaque chose en particulier par les sens et l'ensemble par l'intellect. Mais les objets de l'intellect ont une puissance plus universelle de connoissances, parce qu'elles embrassent dans une seule idée le général et le particulier.

La seconde raison n'a non plus de valeur. Car quaud on dit que l'intellect est la perfection de l'être intelligent, ceci est vrai par rap-

virtus inferior; et superior in singulis eorum vehementius operatur. Per hunc igitur modum quanto virtus cognoscitiva est altior, tanto est universalior, non quidem sic quod cognoscat solam universalem naturam: sic enim quanto esset superior, tanto esset imperfectior. Cognoscere enim aliquid solum in universali, est cognoscere imperfecto et medio modo inter potentiam et actum. Sed ob hoc superior cognitio universalior dicitur, quia ad plura se extendit, et singula magis cognoscit. In ordine autem cognoscitivarum virtutum est virtus sensitiva inferior, et ideo non potest cognoscere singula, nisi per species proprias singulorum. Et quia individuationis principium est materia in rebus materialibus, inde est quod per species individuales in organo corporeis receptas, vis sensitiva singularia cognoscit. Inter cognitiones autem intellec-

tuales cognitio intellectus humani est infirma: unde species intelligibiles in intellectu humano recipiuntur secundum debilissimum modum intellectualis cognitionis, ita quod earum virtute intellectus humanus cognoscere non potest res, nisi secundum universalem naturam generis vel speciei, ad quam representandam in sola sui universalitate sunt determinatæ, et quodammodo contractæ ex hoc ipso quod à singularium phantasmatibus abstrahuntur; et sic homo singularia quidem cognoscit per sensum, universalia vero per intellectum. Sed res intellectus sunt universalioris virtutis in cognoscendo, ut scilicet per intelligibilem speciem utrumque cognoscant, et universale et singulare.

Secunda etiam ratio efficaciam non haberet. Cum enim dicitur quod intellectus est perfectio intelligentis, hoc quidem ve-

port à l'idée intelligible, qui est la forme de l'intellect en tant qu'il conçoit. Car ce n'est pas la nature de la pierre qui est matérielle, qui est la perfection de l'intellect humain, mais l'idée intelligible, séparée de toute image par laquelle l'intellect conçoit la nature de la pierre. Or, il faut que toutes les fois qu'une forme procède de quelque agent par dérivation, l'être qui est le récipient ou le patient soit moins noble que l'agent, puisque celui-ci, qui donne à l'intellect une forme intelligible, est plus parfait que l'intellect lui-même. On voit dans l'intellect humain, que l'intellect actif est plus noble que l'intellect passif, qui reçoit les idées formées par l'intellect actif; mais il faut remarquer que les choses naturelles connues ne sont pas si nobles que l'intellect passif. Mais les intellects supérieurs des anges reçoivent des images intelligibles ou des idées, selon les Platoniciens, ou de la première substance qui est Dieu, comme cela est la conséquence du système d'Aristote et comme ce qui est réellement vrai. Or l'idée intelligible de l'intellect divin, par laquelle il conçoit tout, n'est autre chose que sa substance, qui est son intelligence comme nous l'avons démontré par les écrits d'Aristote. D'où il suit que rien n'est au-dessus de l'intellect divin qui puisse lui donner sa perfection, mais au contraire, les idées intelligibles arrivent à l'intellect des anges par l'intellect divin comme leur étant supérieur, et l'intellect humain les reçoit des choses sensibles par l'action de l'intellect actif.

Il est facile de résoudre la troisième difficulté. Car il peut se faire qu'il y ait quelque chose qui puisse s'attribuer au hasard, si on ne l'attribue qu'à l'intention d'un agent inférieur, mais qui est cependant dans les prévisions d'un agent supérieur. Comme, par exemple, si on faisoit passer une personne dans un lieu où l'on sait qu'il y a

ritatem habet secundum speciem intelligibilem, quæ est forma intellectus in quantum est actu intelligens. Non enim natura lapidis quæ est materialis, est perfectio intellectus humani, sed species intelligibilis abstracta à phantasmatis, per quam intellectus intelligit lapidis naturam. Oportet autem quod cum omnis forma derivata ab aliquo agente procedat, agens autem sit honorabilius patiente seu recipiente, quod omne illud agens, à quo intellectus intelligibilem habet formam, sit perfectius intellectu. Sicut in intellectu humano apparet, quod intellectus agens est nobilior intellectu passibili, qui recipit species intelligibiles actu ab intellectu agente factas: non autem ipsæ res naturales cognitæ, sunt intellectu passibili nobiliores. Superiores autem intellectus angelorum species intelligibiles participant, vel ab ideis secundum Platonicos, vel à prima substantia, quæ

Deus est, secundum quod consequens est ad positiones Aristotelis, et sicut se rei veritas habet. Species autem intelligibilis intellectus divini per quam omnia cognoscit, non est aliud quam ejus substantia, quæ est suum intelligere, ut supra probatum est per verba Philosophi. Unde relinquatur quod intellectu divino nihil aliud sit altius, per quod perficiatur; sed ab ipso intellectu divino tanquam ab altiori proveniunt species intelligibiles ad intellectus angelorum, ad intellectum autem humanum à sensibilibus rebus per actionem intellectus agentis.

Tertiam vero rationem solvere facile est. Nihil enim prohibet aliquid esse fortuitum et casuale, dum refertur ad inferioris agentis intentionem, quod tamen secundum superioris agentis intentionem est ordinatum. Sicut patet si aliquis insidiosè aliquem mittat ad locum ubi sciat esse latrones vel

des voleurs ou des ennemis, qui peuvent être rencontrés par la personne qu'on y envoie, sans qu'elle ait l'intention de les trouver, mais qui est bien dans les vues de celui qui en a eu l'idée. On voit donc par là que quelque chose peut arriver par hasard par rapport à la connoissance des hommes, mais qui est prévu par la sagesse divine.

La réponse à la quatrième difficulté peut se tirer de ce que la conséquence de l'effet à la cause est en raison de la cause. Car toute cause ne produit pas son effet par la même raison ; la cause naturelle le produit par la forme naturelle, qui lui donne lieu ; d'où il faut que l'agent naturel, tel quel, produise un effet semblable à lui. Et l'agent raisonnable produit son effet selon la raison de la forme conçue qu'il a l'intention de produire. C'est pourquoi cet agent produit dans l'intellect ce qu'il a l'intention de produire, à moins qu'il n'ait pas la puissance d'action suffisante. Mais il est nécessaire que la production de quelque genre que ce soit, soit subordonnée à une puissance quelconque et qu'elle puisse également produire les différences propres à ce genre. Comme si, par exemple, vous pouvez faire un triangle, vous devez pouvoir faire un triangle équilatéral ou isocèle. Le nécessaire et le possible sont les différences propres de l'être, d'où il suit que Dieu, à la puissance duquel il appartient de produire les créatures, peut donner, selon sa prescience, aux êtres qu'il crée, la nécessité ou la possibilité d'être.

Il faut donc convenir que la divine providence qui existe de toute éternité est la cause de tous les effets qui ont lieu par ses ordres ou qui procèdent d'elle par ses décrets immuables. Mais cependant ils n'en procèdent par tous de telle façon qu'ils soient nécessaires, mais qu'ils

hostes, quorum occurus est casualis ei qui mittitur, utpote præter intentionem ejus existens, non est autem casualis ei qui hoc præcogitavit. Sic igitur nihil prohibet aliqua fortuito vel casualiter agi secundum ea quæ pertinent ad humanam cognitionem, quæ tamen sunt secundum divinam providentiam ordinata.

Quartæ vero rationis solutionem ex hoc accipere possumus, quod necessarius consecutionis ordo effectus ad causam accipiendus est secundum rationem causæ. Non enim omnis causa eadem ratione producit effectum, sed causa naturalis per formam naturalem, per quam est actu : unde oportet quod agens naturale, quale ipsum est, tale producat et alterum. Agens autem rationale producit effectum secundum rationem formæ intellectæ, quam intendit in esse deducere : et ideo agens per intellectum tale aliquid producit, quale intel-

ligit in esse producendum, nisi virtus activa deficiat. Necesse est autem ut cujuscunque virtuti subjicitur productio generis alicujus, ad illius etiam virtutem pertineat perducere illius generis differentias proprias. Sicut si ad aliquem pertineret constituere triangulum, ad eum etiam pertinet constituere triangulum æquilaterum vel isocelium. Necessarium autem et possibile sunt propriæ differentię entis : unde ad Deum, cujus virtus est proprie productiva entis, pertinet secundum suam præcognitionem attribuire rebus à se productis vel necessitatem vel possibilitatem essendi.

Concedendum est igitur, quod divina providentia ab æterno præexistens, causa est omnium effectuum qui secundum ipsam fiunt, et qui immutabili dispositione ab ipsa procedunt. Nec tamen sic omnes procedunt, ut necessarii sint, sed sicut ejus providentia disponit, ut tales effectus fiant,

arrivent selon les règles de sa providence ; et elle a ainsi réglé qu'il y en ait de nécessaires, pour lesquels elle a établi des lois particulières dont l'action est nécessaire et d'autres contingentes qui sont régies par des causes contingentes. D'après ceci on voit la réponse à la cinquième difficulté. Comme les effets contingents selon les causes qui leur sont propres, procèdent de Dieu, qui est l'être par lui-même et souverainement nécessaire, de même procèdent de lui, qui est le souverain bien, quelques effets bons en soi, puisqu'ils viennent de Dieu, mais qui sont accompagnés de quelques défauts, par suite de l'infirmité de leurs causes, lesquelles les font regarder comme mauvais. Et d'après cela, il est bon que Dieu permette qu'il y ait ces désordres dans les créatures, parce que cela convient à leur nature et que le bien de l'union exige que les effets suivent la condition de leurs causes, soit encore parce que du mal de l'un vient le bien de l'autre, comme dans les choses naturelles, de la corruption de l'un naît la génération de l'autre ; et dans les choses morales, la persécution d'un tyran fait le martyr du juste, ce qui fait que la divine providence n'a pas jugé à propos d'empêcher absolument le mal.

CHAPITRE XVI.

Réfutation de l'erreur des Manichéens à l'égard de la providence.

L'erreur des Manichéens a dépassé celle de ceux qui se sont égarés dans les questions précédentes. Car ils ont attribué l'origine des choses non à un seul, mais à deux principes de création, dont l'un, selon eux, étoit l'auteur du bien, et l'autre l'auteur du mal. Ils se sont trompés, en second lieu, par rapport à leur nature. Car ils admettoient que ces deux principes étoient matériels, que l'auteur du bien étoit une

ita etiam disponit ut effectus quidam sint necessarii, ad quos causas proprias ex necessitate agentes ordinavit, quidam vero contingentes ad quos causas proprias contingentes ordinavit. Ex his autem apparet quintæ rationis solutio. Sicut enim à Deo, cujus esse est per se et summe necessariûm, procedunt contingentes effectus propter propriarum causarum conditionem, ita etiam ab eo qui est summum bonum, procedunt aliqui effectus, qui quidem in eo quod à Deo sunt, boni sunt, incidunt tamen in eis aliqui defectus propter conditionem suarum causarum, propter quas mali dicuntur. Et secundum hoc ipsum bonum est, quod à Deo tales defectus permittantur evenire in rebus, tum quia est conveniens rerum ordini, in quo bonum universi existit, ut effectus sequantur secundum conditionem causarum ; tum etiam

quia ex malo unius provenit bonum alterius, sicut in rebus naturalibus corruptio unius est alterius generatio, et in moralibus ex persecutione tyranni sequitur patientia justî : unde per divinam providentiam non decuit totaliter mala impediri.

CAPUT XVI.

Error Manichæorum circa prædicta, et ejus reprobatio.

Omnes autem prædictos errores Manichæorum error transcendit, qui in omnibus prædictis articulis graviter erraverunt. Primo namque rerum originem non in unum, sed in duo creationis principia reduxerunt, quorum unum dicebant esse authorem bonorum, alium vero authorem malorum. Secundo, erraverunt circa conditionem naturæ ipsorum. Posuerunt enim utrumque principium corporale, authorem

lumière corporelle, jouissant d'une puissance d'intelligence infinie, et l'auteur du mal, des ténèbres infinies. Par conséquent, ils se sont trompés en troisième lieu, sur le gouvernement du monde, en le soumettant non à une puissance, mais à deux pouvoirs opposés. Or, ce que nous avons dit, prouve la fausseté de ce système, comme on peut le voir en suivant chaque raison en particulier. Car premièrement, il est tout-à-fait irrationnel de supposer qu'il y a un principe mauvais qui soit opposé au souverain bien. Car rien ne peut agir, qu'à la condition d'être un être réel, parce que tout être produit son semblable : et ensuite, il n'agit que parce qu'il est. Nous disons qu'une chose est bonne quand elle a son action et sa perfection propre, et le mal est ce qui n'a ni action ni perfection. Ainsi la vie est le bien du corps, parce qu'il vit par l'âme qui est sa perfection et son action, et de même, la mort est le mal du corps, laquelle le prive de l'âme. Rien donc n'agit ou n'est uni en action, qu'autant qu'il est bon. Ceci est donc mal qui manque de ce qui lui est nécessaire pour agir ou pour être dirigé parfaitement, de même qu'on dit qu'une maison est mal, si elle n'est pas complète, et que l'architecte est mauvais s'il ne connoît pas son art. Le mal, comme nous l'avons défini, n'a point de principe d'action et ne peut être principe actif, mais il résulte de l'absence de quelque agent.

Secondement, il est impossible que le corps soit un intellect ou qu'il ait une puissance intellectuelle. Car l'intellect n'est ni un corps ni l'acte d'un corps, autrement il ne connoitroit pas tout, comme le dit Aristote dans son troisième livre du Traité de l'Âme. S'ils avouent donc que le premier principe ait une puissance intellectuelle, comme

quidem bonorum dicentes esse quamdam lucem corpoream infinitam vim intelligendi habentem; authorem vero malorum dixerunt esse quasdam corporales tenebras infinitas. Tertio vero erraverunt per consequens in rerum gubernatione, constituentes omnia non sub uno principatu, sed sub contrariis. Hæc autem quæ prædicta sunt, expressam continent falsitatem, ut potest videri per singula. Primo namque penitus irrationabile est, ut malorum ponatur esse aliquod primum principium quasi contrarium summo bono. Nihil enim potest esse activum nisi in quantum est ens actu, quia unumquodque tale alterum agit, quale ipsum est; rursumque ex hoc aliquid agitur, quod actu fit. Unumquodque autem ex hoc bonum dicimus, quod actum et perfectionem propriam consequitur; malum autem ex hoc quod debito actu et perfectione privatur, sicut vita est corporis bonum. Vivit enim corpus secundum animam,

quæ est perfectio et actus ipsius: unde et mors malum corporis dicitur, per quam corpus anima privatur. Nihil igitur agit, neque agitur nisi in quantum bonum est. In quantum vero unumquodque malum est, in tantum deficit in hoc quod perfecte agatur vel agat, sicut domum malam fieri dicimus, si ad debitam perfectionem non perducatur, et ædificatorem malum dicimus, si in arte ædificandi deficiat. Neque igitur malum in quantum hujusmodi principium activum habet, neque principium activum esse potest, sed consequitur ex defectu alicujus agentis.

Secundo vero impossibile est corpus aliquid intellectum esse, aut vim intellectivam habere. Intellectus enim neque corpus est, neque corporis actus; alioquin non esset omnium cognoscitivus, ut improbat Philosophus in III. *De anima*. Si igitur primum principium constitentur vim intellectivam habere, quod sentiunt omnes qui

le pensent tous ceux qui parlent de Dieu, il est impossible que le premier principe soit corporel.

Il est évident, en troisième lieu, que le bien a la raison de sa fin ; car nous appelons bien, ce à quoi tendent nos désirs. Or, tout gouvernement est dans l'ordre d'une fin quelconque, et renferme en lui tous les moyens qui doivent l'y conduire ; donc tout gouvernement est selon la raison du bien. Il n'y a donc point de gouvernement, ni une autorité quelconque ou un mauvais régime en tant qu'il est mauvais. C'est donc à tort qu'ils ont supposé deux gouvernements, deux principes, dont l'un est celui des bons et l'autre celui des méchants. L'erreur paroît donc venir ici, comme toutes celles dont nous avons parlé, de ce qu'on a attribué à la cause universelle des créatures, ce qu'ils ont remarqué dans les causes particulières. Car on a vu des effets particuliers opposés, procéder de causes particulières contraires, comme le feu qui réchauffe et l'eau qui rafraîchit. C'est ce qui leur a fait croire que cette conséquence d'effets contraires et de causes opposées se continuoît jusqu'aux premiers principes des choses. Et comme tout ce qui est opposé semble être renfermé dans le bien et le mal, en tant que l'un des contraires est toujours son défaut, comme le noir et l'amer ; l'autre au contraire une qualité comme le blanc et le doux, ils en ont conclu que le bien et le mal étoient les principes actifs des choses.

Mais ils se sont trompés évidemment dans l'appréciation des natures opposées. Car les contraires ne sont pas absolument différents, mais s'accordent en quelque chose et diffèrent en une autre. Ainsi donc comme les contraires ont des causes propres opposées, en tant que séparées par des différences spécifiques, de même il faut qu'ils aient une cause commune de tous les rapports qui les unissent. Or, la cause com-

de Deo loquuntur, impossibile est primum principium esse aliquid corporale.

Tertio vero manifestum est quod bonum habet finis rationem ; hoc enim bonum dicimus, in quod appetitus tendit. Omnis autem gubernatio est secundum ordinem in aliquem finem, secundum cujus rationem ea quæ sunt ad finem ordinantur in ipsum : omnis igitur gubernatio est secundum rationem boni. Non potest igitur esse nec gubernatio, nec principatus aliquis, seu regimen malum in quantum est malum. Frustra igitur posuerunt duo regna vel principia, cujus unum honorum, aliud autem malorum est. Videtur autem hic error provenisse, sicut et alii supra dicti, ex eo quod ea quæ circa particulares causas consideraverunt, conati sunt in universalem rerum causam transferre. Viderunt enim particulares effectus contrarios ex contrariis particularibus causis procedere.

sicut quod ignis calefacit, aqua vero infrigidat : unde crediderunt quod hic processus à contrariis effectibus in contrarias causas non deficiat usque ad prima rerum principia. Et quia omnia contraria contineri videntur sub bono et malo, in quantum contrariorum semper unum est deficiens, ut nigrum et amarum ; aliud vero perfectum, ut dulce et album, ideo aestimaverunt quod prima omnium activa principia sint bonum et malum.

Sed manifeste defecerunt in considerando contrariam naturam. Non enim contraria omnino diversa sunt, sed secundum aliquid quidem conveniunt, secundum aliquid autem differunt. Conveniunt enim in genere, differunt autem secundum differentias específicas. Sicut igitur contrariorum sunt contrariæ causæ propriæ, secundum quod specificis differentiis differunt, ita eorum oportet unam causam communem totius

mune est antérieure et supérieure aux causes propres particulières. Car plus une cause est élevée et plus son effet est puissant et général. Il s'ensuit donc qu'il n'y a pas de premiers principes des choses actifs opposés, mais qu'il n'y a qu'une seule cause première active de tout ce qui existe.

CHAPITRE XVII.

Dieu a fait toutes les substances séparées.

Puisque nous avons dit ce que les principaux philosophes, Platon et Aristote pensoient des substances séparées, quant à leur origine, leur nature, leurs hiérarchies et leur gouvernement; et les erreurs de ceux qui ne partagèrent pas leurs opinions, il nous reste à dire ce qu'enseigne la foi chrétienne à cet égard. Pour cette exposition, nous nous servirons principalement des écrits de saint Denis, qui est bien supérieur à tous ceux qui ont traité ce qui concerne les substances spirituelles.

D'abord, la tradition chrétienne enseigne très-positivement que toutes les substances spirituelles, comme toutes les autres créatures ont été faites par Dieu, et l'Écriture canonique le prouve en effet, Ps. CXLVIII : « Louez (Dieu) tous ses anges. Louez-le toutes ses vertus. » Et après avoir fait l'énumération de toutes les autres créatures, David ajoute : « Il dit, et tout fut fait, il ordonna et tout fut créé. » Et saint Denis explique très-ingénieusement cette origine, au quatrième chapitre de la Hiérarchie céleste, en disant : « Il est vrai de dire d'abord que la divinité suessentielle, par sa bonté infinie, en convertissant les essences en substances, leur donna l'être. » Et après quelques mots, il ajoute que « les substances célestes elles-mêmes ont été créées d'abord

generis in quo conveniunt. Causa autem communis prior et superior est propriis causis particularibus. Quanto enim est aliqua causa superior, tanto virtus ejus major est, et ad plura se extendens. Relinquitur igitur contraria non esse prima rerum activa principia, sed omnium esse unam primam causam activam.

CAPUT XVII.

Quod omnes substantiæ separatae sint à Deo productæ.

Quia igitur ostensum est, quid de substantiis spiritualibus præcipui philosophi, Plato et Aristoteles, senserunt quantum ad earum originem, conditionem naturæ, distinctionis et gubernationis ordinem, et in quo ab eis alii errantes dissenserunt, restat ostendere quid de singulis habeat christianæ religionis assertio. Ad quod ostendendum utemur præcipue Dionysii documentis, qui

super alios ea quæ ad spirituales substantias pertinent, excellentius tradidit.

Primum quidem igitur circa spiritualium substantiarum originem firmissime docet christiana traditio omnes spirituales substantias, sicut et cæteras creaturas, à Deo esse productas, et hoc quidem canonicæ Scripturæ autoritate probatur. In *Psal.* enim CXLVIII dicitur : « Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes ejus. » Et enumeratis aliis creaturis subditur : « Quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt. » Sed et Dionysius, IV. cap. *Cœl. hierarch.*, hanc originem subtiliter explicat dicens : « Primum illud dicere verum est, quod bonitate universali superessentialis divinitas eorum quæ sunt, essentias substituens, ad esse adjunxit. » Et post pauca subdit, quod « ipsæ cœlestes substantiæ sunt primo et multipliciter in participatione Dei factæ. »

et en grand nombre, par la main de Dieu. » Et dans le quatrième chapitre des Noms divins, il dit : « qu'à cause des rayons de la divine bonté, toutes les substances intelligibles et intellectuelles, les puissances et les œuvres existent. » Elles sont donc par eux, elles vivent d'une vie indéfectible. Il dit dans le cinquième chapitre des noms divins, « que toutes les substances spirituelles et non-seulement les plus élevées, ont été créées de Dieu immédiatement. Les vertus les plus saintes, et les plus rapprochées de la providence de Dieu, sont comme placées sur les marches du trône de la suressentielle trinité, et tiennent l'être d'elle et dans elle d'une création déiforme, et celles qui leur sont soumises, c'est-à-dire, les inférieures soumises aux supérieures, ont l'être de Dieu d'une manière inférieure, et les extrêmes, c'est-à-dire, les dernières, d'une façon moins élevée à l'égard des anges, et les célestes comparées à nous. »

Il donne à entendre par là que la hiérarchie des substances spirituelles est réglée par l'ordre de la providence et que l'une n'est pas créée par l'autre. Il le dit encore plus expressément au chapitre quatrième de la céleste Hiérarchie. Il est certain, dit-il, que les causes de toutes choses et par-dessus tout le propre de la bonté, tiennent de leurs qualités propres leur rang hiérarchique, leur nom et ce qui est particulier à chacun. Car il a mis chaque chose au rang qui convient à sa nature. Et il répugne à la foi chrétienne, que les substances spirituelles aient la bonté, l'être et la vie et tout ce qui fait leur perfection, de tout autre principe que Dieu. L'Écriture canonique attribue l'essence de la bonté et l'être lui-même à un seul et même Dieu. Saint Matthieu dit au chapitre XIX, « Dieu seul est bon. » On prouve qu'il est l'être, par le livre de l'Exode, chapitre III, où Moïse demande à Dieu quel est son nom, et le Seigneur lui répond : « Je suis celui qui

Et in IV. cap. *De div. Nomin.*, dicit, quod « propter divinæ bonitatis radios substituerunt intelligibiles et intellectuales omnes substantiæ, et virtutes et operationes. Propter istos sunt, et vivunt, et vitam habent indeficientem. » Quod autem à Deo immediate productæ sint omnes spirituales substantiæ, et non solum supremæ, expressit in V. cap. *De div. Nomin.* : « Sanctissimæ, inquit, et providentissimæ virtutes existentes, et sicut in vestibulis supersubstantialis Trinitatis collocatæ, ab ipsa et in ipsa esse, et deformiter esse habent, et post illas subjectæ, id est, inferiores supremis subjectæ; id est, inferiori modo esse habent à Deo, et extremæ, id est infimæ, extremæ, id est infimo modo sicut ad angelos; sicut ad nos autem supermundanæ. »

Per quod dat intelligere, quod omnes

spiritualium substantiarum ordines ex divina dispositione instituuntur, non ex hoc quod una earum causetur ab alia. Et hoc expressius in IV. cap. *Cœl. hierarch.* : « Sane est, inquit, omnium causæ et super omnia bonitatis proprium ad communionem suam ea quæ sunt vocare, sicut unicuique eorum quæ sunt, ex propria diffinitur analogia. Unamquamque enim rem constituit in ordine qui competit suæ naturæ. » Similiter etiam christianæ religioni repugnat, quod spirituales substantiæ ab alio principio habeant bonitatem, et esse, et vitam, et alia hujusmodi quæ pertinent ad earum perfectionem. Nam in canonica Scriptura, uni et eidem Deo attribuitur essentia bonitatis, et quod sit ipsum esse. Unde dicitur *Matth.*, XIX : « Unus est bonus Deus. » Quod autem sit ipsum esse, patet. Nam *Exod.*, III, quærenti Moysi

suis. » On prouve qu'il est la vie de tout ce qui respire, par le trentième chapitre du Deutéronome, où on lit : « Car il est la vie. » Et c'est cette vérité que saint Denis explique au cinquième chapitre du traité des Noms divins, en disant : « Que les saintes Ecritures ne disent pas que le bien, l'être et la vie sont différents, ou que la sagesse est plusieurs causes supérieures ou inférieures ou d'autres divinités qui sont les principes des autres créatures. » En quoi il combat l'opinion des Platoniciens, qui prétendoient que l'essence de la bonté étoit le Dieu suprême, au-dessous duquel étoit un autre Dieu qui étoit l'être et ainsi des autres, comme nous l'avons dit. Il ajoute encore : « Elle dit que tout ce qui est bien vient d'un seul Dieu, parce que l'être, la vie et tout le reste, découle du souverain être, sur toutes les créatures. » Il explique encore ceci plus au long dans le chapitre des Noms divins, en disant : « Nous ne prétendons pas dire qu'il y ait une substance divine ou angélique ayant l'être par elle-même, qui soit la cause de tout, mais seulement que l'être superessentiel, c'est-à-dire, l'être de Dieu suprême est le principe, la substance et la cause par laquelle il existe. » Le principe effectif, la substance est comme la forme exemplaire et la cause finale. Ensuite il ajoute : « Nous ne disons pas qu'il y ait une autre Divinité génératrice de la vie, autre que la vie surdivine de tout ce qui vit et cause à elle-même de sa propre vie, qui est essentiellement dans tous les êtres vivants, enfin et en résumé nous n'appelons pas principes de ce qui existe, substances causales et personnes, celles qu'ils ont appelées les dieux de l'univers et les créateurs qui ont fait par eux-mêmes tout ce qui existe. » Et pour combattre cette idée, saint Denis dit formellement que les substances spirituelles tirent de la bonté de Dieu, laquelle les Platoniciens appe-

quod esset nomen Dei, respondit Dominus : « Ego sum qui sum ; » et similiter quod sit ipsa viventium vita, unde dicitur *Deuter.*, XXX : « Ipse est enim vita tua. » Et haec quidem veritatem expresse. Dionysius tradit, V. cap. *De div. Nomin.*, dicens, quod « sacra doctrina non aliud esse bonum dicit, et aliud existens, et aliud vitam aut sapientiam, neque multas causas, et aliorum alias productivas deitates excedentes et subjectas. » In quo removet opinionem Platoniorum, qui ponebant quod ipsa essentia bonitatis erat summus Deus, sub quo erat alius Deus, qui est ipsum esse, et sic de aliis, ut supra dictum est. Subdit autem : « Sed unius scilicet deitatis, dicit esse omnes bonos processus, quia scilicet et esse, et vivere, et omnia alia hujusmodi à summa deitate procedunt in res. » Hoc etiam diffusius explicat in II. cap. *De div. Nomin.*, dicens : « Non enim substantiam

quamdam divinam aut angelicam dicimus per se esse, quod est causa quod sint omnia. Solum enim quod sint existentia, et ipsum esse supersubstantiale, scilicet summi Dei est, et principium, et substantia, et causa. Principium quidem effectivum, substantia autem quasi forma exemplaris, causa autem finalis. » Subdit autem : « Neque vitæ generativam aliam deitatem dicimus præter superdivinam vitam omnium quæcumque vivunt, et ipsius per se vitæ causam, quæ scilicet formaliter viventibus inhæret, neque colligendo dicimus principales existentium, et causativas substantias et personas, quas deos existentium, et creatores per se facientes dixerunt. » Ad hanc etiam positionem excludendam signanter Dionysius ab essentiali bonitate, quæ Platonici summum Deum exponebant, dicit « in substantiis spiritualibus procedere, quod sunt, et vivunt et intelligunt, et omnia

loient le Dieu souverain, l'être, la vie, l'intelligence et tous les autres attributs nécessaires à leur perfection. Et il répète dans tous les chapitres, qu'ils tiennent l'existence de l'être de Dieu, leur vie de la vie de Dieu, et ainsi de suite.

Mais il est contraire à la doctrine chrétienne, de prétendre que les substances spirituelles tirent leur origine du souverain être de toute éternité, comme les Platoniciens et les Péripatéticiens le soutiennent, car la foi catholique enseigne qu'ils ont été créés lorsqu'ils n'existoient pas. C'est pourquoi on lit dans Isaïe, chapitre XL : « Levez les yeux et voyez qui a créé tout cela, c'est-à-dire, ces choses qui sont au-dessus de nous. » Et de peur qu'on ne l'entendît seulement des choses corporelles, il ajoute : « Celui qui compte l'armée des cieus. » Or, la sainte Ecriture appelle ordinairement l'armée des cieus la troupe divine des substances spirituelles, à cause de leur ordre et de leur puissance dans l'accomplissement de la volonté de Dieu : aussi lit-on dans saint Luc, chapitre II : « Que la troupe de la milice céleste fut faite avec l'ange. » On donne donc à entendre que non-seulement les corps, mais encore les substances spirituelles, sont passées par la création du non-être à l'être, selon les paroles de saint Paul, au quatrième chapitre de son épître aux Romains : « Il appelle ce qui n'est pas comme ce qui est. » C'est pourquoi, saint Denis fait remarquer, chapitre X, des Noms divins : « Que l'Ecriture sainte appelle toujours, ce qui n'est pas tout-à-fait incréé et vraiment éternel, mais ce qui est incorruptible et immortel et tout ce qui a une existence semblable, comme quand elle dit, « levez-vous portes éternelles » et autres choses de même, ce qui semble s'appliquer surtout aux substances spirituelles et ensuite il ajoute : « Il ne faut donc pas regarder comme coéternel avec Dieu, ce qui étoit avant le temps. »

alia hujusmodi ad earum perfectionem pertinentia ab ea sortiuntur. » Et idem etiam replicat in singulis capitulis, ostendens quod ab esse divino habent quod sint, et à vita divina habent quod vivunt, et sic de cæteris.

Est autem christianæ doctrinæ contrarium, ut sic dicantur spirituales substantiæ à summa deitate originem trahere, quod fuerit ab æterno, sicut Platonici et Peripatetici posuerunt; sed hoc habet assertio catholicæ fidei, quod cœperunt esse postquam prius non fuerant. Unde dicitur *Isai.*, XL : « Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit hæc, » scilicet superiora omnia. Et ne intelligeretur de corporibus solum subdit : « Qui educit in numero militiam cæli. » Solet autem sacra Scriptura nominare militiam cæli spirituum substantiarum celestem exercitum

propter earum ordinem, et virtutem in exequendo voluntatem divini : unde dicitur *Luc.*, II, quod « facta est cum angelo multitudo cælestis militiæ. » Datur igitur intelligi non solum corpora, sed etiam spirituales substantias per creationem de non esse in esse fuisse eductas, secundum illud *Rom.*, IV : « Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. » Unde et Dionysius dicit, X. cap. *De div. Nomin.*, quod « non omnino et absolute ingenta, et vere æterna ubique sacra Scriptura nominat æterna. sed incorruptibilia et immortalia, et existentia eodem modo ; » scilicet nominat æterna, sicut quando dicit : « Elevamini, portæ æternales, » et similia, quod maxime videtur de spiritualibus substantiis dictum, et postea subdit : « Oportet igitur non simpliciter coæterna Deo, qui est ante ævum, arbitrari æterna dicta. » Sed sacra Scrip-

Mais l'Écriture sainte, en parlant, dans la Genèse, du principe de la création des choses, ne fait pas une mention expresse de la création des substances spirituelles, dans la crainte de fournir une occasion de tomber dans l'idolâtrie, au peuple grossier, auquel la loi étoit donnée, si la parole de Dieu mettoit plusieurs substances spirituelles au-dessus des créatures corporelles. On ne peut pas non plus induire des Écritures, à quelle époque les anges furent créés. Mais la raison dit suffisamment qu'ils furent créés avant les choses matérielles, parce qu'il n'étoit pas convenable que les êtres plus parfaits fussent postérieurs aux moins parfaits. Cette conclusion se tire expressément de l'Écriture sainte: On lit en effet dans le chapitre XXXVIII, du livre de Job : « Quand les étoiles du matin célébroient ma gloire et que les enfants de Dieu se réjouissoient, » que l'on croit être les substances spirituelles. » Et saint Augustin, dans le second livre de la Cité de Dieu, raisonne ainsi : « Les anges existoient donc, quand les astres furent créés, ce qui eut lieu le quatrième jour. Mais prétendons-nous que les anges furent créés le troisième jour? Non, car on sait que la terre fut séparée des eaux ce jour-là. Est-ce le second, non encore. Car le ciel fut fait ce jour-là. » Puis il ajoute : « Il n'y a rien d'étonnant que les anges soient les premiers ouvrages du Très-Haut; car ils sont la lumière à laquelle on donne le nom de jour. »

Ainsi donc, la créature spirituelle, qui est désignée sous le nom de ciel, selon l'opinion de saint Augustin, fut créée en même temps que les êtres corporels, selon les paroles de la Genèse : « Au commencement, Dieu fit le ciel et la terre. » Or, sa création et sa perfection est figurée dans la production de la lumière, comme il l'explique en plusieurs endroits de son commentaire sur la Genèse *ad litteram*. Mais saint Damase écrit dans son troisième livre : « Quelques-uns prétendent,

tura in *Genesi* loquens de principio creationis rerum, de spiritualium substantiarum productione expressam mentionem non facit, ne populo rudi, quibus lex proponebatur, idololatriæ daretur occasio, si plures spirituales substantias super omnes corporeas creaturas introduceret sermo divinus. Non potest etiam ex Scripturis canonicis expresse haberi, quando creati fuerint angeli. Quod enim post corporalia creati non fuerint, ratio manifestat, quia non fuit decens ut perfectiora posteriora crearentur. Et etiam ex autoritate sacræ Scripturæ expresse colligitur. Dicitur enim *Job*, XXXVIII : « Cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei, » per quos spirituales substantiæ intelliguntur. Arguit autem sic Augustinus, II. *De Civit. Dei* : « Jam ergo erant angeli quando facta sunt sidera, facta sunt

autem quarto die. Numquidnam ergo tertio die factos esse angelos dicimus? Absit. In promptu est enim quid isto die factum sit, ab aquis utique terra discreta. Numquidnam secundo? ne hoc quidem. Tunc enim firmamentum factum est. » Et postea subjicit : « Nimirum ergo si ad ista opera Dei pertinent angeli; ipsi enim sunt illa lux quæ diei nomen accipit. »

Sic igitur secundum sententiam Augustini simul cum corporalibus creata est spiritualis creatura, quæ significatur nomine cæli, cum in *Genesi* dicitur : « In principio fecit Deus cælum et terram. » Formatio autem ejus et perfectio significatur in lucis productione, ut multipliciter prosequitur in lib. *Super Genes. ad lit.* Sed ut Damascenus dicit in III. lib., « quidam aiunt quod ante omnem creationem, scilicet corporalis creaturæ, geniti sunt angelici, »

qu'avant aucune création de créatures corporelles, les anges furent créés, parce que, comme dit saint Grégoire le théologien : « Dieu eût d'abord la pensée des vertus angéliques et célestes, et sa pensée fut une action. » Saint Damascène pense de la sorte. Saint Jérôme, disciple de saint Grégoire de Nazianze, est du même avis. Il dit en effet, dans son commentaire de l'épître de saint Paul à Tite : « Le monde n'a pas encore six mille ans, et figurons-nous donc quelles éternités, combien de temps, quelles origines de siècles le précéderent, pendant lesquels les anges, les trônes, les dominations et les autres ordres de la hiérarchie céleste, servirent Dieu sans vicissitudes de temps et de mesure, et furent créés par la parole de Dieu.

Je pense que rien de ceci n'est contraire à la saine doctrine, parce qu'il seroit par trop présomptueux d'oser affirmer que ces admirables docteurs de l'Eglise se sont égarés de la saine doctrine de la piété. Car l'opinion de saint Augustin paroît s'accorder davantage avec celle de ceux qui pensent que dans la création du monde, il n'y a point eu l'ordre de temps des six jours, dont parle l'Écriture, mais saint Augustin parle de six autres jours figurés à l'intelligence des anges, par les six ordres de création. Mais l'opinion de saint Grégoire de Nazianze, de saint Jérôme et de saint Damascène qui admettent une succession de six jours, selon le texte de la Genèse, pour la création du monde, est bien préférable. Car si toutes les créatures n'ont pas été faites à la fois, il est très-probable que les substances spirituelles ont précédé tous les corps. Que si on demande où les anges ont été créés, il est clair que cette question est oiseuse, si la substance spirituelle a été créée avant toute créature corporelle, puisqu'un lieu est une chose matérielle, à moins qu'on ne regarde comme un espace quelconque, la clarté spirituelle par laquelle Dieu les illumine.

quia, ut Gregorius-Theologus dicit, « primum excogitavit angelicas virtutes et celestes, et excogitatio ejus opus fuit. » Et huic sententiæ ipse Damascenus consentit. Sed et Hieronymus, prædicti Gregorii Nazianzeni discipulus, eandem sententiam sequitur; dicit enim super *Ep. ad Tit.*: « Sex millia necdum nostri temporis implentur annorum, et quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas sæculorum origines fuisse, arbitrandum est; in quibus angeli, Throni et Dominiones, cæterique ordines servierunt Deo absque temporum vicibus atque mensuris, et Deo jubente substituerunt.

Neutrum autem horum æstimo esse sanæ doctrinæ contrarium, quia nimis præsumptuosum videretur asserere tantos Ecclesiæ doctores à sana doctrina pietatis deviasse. Nam sententia Augustini magis videtur competere sententiæ eorum qui

ponunt in rerum productione non fuisse temporis ordinem secundum numerum dierum senarium, quos Scriptura commemorat, sed alios sex dies refert Augustinus ad intelligentiam angelicam sex rerum generibus præsentatum. Sententia vero Gregorii Nazianzeni, Hieronymi et Damasceni convenientior est secundum eorum positionem, qui ponunt in rerum productione successionem temporis secundum sex dies prædictos. Si enim creaturæ non fuerunt omnes simul productæ, satis probabile est creaturas spirituales omnia corpora præcessisse. Si vero quæratur ubi creati sunt angeli, manifestum est quod quæstio ista locum non habet, si creata est spiritualis substantia ante omnem creaturam corpoream, cum locus sit aliquid corporale, nisi forte pro loco accipiamus spiritualem claritatem, qua illustrantur à Deo.

C'est ce qui fait dire à saint Bazile, dans le deuxième livre de son *Hexameron* : « Nous pensons que s'il y a eu quelque chose avant la création de ce monde visible et corruptible, ce fut dans la lumière. » Car ni la sublimité des anges, ni les milices célestes, tout ce que nous pouvons nommer ou dont nous ignorons les divines appellations, les vertus raisonnables, ou les ministres de Dieu ne pouvoient vivre dans les ténèbres, mais dans un séjour digne de lui, dans la lumière et dans la joie. Je pense que personne ne voudra contredire cette assertion. Mais si les anges furent faits en même temps que la créature, la question peut être raisonnable, autant du moins que les anges peuvent occuper un espace, comme nous le dirons plus loin. C'est d'après cela que quelques-uns ont prétendu que les anges avoient été créés dans un ciel supérieur éclatant, qu'ils appellent empyrée, c'est-à-dire de feu, non à cause de sa chaleur, mais pour son éclat. Et c'est de ce ciel que parlent Strabon et Beda, en expliquant les paroles du commencement de la Genèse, au commencement Dieu créa le ciel et la terre, quoique saint Augustin et les plus anciens docteurs de l'Eglise ne fassent aucune mention de ce commentaire.

CHAPITRE XVIII.

De la condition des substances spirituelles.

Il faut ensuite considérer ce qu'il faut penser de la condition des substances spirituelles, d'après la doctrine de la foi catholique. Il y a eu des auteurs qui ont cru que les anges étoient corporels, ou composés de matière et de forme, ce que sembleroit avoir cru Origène, dans le premier livre du *Periarchon*, où il dit : « Il n'appartient qu'à Dieu, c'est-à-dire, au Père, au Fils et au Saint-Esprit, d'être sans substance matérielle, et qu'on le conçoive sans aucun mélange de substance cor-

Unde Basilii dicit in II. *Hexamer.* : « Arbitramur quod si fuit quippiam ante institutionem sensibilis hujus et corruptibilis mundi, profecto in luce fuit. Neque enim dignitas angelorum, nec omnium celestium militiæ, vel si quid est nominatum, aut etiam inappellabile, aut aliquid rationalis virtus, vel ministrator spiritus degere posset in tenebris, sed in luce et lætitia decentem sibi habitum possidebat, de qua re neminem puto contradicturum. » Si vero simul cum corporali creatura creati fuerunt angeli, quæstio locum potest habere, eo tamen modo quo angelis competit esse in loco de quo infra dicitur. Et secundum hoc quidam dixerunt in quodam supremo cælo splendido angelos esse creatos, quod empyreum nominant, id est igneum, non ab ardore, sed à splendore. Et de hoc

cælo Strabus et Beda exponunt quod dicitur in principio *Genesis* : « Creavit Deus cælum et terram, » quamvis hæc expositio ab Augustino et aliis antiquioribus Ecclesiæ doctoribus non tangatur.

CAPUT XVIII.

De conditione substantiarum spiritualium.

Deinde considerare oportet quid de conditione spiritualium substantiarum secundum catholicæ doctrinæ sententiam sit tenendum. Fuerunt igitur quidam qui angelos putaverunt corporeos esse, vel ex materia et forma esse compositos, quod quidem sensisse videtur Origenes in I. *Periarchon*, ubi dicit : « Solius Dei, id est Patris et Filii et Spiritus sancti naturæ id proprium est, ut sine materiali substantia, et absque

corporelle. Ce qui put les porter à croire que les anges étoient des êtres corporels, ce sont les paroles de l'Écriture, qui attribuent quelques qualités corporelles aux anges, lorsqu'elle dit qu'ils sont dans un certain lieu matériel, d'après le texte de saint Matthieu, au dix-huitième chapitre de son évangile : « Leurs anges voient toujours la face de mon Père, qui est dans le ciel ; » et qu'ils se meuvent, d'après ce qui est écrit au sixième chapitre d'Isaïe : « Un des séraphins vola vers moi, » et qui plus est, il décrit leur forme corporelle, selon ce que dit le même prophète, l'un avoit six ailes et l'autre six. Daniel, au dixième chapitre, dit de l'ange Gabriel : « Voilà qu'un homme, vêtu d'habits de lin, les reins ceints d'une ceinture d'or, le corps comme du chrysolithe. » Et il ajoute beaucoup d'autres choses encore qui accusent une existence corporelle. D'autres disent que si les anges ne sont points corporels il y a cependant en eux un composé de forme matérielle, ce qu'ils veulent conclure de toutes les raisons que nous avons rapportées.

L'autorité de l'Écriture canonique, qui les appelle esprits, prouve que les anges sont immatériels. Car il est dit au Psaume 103 : « Dieu se sert des esprits pour en faire ses ambassadeurs et ses anges. » L'apôtre dit dans son épître aux Hébreux, en parlant des anges : « Tous les anges ne sont-ils pas des esprits qui tiennent lieu de serviteurs et de ministres, étant envoyés pour exercer leur ministère en faveur de ceux qui doivent être les héritiers du salut. » Or, l'Écriture sainte entend ordinairement par esprit quelque chose d'incorporel, comme, par exemple, ces paroles de saint Jean : « Dieu est esprit et il faut l'adorer en esprit et en vérité. » Et Isaï, chapitre XXXI : « L'Égypte est un homme et non pas un Dieu, ses chevaux sont chair et non pas esprits. » Il s'ensuit donc de là, que, d'après l'Écriture sainte, les anges n'ont point de corps.

ulla corporeæ adjectionis societate intelligatur existere. Et ad hoc quidem quod angelos corporeos ponerent, movere poterunt eos verba Scripturæ, quæ attribuunt quædam corporalia angelis, cum eos etiam in loco corporali esse pronuntiet, secundum illud *Matth.*, XVIII : « Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est ; » et eos moveri asserat, secundum illud *Isai.*, VI : « Volavit ad me unus de Seraphim, » et quod est amplius, figura corporali describat, sicut ibidem de Seraphim dicitur, sex alæ uni, et sex alæ alteri. Et de Gabriele dicitur, *Daniel.*, X : « Ecce vir unus vestitus lineis, et renes ejus accincti auro ohrizo, et corpus ejus quasi chrysolitus, » et adhuc alia ad organum corporis pertinentia ibidem subduntur. Quidam autem de angelis dicunt, quod etsi non sint corporei, est tamen in eis

compositio formæ materiæ, quod ex quibus rationibus accipere velint, supra jam diximus. Sed quod angeli incorporei sint, canonicæ Scripturæ autoritate probatur, quæ eos spiritus nominat. Dicitur enim in *Psal.* CIII : « Qui facit angelos suos spiritus. » Et Apostolus dicit, *ad Hebr.*, I, de angelis loquens : « Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. » Consuevit autem Scriptura nomine spiritus aliquid incorporeum designare, secundum illud *Joum.*, IV : « Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. » Et *Isai.*, XXXI : « Ægyptus homo et non Deus, et equi eorum caro, et non spiritus. » Sic igitur consequens est, secundum sacræ Scripturæ sententiam, angelos incorporeos esse.

Mais si l'on veut examiner avec attention les paroles de l'Écriture sainte, on pourra y voir qu'elle dit que les anges sont immatériels. Car elle les appelle des vertus : « Anges de Dieu, bénissez le Seigneur. » Psaume 102, et elle ajoute ensuite : « Vertus, bénissez le Seigneur. » Et on lit dans saint Luc, chapitre XXI : Les vertus des cieux seront ébranlées, ce que tous les saints docteurs entendent des anges. » Or ce qui est matériel, n'est pas une vertu, mais a une vertu, comme il n'est point l'être, mais a l'être, car la vertu est attachée à l'être. Un homme n'est point son humanité, ni son essence, ni sa vertu, ni autre chose qu'un être composé de forme et de matière. Il s'ensuit donc que d'après l'Écriture sainte les anges sont immatériels.

Ces deux propositions s'appuient encore de l'autorité de saint Denis, qui écrit au quatrième chapitre des Noms divins, en parlant des anges, que « Toutes les substances intellectuelles sont exemptes de toute corruption, de mort et de matière. » Et comme il les regarde comme immatérielles, il dit, au premier livre de la Hiérarchie céleste : « Que telle a été la volonté de Dieu, que les hiérarchies immatérielles des anges, fussent représentées dans diverses figures matérielles. » Et il demande au deuxième chapitre du même livre : « Pourquoi les saints docteurs, en traitant de la formation corporelle des êtres incorporels, c'est-à-dire, des anges, ne les ont pas décrits sous les traits les plus admirables, mais au contraire ont donné des substances immatérielles et des êtres ayant la simplicité d'une nature divine. » Ce qui prouve que saint Denis croyoit que les anges sont des substances simples et immatérielles. Ce qui le prouve encore, c'est qu'il les appelle souvent, des célestes intelligences, des esprits divins. Or, l'intelligence et l'esprit sont quelque chose d'incorporel et d'immatériel, comme

Si quis autem diligenter velit verba sacrae Scripturae inspicere, ex eisdem accipere poterit eos immateriales esse. Nominat enim eos sacra Scriptura quasdam virtutes. Dicitur enim in *Psalm.* CII : « Benedicite Domino, omnes angeli ejus. » Et postea subditur : « Benedicite Domino, omnes virtutes ejus. » Et *Luc.*, XXI, dicitur : « Virtutes caelorum movebuntur, » quod de sanctis angelis omnes doctores exponunt. Quod autem materiale est, non est virtus, sed habet virtutem, sicut non est essentia, sed habens essentiam : sequitur enim essentiam virtus. Non est autem homo sua humanitas, neque sua essentia, neque sua virtus. Similiter autem neque aliquid aliud ex materia et forma compositum. Relinquitur igitur secundum intentionem Scripturae angelos immateriales esse.

Utrumque autem horum expresse Dionysii verbis astruitur, qui in IV. cap. *De*

div. Nomin., de angelis loquens dicit, quod « intellectuales substantiae ab universa corruptione, morte et materia mundae existunt, et sicut incorporeales et immateriales intelliguntur ; » in I. etiam cap. *Coelst. hierarch.* dicit, quod « divina dispositio immateriales angelorum hierarchias materialibus figuris variis tradidit. » Et in II. cap. ejusdem libri quaerit, quare sacri doctores ad corporalem formationem incorporalium, scilicet angelorum venientes non figuraverunt ea pretiosissimis figuris, sed immaterialibus substantiis, et deiformibus simplicitatibus terrenas figuras imposuerunt. Ex quibus patet omnibus hanc fuisse Dionysii sententiam, quod angeli sunt immateriales et simplices substantiae. Quod etiam ex hoc patet, quod frequenter eos nominat caelestes intellectus, seu divinas mentes. Intellectus autem et mens aliquid incorporeum et immateriale est, ut Philo-

le prouve Aristote au troisième livre du Traité de l'Âme. Saint Augustin dit aussi au deuxième livre de la Genèse, *ad litteram* : « Qu'au premier jour où la lumière fut faite, les créatures spirituelles et intellectuelles furent comprises dans la dénomination de lumière, parce que tous les anges et toutes les vertus sont renfermés dans cet ordre de la nature. Le pape Damase dit aussi que l'ange est une substance incorporelle et intellectuelle; mais ce qu'il ajoute rend sa proposition douteuse, parce qu'il entend les mots corporel et intellectuel, par rapport à nous. Mais quoi que ce soit, comparé à Dieu, est grossier et matériel, ce qui fait croire qu'il ne pensoit pas que les anges, quoiqu'incorporels et immatériels, pussent avoir la simplicité de la nature divine. Il faut prendre au figuré les termes de l'Écriture sainte, qui donnent aux anges des formes et des figures, parce que, comme dit saint Denis au premier chapitre de la Hiérarchie céleste, nous ne pouvons pas élever notre esprit à la contemplation et à l'imitation, si nous ne nous servons pas de quelqu'intermédiaire corporel en soi, comme l'Écriture emploie des figures corporelles, en parlant de Dieu lui-même. C'est pourquoi saint Denis, au quinzième chapitre de la Hiérarchie céleste, dit : « Que ce qu'il y a de spirituel dans les anges, est figuré par de semblables images corporelles. » Il dit que ces formes corporelles ne sont pas seulement attribuées aux anges, par similitude, mais il le dit de tout ce qui tient à l'affection de l'appétit sensitif, pour donner à entendre que les anges non-seulement ne sont pas des corps, mais qu'ils ne sont point des corps unis à des esprits, qui conçoivent par les sens, de telle façon qu'ils subissent toutes les modifications de l'âme sensitive. Car il écrit au deuxième chapitre de la Hiérarchie céleste : « Que les passions déréglées viennent de l'agitation de la partie sensitive de l'âme, » mais il faut en-

sophus probat in III. *De anima*. Augustinus etiam in II. *Super Genes. ad lit.*, dicit, quod « primo die quo lux facta est, conditio spiritualis et intellectualis creaturæ lucis appellatio intimitur, in qua natura intelliguntur omnes sancti angeli atque virtutes. » Damascenus etiam dicit quod « angelus est substantia intellectualis et incorporea. » Sed dubium facit quod postea subdit. Incorporeus autem et immaterialis dicitur quantum ad nos. Omne enim comparatum ad Deum, grossum et materiale invenitur, quod ad hoc inducitur, ut non æstimetur angelus propter suam incorporeitatem et immaterialitatem divinam simplicitatem æquare. Corporales vero figuræ seu formæ quæ in Scriptura sacra interdum angelis attribuuntur, per quamdam similitudinem sunt intelligenda, quia sicut dicit Dionysius in I. cap. *Cæl. hierarch.*,

« non est possibile nostræ menti ad immaterialitatem illam sursum excitari cœlestium, hierarchiarum et imitationem et contemplationem, nisi secundum se materiali manuactione utatur, sicut et de ipso Domino multa corporalia in Scripturis per quamdam similitudinem dicuntur; » unde XV. cap. *Cæl. hierarch.*, Dionysius exponit, « quid spirituale significetur in angelis per omnes hujusmodi corporales figuræ. » Nec solum hujusmodi formas corporeas per similitudinem de angelis asserit, sed dicit etiam ea quæ pertinent ad affectionem sensitivi appetitus, ut per hoc detur intelligi, quod non solum angeli non sunt corpora, sed etiam non sunt spiritus corporibus uniti, qui sensitivando percipiunt, ut sic in eis inveniuntur operationes animæ sensitivæ. Dicit enim in II. cap. *Cæl. hierarc.*, quod « furor irrationabilis ex passibili motu

tendre autrement dans les anges l'irascible, en faisant allusion, comme je le crois, à ce qu'il y a de rationalité humaine en eux. L'autre explication est celle-ci : « La colère dans les anges, prouve leur rationalité humaine. » Il dit encore que la concupiscence en eux, signifie l'amour divin. En quoi s'accorde saint Augustin, qui écrit au neuvième chapitre de la Cité de Dieu : « Que les saints anges punissent sans colère, ceux que la loi éternelle de Dieu livre à leur vengeance ; qu'ils viennent au secours des malheureux en péril, sans éprouver le sentiment d'une compassion douloureuse ; qu'ils viennent en aide à leurs amis, sans crainte aucune ; et cependant on se sert habituellement à leur égard, de ces locutions humaines, à cause de la similitude de ces sensations, mais non parce qu'ils éprouvent les impressions de notre misérable nature.

Lorsqu'on dit que les anges sont dans le ciel, ou dans tout autre lieu matériel, il ne faut pas s'imaginer qu'ils y soient d'une manière corporelle, c'est-à-dire par le contact d'une espace mesurable, mais d'une façon toute spirituelle par l'action de leur puissance. La demeure des anges est spirituelle, d'après les paroles de saint Denis au chap. V des Noms divins, qui dit que « les suprêmes substances spirituelles sont placées dans les vestibules de la sainte Trinité. » Saint Basile dit au deuxième livre de l'Hexaméron, « qu'ils sont dans la lumière et qu'ils habitent dans une joie spirituelle. » Saint Grégoire de Nysse, dans son livre de l'Homme, dit que « les substances intelligentes sont dans des espaces intellectifs, ou dans eux-mêmes, ou dans des intelligences qui sont au-dessus d'eux. » Quand on dit donc que quelque chose d'intellectuel est dans un corps par localisation, on ne veut pas dire qu'il y soit comme dans un lieu matériel, mais comme dans une espèce d'union, et qu'il y est de la façon que nous

gignitur, » sed in angelis altero modo oportet irascibile intelligere, declarans ut existimo, virilem ipsorum rationabilitatem. » Alia littera habet sic, sed in angelis furibundum demonstrat virilem ipsorum rationabilitatem. Et similiter dicit, quod « concupiscentia in eis significat amorem divinum. » Cui consonat id quod Augustinus dicit in IX. *De Civit. Dei*, quod « sancti angeli sine ira puniunt quos accipiunt æterna Dei lege puniendos, et miseris sine miserie compassionis subveniunt periclitantibus, et eis quos diligunt, absque timore optulantur, et tamen istarum nomina passionum consuetudinem locutionis humanæ etiam in eos usurpant propter quamdam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem. »

Quod autem angeli dicuntur esse in cœlis aut in aliquibus aliis corporalibus locis,

non est intelligendum quod sint in eis corporali modo, scilicet per contactum dimensionis quantitatis, sed modo spirituali per quemdam contactum virtutis. Proprius autem locus angelorum est spiritualis, secundum quod Dionysius dicit cap. V. *De div. Nom.*, quod « supræmæ spirituales substantiæ sunt in vestibulis Trinitatis collocatæ. » Et Basilius dicit in II. *Hexam.*, quod « sunt in luce et in lætitia spirituali habitant. » Et Gregorius Nissenus dicit in libro *De Homine*, quod « intelligibilia in intelligibilibus locis sunt aut in seipsis aut in superjacentibus intelligibilibus. » Cum igitur in corpore dicitur intellectualem aliquid localiter esse, non ut in loco corporeo dicitur esse, sed ut in habitudine, et in ea, quod adest, ut dicimus Deum esse in nobis, et post pauca subdit. Cum igitur in habitudine fuerit intelligibile aliquod

disons que Dieu est en nous. Lors donc qu'on dit qu'un être intelligent est en union avec un lieu, au avec une certaine chose occupant un espace, c'est-à-dire à cause de son action, dans ces circonstances on abuse de ces expressions. Car lorsqu'il faudroit dire, il agit là, nous disons, il est là. Et saint Damascène, adoptant cette explication, dit que « les anges sont où ils agissent. » Saint Augustin dit également, chap. VIII sur la Genèse *ad litteram*, que « l'Esprit créateur fait mouvoir l'esprit créé dans le temps, sans espace, et qu'il meut les corps dans le temps et dans l'espace. »

On doit conclure de tout ceci que les substances spirituelles n'occupent point un espace corporellement, mais d'une manière spirituelle; et de même que quelque chose peut se mouvoir et être dans un certain lieu, il s'ensuit que les anges ne se meuvent pas dans l'espace à la façon des corps, mais si on applique leur mouvement, dont parle l'Écriture, à un lieu matériel, il faut l'entendre de la succession de l'application de leur influence à différents lieux, où dans le sens mystique, comme saint Denis l'entend au quatrième chap. des Noms divins, où il rapporte qu'on dit que « les intelligences spirituelles se meuvent en cercle, unies par les splendeurs du beau et du bon, qu'elles vont droit quand elles veillent à la sûreté des êtres qui leur sont soumis, et obliquement quand, en gouvernant les êtres inférieurs, elles ne perdent pas Dieu de vue dans leur action. » On voit donc clairement, d'après tout ce que nous avons dit des opinions des saints docteurs sur la condition des substances spirituelles, qu'ils les ont toujours regardées comme incorporelles et immatérielles.

vel loci alicujus, vel rei, ut in loco existentis, abusive dicimus illic, id est propter actum ejus qui est illic, locum pro habitudine suscipientes. Cum enim deberemus dicere, illic agit, dicimus, illic est, et hoc sequens Damascenus dicit quod « angelus ubi operatur, ibi est. » Augustinus etiam VIII. *Super Gen. ad litt.*, dicit quod « spiritus creator movet conditum spiritum per tempus sine loco, movet autem corpus per tempus et locum. »

Ex quibus omnibus datur intelligi substantias spirituales non esse in loco corporaliter, sed quodam modo spirituali, et quia eodem modo competit alicui moveri in loco et esse in loco, per consequens neque corporali modo angeli moventur in

loco, sed motus eorum qui exprimitur in Scripturis si referatur ad locum corporalem, est accipiendus secundum successionem virtualis contactus ad loca diversa, vel est accipiendus secundum mysticam intelligentiam, sicut Dionysius cap. IV. *De div. Nom.*, dicit, quod « moveri dicuntur divinæ mentes circulariter quidem unitæ illuminationibus pulchri et boni, indirectum autem quando procedunt ad subditorum providentiam, obliquæ vero quando providentes minus habentibus ingressibiliter manent circa Deum. » Ex his igitur manifestum est quid circa conditionem spiritualium substantiarum, id est angelorum, sacri doctores tradiderint, asserentes eos incorporeos et immateriales esse.

CHAPITRE XIX.

De la différence des esprits angéliques.

Il faut donc examiner ce qu'on doit croire de la différence des esprits, d'après la doctrine catholique. La première question qui se présente est celle de la distinction des bons et des mauvais anges. Car c'est une vérité reconnue de plusieurs, qu'il y en a de bons et de mauvais, ce qui est prouvé par le témoignage de l'Écriture sainte. Saint Paul dit en effet au premier chap. de l'Épître aux Hébreux : « Tous les esprits ne sont-ils pas des anges envoyés pour remplir leur ministère auprès de ceux qui reçoivent l'héritage du salut. » Et saint Matthieu dit des esprits mauvais, au vingt-deuxième chapitre de son Évangile : « Lorsque l'esprit immonde est sorti d'un homme, il va par les lieux secs et arides, cherchant le repos, et il ne le trouve pas. » Et il ajoute ensuite : « Alors il s'en retourne et il prend sept autres esprits plus méchants que lui. » Et malgré que, comme le dit saint Augustin dans le neuvième livre de la Cité de Dieu, il y en ait qui aient cru que les esprits bons et mauvais étoient des dieux, et qu'on nommoit indifféremment démons les bons et les mauvais, d'autres, plus justes, appeloient dieux ceux-là seulement qui sont bons ; et que nous appelons anges ; le nom de démon, dans le sens ordinaire, exprime toujours un mauvais ange, ce qui, comme il le dit très-bien, est parfaitement raisonnable. En grec, on appelle démons de la science ceux que la science, qui n'a pas la charité selon la science de l'Apôtre, enfle d'orgueil. Tout le monde ne donne pas la même cause à la malice des démons. Quelques-uns disent qu'ils sont naturellement mauvais, comme étant créés par un mauvais principe ; et que, par conséquent, leur nature est mauvaise, ce qui est

CAPUT XIX.

De distinctione spirituum angelorum.

Oportet autem consequenter considerare quid secundum sacram doctrinam de distinctione spirituum, sit tenendum. Ubi et primum considerandum occurrit de differentia honorum et malorum. Est enim apud multos receptum, esse quosdam spiritus bonos, quosdam vero malos. Quod autoritate sacræ Scripturæ comprobatur. De bonis enim spiritibus dicitur *ad Hebr.*, I : « Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. » De malis autem spiritibus dicitur, *Matth.*, XXII : « Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, et non invenit. » Et postea sub-

dicitur : « Tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se. » Et quavis ut Augustinus narrat in IX. *De Civ. Dei* : « quidam posuerint et bonos et malos spiritus Deos esse, et similiter bonos et malos dæmones nominari, quidam tamen melius Deos non nisi bonos asserunt, quos nos angelos dicimus, » dæmones autem secundum communem usum loquendi, non nisi in malo accipiuntur, quod ut dicit rationabiliter accidit. Dæmones enim in Græco a scientia nominantur, quæ sine charitate secundum scientiam Apostoli per superbiam inflat, sed causa malitiæ dæmonum non eadem ab omnibus assignatur. Quidam enim eos asserunt naturaliter malos tanquam a malo productos principio, et sic etiam, quod ipsorum natura sit mala, quod ad Manichæorum errorem pertinet,

tomber dans l'erreur des Manichéens, comme on le voit, d'après ce que nous avons dit. Mais saint Denis combat victorieusement cette erreur au quatrième chap. des Noms divins, en disant : « Les démons ne sont point mauvais par nature, ce qu'il prouve 1° en disant que s'ils étoient naturellement mauvais, il faudroit dire qu'ils n'ont point été créés par un principe bon, ni le comprendre parmi les êtres qui ont une existence propre, parce que le mal n'est pas une nature, et que s'il étoit une nature, il ne seroit point créé par un principe bon. 2° S'ils sont naturellement mauvais, ils le sont par leur fait, et ainsi ils seroient les auteurs de leur corruption, ce qui est impossible, car le mal a la raison de la corruption. Si, au contraire, ils sont mauvais par le fait des autres, il faudroit qu'ils corrompissent ce qui les a faits mauvais, car ce qui est mauvais naturellement est mauvais pour tous et parfaitement mauvais. Il s'ensuivroit donc qu'ils corromproient tout et complètement, ce qui est impossible, soit parce qu'il y a des choses qui sont incorruptibles et qui ne pourront jamais être altérées, soit parce que les choses qui sont corrompues ne le sont jamais entièrement. La nature des démons n'est donc pas mauvaise. 3° Parce que s'ils étoient naturellement mauvais, ils ne seroient pas créés par Dieu, parce que le bien produit le bien et le fait subsister, et cela est impossible, par tout ce que nous avons dit, savoir, qu'il faut que Dieu soit le principe de tout. 4° Parce que si les démons sont toujours les mêmes, ils ne sont pas mauvais, car c'est le propre du bien d'être toujours le même. 5° Parce qu'ils ne sont pas entièrement dépourvus de tout bien, en tant qu'ils existent, qu'ils vivent et qu'ils sont intelligents, et qu'ils désirent quelque bien.

Il y en a d'autres qui prétendent que les démons sont mauvais naturellement, non parce que leur nature est mauvaise, mais parce

ut patet ex dictis. Sed hunc errorem efficacissime Dionysius improbat, cap. IV. *De div. Nom.*, dicens : « Neque dæmones natura mali sunt, » quod probat, primo quidem, quia si naturaliter mali essent, simul oportet dicere quod neque essent producti ex bono principio, neque inter existentia computarentur, quia malum non est natura aliqua, nec si esset aliqua natura causaretur a bono principio. Secundo, quia si sunt naturaliter mali, aut sibi ipsis, et sic seipsos corrumpent, quod est impossibile, malum enim rationem corruptivi habet. Si vero sunt mali aliis, oporteret quod ea quibus sunt mali corrumpent, quod autem est naturaliter tale, est omnibus tale et omnino tale. Sequetur ergo, quod omnia et omnino corrumpent, quod est impossibile; tum quia quedam sunt incorruptibilia, quæ

corrumpi non possunt; tum quia ea quæ etiam corrumpuntur non totaliter corrumpuntur. Non igitur ipsa natura dæmonum est mala. Tertio, quia si essent naturaliter mali non essent a Deo facti, quia bonum bona producit, subsistere facit, et hoc est impossibile secundum illud quod supra probatum est, scilicet quod oportet omnium Deum esse principium. Quarto, quia si dæmones semper eodem modo se habent, non sint mali, quod enim est semper idem, boni est proprium; si autem non semper sunt mali, non sunt natura mali. Quinto, quia non sunt omnino expertes boni secundum quod sunt, et vivunt, et intelligunt, et aliquod bonum desiderant.

Fuerunt autem alii ponentes dæmones naturaliter malos, non quia eorum natura sit mala, sed quia habent quamdam in-

qu'ils ont une certaine inclination naturelle au mal, comme saint Augustin cite, au livre de la Cité de Dieu, Porphyre qui, dans sa Lettre à Ennebon, dit que « quelques-uns pensoient qu'il y avoit une espèce d'esprits dont le propre est d'écouter, une nature perfide, revêtant toutes les formes, multiple, simulant les dieux et les démons, et jusqu'aux ames des morts. » Cette opinion ne peut être vraie, si nous admettons que les démons sont incorporels et des intelligences séparées. Car, comme tout est bien naturellement, il est impossible qu'aucune nature ait une inclination au mal, à moins que par la raison d'un bien particulier. Car rien n'empêche qu'une chose particulièrement bonne à une nature, soit un mal, en tant qu'elle répugne à la perfection d'une nature plus distinguée, comme la colère est un certain bien à un chien de garde, et pourtant un mal pour un homme raisonnable. Il est possible cependant qu'il y ait dans l'homme, d'après sa nature sensible et corporelle, par laquelle il communique avec les bêtes, une certaine inclination à la fureur, qui est un mal pour l'homme. Mais on ne peut pas dire la même chose d'une nature purement intellectuelle, parce que l'intelligence tend au bien général; d'où il suit qu'on ne peut pas dire qu'il y a dans les démons une inclination naturelle au mal, s'ils sont de pures intelligences, sans mélange d'une nature corporelle.

Il faut donc savoir que les Platoniciens supposoient, comme on l'a dit plus haut, que les démons étoient des animaux corporels, doués d'intelligence. Et en tant que formés d'une nature sensible et corporelle, ils sont soumis aux différentes passions de l'ame, aussi bien que les hommes, lesquelles les inclinent au mal. Aussi Apulée, dans le Traité de Dieu, de Socrate, appelle les démons des animaux par nature, sensibles par l'ame, raisonnables par l'esprit, ayant un

clinationem naturalem ad malum, sicut Augustinus X. *De Civ. Dei*, introducit Porphyrium dicentem in epistola ad Ennebonem: « quosdam opinari esse quoddam spirituum genus, cui exaudire sit proprium, natura fallax, omniforme, multimodum, simulans Deos, et dæmones, et ipsas animas defunctorum. » Quæ quidem opinio veritatem habere non potest, si ponamus dæmones incorporeos esse et intellectus quosdam separatos. Cum enim omnia natura bona sint, impossibile est quod natura aliqua habeat inclinationem ad malum nisi sub ratione particularis boni. Nihil enim prohibet aliquid quod est particulariter bonum alicui naturæ, in tantum dici malum, in quantum repugnat perfectioni nobilioris naturæ, sicut furiosum esse quoddam bonum est cani, quod tamen malum est homini rationem habenti. Pos-

sibile tamen est in homine secundum sensibilem et corporalem naturam, in qua cum brutis communicat, esse quandam inclinationem ad furorem, qui est homini malum. Sed hoc de intellectuali naturali dici non potest, quia intellectus ordinem habet ad bonum communem: unde dici non potest in dæmonibus inveniri naturalem inclinationem ad malum si sunt pure intellectuales non habentes admixtionem corporeæ naturæ.

Sciendum est ergo quod Platonici posuerunt, ut etiam supra dictum est, dæmones esse animalia quædam corporea, habentia intellectum. Et in quantum habent corpoream et sensitivam naturam sunt variis animæ passionibus substituti, sicut et homines, ex quibus inclinantur ad malum. Unde Apuleius in libro *de Deo Socratis* diffiniens dæmones, dixit, « eos

corps aérien et éternel en durée. Et comme il le dit, l'ame des démons est sujette aux passions de la volupté, de la crainte, de la colère et de toutes les autres affections de l'ame. Il les distingue aussi, par le lieu qu'ils habitent, d'avec les dieux que nous, chrétiens, appelons anges, en disant que les démons sont dans l'air, et que l'empire éthéré est le séjour des anges ou des dieux. Quelques docteurs de l'Eglise suivent cette opinion, à quelque chose près. Car saint Augustin, dans son commentaire sur la Genèse *ad litteram*, semble dire ou laisser comme un point douteux, si les démons sont des animaux aériens, parce qu'ils vivent comme les corps aériens. C'est pourquoi la mort ne peut rien sur eux, parce que ce qui prévaut en eux est cet élément qui est tout aussi bien fait pour composer et entretenir la vie, qu'il est susceptible de décomposition, c'est-à-dire l'air. Il le répète en plusieurs autres endroits. Saint Denis semble admettre dans les démons tout ce qui appartient à l'ame sensible. Car il dit au quatrième chap. des Noms divins, que le mal est dans les démons, une fureur aveugle, une concupiscence frénétique et une audace infernale. Or, il est clair que l'impudence, la concupiscence et la colère ou la fureur sont de l'ame sensitive. Quant au lieu qu'ils habitent, quelques saints docteurs s'accordent avec les Platoniciens, en disant que les démons n'ont pas été des anges célestes et surcélestes, comme le dit saint Augustin dans le troisième livre de son commentaire sur la Genèse *ad litteram*. Le pape Damase dit dans son livre que « les démons appartenoient à l'ordre de ces vertus angéliques, qui présidoient à l'ordre terrestre. » L'Apôtre, au sixième chapitre de son Eptre aux Ephésiens, appelle le diable « le prince de la puissance de l'air. »

Mais il se présente ici une considération digne de remarque. Puisque la nature est donnée à chaque espèce de créatures, dans

esse genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aerea, tempore æterna. » Et sicut ipse dicit, subjecta est inens dæmonum passionibus libidinum, formidinum, irarum, atque hujusmodi cæteris. Sic ergo dæmones etiam loco discernuntur à diis, quos angelos dicimus, aerea loca dæmonibus attribuentes, ætherea vero angelis sive diis. Hanc autem positionem quantum ad aliquid, aliqui Ecclesiæ doctores sequuntur. Augustinus enim, III. *Super Gen. ad litt.*, videtur dicere, vel sub dubio relinquere, quod dæmones aerea sunt animalia, quoniam corporum aereorum natura vigent. Et propterea a morte non dissolvuntur, quia prævalet in eis elementum quod tam ad faciendum quam ad patiendum est aptum, scilicet aer. Et hoc idem pluribus aliis dicit. Sed et Dionysius videtur in dæmonibus ponere ea quæ ad

sensibilem animam pertinent. Dicit enim cap. IV. *De div. Nom.*, quod « est in dæmonibus malum, furor irrationabilis, dæmens concupiscentia et phantasia proterva. » Manifestum est autem phantasiam et concupiscentiam et iram sive furem non ad intellectum, sed ad sensitivæ partem animæ pertinere. Sed et quantum ad locum quidam cum eis consenserunt putantes dæmones non cælestes vel supercælestes angelos fuisse, ut Augustinus narrat in III. *Super Genes. ad litt.* Sed et Damascenus in suo libro dæmones dicit ex his angelicis virtutibus fuisse, qui terrestri ordini præerant. Sed et Apostolus ad *Ephes.*, VI, nominat diabolum principem potestatis aeris hujus.

Sed occurrit hic aliud consideratione dignum. Cum enim unicuique speciei sit attributa natura secundum convenientiam

L'ordre qui convient à sa forme, il ne paroît pas impossible qu'il y ait dans toute une espèce, une inclination naturelle à ce qui est le mal de cette espèce, d'après la raison de sa propre forme. Comme, par exemple, tous les hommes n'ont pas une inclination naturelle à une excessive colère ou à une concupiscence effrénée, de même il n'est pas possible que tous les démons aient une inclination naturelle à la fourberie et à tous les autres maux, quand même ils seroient tous de la même espèce; à plus forte raison s'ils étoient tous d'espèces différentes. Et quand même ils auroient des corps, rien n'empêche, il semble, qu'une seule espèce ait plusieurs individus, car leur diversité pourra être établie d'après la diversité de la matière. On est donc obligé de dire qu'ils ne furent pas tous par nature et toujours mauvais, mais quelques-uns d'entre eux commencèrent à le devenir par leur libre volonté, en s'abandonnant à leurs passions. C'est ce qui fait dire à saint Denis que l'éloignement de Dieu est comme une espèce d'aveuglement d'esprit, qui a fait le malheur des démons, parce que leur orgueil les éleva trop haut. Et ensuite il ajoute quelque chose touchant leur peine, comme l'impossibilité où ils sont d'atteindre leur fin, leur imperfection, par suite du défaut de leur légitime perfection, leur impuissance à obtenir ce qu'ils désirent, et la foiblesse de leur vertu pour conserver en eux l'ordre naturel, qui les éloigne du mal. Saint Augustin dit, troisième chap. de la Genèse *ad litteram*, que les anges prévaricateurs étoient, avant leur chute, dans la partie supérieure de l'air, près du ciel, avec leur chef, alors un archange et maintenant le diable. Le pape Damase écrit dans son second livre : « Il n'a pas été fait mauvais par nature, mais bon et comme tel, dans le bien, libre dans l'usage de sa volonté. C'est encore ce qu'Origène, dans le premier livre du Périarchon, et saint Augustin,

sue formæ, non videtur esse possibile, quod in tota aliqua specie sit naturalis inclinatio ad id quod est malum illius speciei secundum rationem propriæ formæ. Sicut non omnibus hominibus inest naturalis inclinatio ad immoderantiam concupiscentiæ sive iræ. Sic igitur non est possibile omnes dæmones habere naturalem inclinationem ad fallaciam et ad alia mala, etiam si omnes essent unius speciei; multo ergo minus si singuli essent in singulis speciebus, et quamvis si sint corporei, nihil impedire videatur plures sub una specie contineri, poterit enim secundum diversitatem materiæ diversitas individuorum unius speciei contineri. Oportebit igitur dicere, quod non omnes natura, nec semper fuerunt mali; sed aliqui eorum mali esse incœperint proprio arbitrio, passionum inclinationem sequentes. Unde Dionysius

dicit quod aversio scilicet a Deo, est ipsis dæmonibus malum et quasi mentium excessus, quia per superbiam ultra seipsos sunt elati. Et postea subdit quædam ad pœnam pertinentia, sicut non consecutio finis ultimi, et imperfectio per carentiam debitæ perfectionis, et impotentia consequendi quod naturaliter desiderant, et infirmitas virtutis conservantis naturalem in eis ordinem revocantem a malo. Augustinus etiam dicit in III. *Sup. Gen. ad litt.*, quod « transgressores angeli ante transgressionem suam fuerunt in superiori parte aeris propinqua cœlo cum principe suo nunc diabolo tunc archangele, » indistincte exprimens per transgressionem quamdam eos esse malos factos. Sed et Damascenus dicit in secundo libro quod diabolus non natura malus factus est sed bonus existens, et in bono genitus liberi sui arbitrii elec-

dans le second de la Cité de Dieu, appuient par des textes de l'Écriture sainte, en appliquant au diable ce que dit Isate au quatorzième chap. de sa prophétie, sous le nom du roi de Babylone : « Toi qui te levois le matin, Lucifer, comment es-tu tombé du ciel? » Et Ezéchiel, au vingt-huitième chap. dans celle du roi de Tyr : « Vous étiez le sceau de la ressemblance de Dieu, rempli de sagesse et parfait en beauté, dans les délices du paradis. » Il ajoute ensuite, « parfait dans vos voies, depuis le jour de votre création jusqu'à ce que l'iniquité a été trouvée en vous. » Saint Augustin a vu dans ces paroles ce qui est écrit au huitième chap. de saint Jean : « Il étoit homicide dès le commencement, et il ne s'est point tenu dans la vérité; » et encore ce qu'on lit dans l'Épître canonique de saint Jean, que « le diable pêche depuis le commencement, » rapportant ceci au jour où il a commencé à pécher, ou au commencement de la création de l'homme, où il tua spirituellement l'homme qu'il avoit trompé.

L'opinion des Platoniciens qui disent que parmi les démons, les uns sont bons et les autres mauvais, comme s'ils avoient été faits bons ou mauvais par leur libre arbitre, semble s'accorder avec cette idée. Plotin, allant plus loin, a dit que « les âmes des hommes étoient des démons, et que les hommes devenoient des dieux lares, s'ils étoient bons, et les méchants larves ou fantômes, et dieux mânes, s'il n'est pas bien prouvé qu'ils aient été bons ou mauvais, comme le dit saint Augustin au chap. IX de la Cité de Dieu. Ce saint docteur s'accorde en ceci avec l'opinion des saints que nous avons cités, qui affirment que quelques démons sont bons ou mauvais, d'après leurs bonnes ou leurs mauvaises œuvres, quoiqu'il ne soit pas dans nos habitudes d'appeler démons les esprits bons, que nous nommons les anges. Mais quant à ce qu'il dit que les âmes des morts deviennent

tione versutus. Hoc insuper et Origenes in I. *Periarchon*, et Augustinus in II. *de Civ. Dei*, auctoritatibus sacræ Scripturæ confirmant, inducentes id quod habetur *Is.*, XIV, dictum diabolo sub similitudine regis Babylonis : « Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris? » Et *Ezech.*, XXVIII, ad eum dicitur in persona regis Tyrini : « Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti; » et postea subditur : « Perfectus in viis tuis, a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te. » Voluit Augustinus in his verbis dici id quod dicitur *Joan.*, VIII : « Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit, » et etiam id quod in canonica Joannis dicitur, quod « diabolus ab initio peccat, » referens hoc ad initium quo incipit peccare vel ad initium conditionis

humanæ, quo deceptum hominem spiritualiter occidit.

Huic autem sententiæ consonare videtur Platoniorum opinio, qui dæmonum quosdam bonos, quosdam malos dicunt, quasi eos proprio arbitrio bonos vel malos factos. Unde et Plotinus ulterius procedens dixit, « animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri Lares si meriti boni sunt, Lemures autem mali, seu Larvas. Manes autem Deos dicit, si incertum est bonorum eos seu malorum esse meritum, » sicut Augustinus introducit IX. *De Civ. Dei*. Qui quidem quantum ad hoc præmissæ sanctorum assertioni concordat, quod pro meritis bonis vel malis aliquos dæmones bonos vel malos esse asserunt, quamvis non sit nostræ consuetudinis, quod bonos spiritus dæmones, sed angelorum nomine nominemus. Quantum vero

des démons, cette proposition est erronée. Ce qui fait dire à saint Chrysostôme, dans l'explication qu'il fait du chap. VIII de saint Matthieu, que deux hommes possédés du démon sortoient des tombeaux, « par ces paroles, dit-il, qu'ajoute saint Matthieu, ils sortoient des tombeaux, ces méchants esprits vouloient jeter dans les ames cette fatale erreur, que les ames des morts devenoient des démons. » Aussi plusieurs Aruspices tuent les enfants pour avoir leurs ames au nombre de leurs coopérateurs. C'est pourquoi les Démoniaques s'écrient : Je suis l'ame d'un tel. Ce n'est point l'ame du mort qui crie, mais c'est le démon, afin de tromper ceux qui l'écoutent. Car si l'ame pouvoit entrer dans le corps d'un autre, à plus forte raison dans le sien. Et elle n'a aucune raison, après avoir souffert de mauvais traitements, de coopérer à celui qui veut lui en faire subir de nouveaux ; un homme ne peut non plus changer une vertu incorporelle en une autre substance, c'est-à-dire une ame en la substance d'un démon. Et personne ne peut, par aucune espèce de pouvoir magique, faire avec le corps d'un homme le corps d'un âne. Il n'est pas raisonnable, en effet, de faire errer ici-bas l'ame séparée de son corps ; car les ames des justes sont dans la main de Dieu. Aussi les ames des méchants, car elles ne sont pas mauvaises par elles-mêmes, ni celles des pécheurs ne sont entraînées de suite par la justice de Dieu. Ceci est prouvé par l'exemple de Lazare et du mauvais riche.

Il ne faut pas croire pourtant que Plotin se soit beaucoup éloigné en ceci de l'opinion des Platoniciens qui prétendoient que les démons étoient des corps aériens, et que les ames des hommes étoient changées en démons après la mort ; car les ames mêmes des hommes, d'après ces philosophes, outre les corps mortels, ont des corps éthérés

ad hoc quod dixit, animas hominum mortuorum fieri dæmones, est erronea positio. Unde Chrysostomus dicit exponens id quod habetur *Matth.*, VIII, quod duo habentes dæmonia, exeuntes de monumentis, « per hoc, inquit, quod subditur, de monumentis exeuntes, perniciosum dogma imponere volebant, quod animæ morientium dæmones fiant. » Unde et multi aruspicum occidunt pueros, ut animam eorum cooperantem habeant. Propter quod et dæmoniaci clamant quoniam anima illius ego sum. Non est autem anima defuncti quæ clamat, sed dæmon hoc fingit, ut decipiat audientes. Si enim in alterius corpus animam mortui possibile esset intrare, multo magis in corpus suum. Sed neque habet rationem iniqua passam animam cooperari iniqua sibi facienti, vel hominè posse virtutem incorpoream in

aliam transmutare substantiam, scilicet animam in substantiam dæmonis. Neque enim in corporibus hoc machinari quis potest, ut in hominis corpus faciat asini corpus. Neque enim rationabile est animam a corpore separatam hic jam oberare. Justorum enim animæ in manu Dei sunt. Unde et quæ pravorum, neque enim malæ sunt, sed et quæ peccatorum sunt, confestim hinc abducuntur. Et hoc manifestum est ex Lazaro et divite.

Nec tamen putandum est Plotinum in hoc a Platoniorum opinione deviasse, ponentium dæmones esse aerea corpora animasque hominum post mortem fieri existimabant, quia etiam animæ hominum secundum Platoniorum opinionem præter ista corpora corruptibilia habent quædam ætherea corpora, quibus semper etiam post sensibilibus corporum dissolutionem

par lesquels elles s'unissent à des corps immortels, après la dissolution des corps mortels. C'est ce qui a fait dire à Proculus dans le livre des Divines coélémentations : « Toute ame qui tient à un corps s'unit avec un premier corps éternel et ayant une nature non engendrée et incorruptible. » Et ainsi, d'après eux, les ames séparées des corps ne cessent pas d'être des animaux aériens. Mais d'après l'opinion des autres saints, les démons que nous appelons mauvais, non-seulement étoient de l'ordre inférieur des anges, mais encore des plus hauts rangs, que nous avons dit déjà être immatériels et sans corps, tellement qu'il y en a un entr'eux qui fut le premier et le plus élevé de tous. Aussi saint Grégoire, dans une Homélie, expliquant ce passage du vingt-huitième chap. d'Ezéchiel, « toutes sortes de pierres précieuses ornent ton vêtement, » dit que « le prince des mauvais anges étoit bien plus beau que tous les autres anges. » Il semble s'accorder en ceci avec ceux qui disoient qu'il y avoit des dieux bons et mauvais, c'est-à-dire des anges, qu'il appelle du nom de Dieu. Comme il est dit au quatrième chap. de saint Jean : « Ceux qui le servent ne sont pas purs, il voit des taches dans ses anges. » Mais ceci renferme un grand nombre de difficultés. Car il n'y a dans une substance immatérielle et purement intellectuelle que des tendances spirituelles, qui sont toujours vers le bien, comme le dit Aristote dans le douzième livre de sa Métaphysique. Or, on ne devient pas mauvais par cela seul que l'intellect tend à ce qui est bon naturellement, mais à ce qui est relativement bon, comme s'il étoit bon essentiellement. Il ne paroît donc pas possible qu'une substance incorporelle et intellectuelle devienne mauvaise par son propre instinct. De plus, il n'y a point de tendance, si ce n'est au bien, ou au moins à un bien apparent, vers lequel tout aspire. Or, on n'est point mauvais pour désirer un bien

quasi incorruptibilibus ununtur. Unde Proculus dixit in lib. *Divin. coelement.* : « Omnis anima participabilis corpore, utitur primo perpetuo et habente hypostasim ingenerabilem et incorruptibilem. » Et sic animæ a corporibus separatæ secundum eos aerea animalia esse non desinunt. Sed secundum aliorum sanctorum sententiam, dæmones quos malos esse dicimus, non solum fuerunt de inferiori angelorum ordine, sed etiam de superioribus ordinibus, quos incorporeos et immateriales esse ostendimus, ita quod inter eos unus est qui summus omnium fuit. Unde Gregorius in quadam homilia, exponens illud *Ezech.*, XXVIII : « Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, » dicit quod « princeps malorum angelorum in aliorum angelorum comparatione cæteris clarior fuit. » Et in hoc consentire videtur illis, qui Deorum

quosdam honos, quosdam malos esse asserunt, secundum quod Dii angeli nominantur. Unde et *Joan.*, IV dicitur : « Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles et in angelis suis reperit pravitatem. Sed hoc multas difficultates habet : in substantia enim incorporea et intellectuali nullus appetitus esse videtur nisi intellectivus, qui quidem est simpliciter boni, ut per Philosophum patet in XII. *Metaph.* Nullus autem efficitur malus, ex hoc quod ejus intellectus simpliciter tendit in hoc quod est simpliciter bonum, sed ex hoc quod tendit in aliquid quod est secundum quid bonum, ac si esset simpliciter bonum. Non ergo videtur esse possibile, quod proprio appetitu aliqua incorporea et intellectualis substantia mala efficiatur. Rursus appetitus esse non potest, nisi boni vel apparentis boni : bonum enim est quod omnia

véritable. Il faut donc que tout être qui devient mauvais par son propre instinct, aspire vers un bien apparent, comme s'il étoit le bien véritable. Cela ne peut arriver que par une erreur de jugement; ce qui est impossible dans une substance incorporelle et intellectuelle qui n'est pas sujette à l'erreur, comme il est évident. De même de nous; car il ne peut y avoir erreur dans ce que nous saisissons parfaitement. C'est ce que prouve saint Augustin dans son *Traité des quatre-vingt trois questions*, en disant, « qu'on ne comprend pas ce qui fait le sujet de nos erreurs. » Aussi ne pouvons-nous point en commettre vis-à-vis de ce que notre intellect saisit parfaitement, comme, par exemple, à l'égard des premiers principes. Il paroît donc impossible qu'une substance incorporelle et intellectuelle devienne mauvaise par son propre instinct.

En outre, il faut que, dans une substance de nature intellectuelle et séparée de toute matière, toute opération soit indépendante du temps. Car la puissance de quelque chose que ce soit se connoît par ses œuvres, et les œuvres par leur objet. Or l'intelligible, en tant qu'intelligible, n'est ni ici, ni ailleurs, ni un par le nombre; mais de même qu'il fait abstraction de tout espace, de même de toute succession de temps. Une opération intellectuelle, considérée en elle-même, doit donc être séparée de toute dimension matérielle, comme elle doit dépasser toute succession de temps. Et si une opération intellectuelle est ordinaire ou ne dure qu'un temps, cela n'arrive que par accident; comme il en est de nous, lorsque notre intellect se forme des idées vraies, des imaginations qui les lui représentent. Il s'ensuit donc que l'opération de cette substance, et par conséquent la substance

appetunt. Ex hoc autem quod aliquis verum bonum appetit, non efficitur malus. Oportet igitur in omni eo qui per proprium appetitus malus efficitur, quod appetat apparens bonum tanquam vere bonum. Hoc autem non potest esse nisi in suo iudicio fallatur: quod non videtur posse contingere in substantia incorporea intellectuali, quæ falsæ apprehensionis capax, ut videtur, esse non potest. Nam et in nobis quando intelligimus vere aliquid, falsitas esse non potest. Unde Augustinus dicit in libro LXXXIII. *Quæst.*, quod « omnis qui fallitur, id in quo fallitur non intelligit. » Unde et circa ea quæ proprie intellectu capimus, sicut circa prima principia nullus decipi potest. Impossibile igitur videtur, quod aliqua incorporea et intellectualis substantia per proprium appetitum mala fiat.

Adhuc in substantia quæ est intellectualis naturæ a corpore separata necesse est quod

sit operatio a tempore absoluta. Potentia enim uniuscujusque rei ex ejus operatione deprehenditur; operatio vero recognoscitur ex objecto. Intelligibile autem, in quantum hujusmodi, neque est hic neque unum numero, sed abstractum sicut a loci dimensionibus, ita et a temporum successione. Ipsa igitur intellectualis operatio si per se consideretur, oportet quod sicut est abstracta ab omni corporali dimensione, ita etiam excedat omnem successione temporalem. Et si alicui intellectuali operationis continuum vel tempus adjungatur, hoc non est nisi per accidens, sicut in nobis accidit in quantum intellectus noster a phantasmatibus abstrahit intelligibiles species quas etiam in eis considerat. Quod in substantia incorporea et intellectuali locum habere non potest. Relinquitur igitur quod hujusmodi substantiæ operatio et per consequens substantia omnino sit extra omnem temporalem successione.

elle-même, est en dehors de toute succession de temps. C'est ce qui a fait dire à Proclus que toute intelligence pure a sa substance, sa puissance et son action, dans l'éternité. Et on lit dans le livre des Causes que « l'intelligence est assimilée à l'éternité. Donc tout ce qui appartient à ces substances incorporelles et intellectuelles, leur appartient toujours et sans succession de temps.

passibilis sensus et intellectus per hoc quod sensus corrumpitur ab excellenti sensibili, non autem intellectus ab excellenti intelligibili. Et hujus causam assignat ex supra probatis, quia sensitivum non est sine corpore, sed intellectus est separatus. Hoc autem ultimum verbum maxime assumunt ad sui erroris fulcimentum, volentes per hoc dicere, quod intellectus neque sit anima, neque pars animæ, sed quædam substantia separata, sed cito obliviscuntur ejus quod paulo supra Aristoteles dixit. Sicut enim hic dicitur quod sensitivum non est sine corpore, et intellectus est separatus, sicut supra dixit, quod intellectus fieret qualis, aut calidus, aut frigidus, si aliquod organum erit ei, sicut sensitivo. Ea igitur ratione hic dicit, quod sensitivum non est sine corpore, intellectus autem est separatus, quia sensus habet organum, non autem intellectus. Manifes-

tissime igitur apparet absque omni dubitatione ex verbis Aristotelis hanc fuisse ejus sententiam de intellectu possibili, quod intellectus sit aliquid animæ, quod est actus corporis, ita tamen quod intellectus animæ non habeat aliquod organum corporale, sicut habent cæteræ potentia animæ. Quomodo autem hoc esse possit, quod anima sit forma corporis, et aliqua virtus animæ non sit corporis virtus, non difficile est intelligere, si quis etiam in aliis rebus consideret. Videmus enim in multis, quod aliqua forma est actus corporis ex elementis commixti, et tamen habet aliquam virtutem, quæ non est virtus alicujus elementi, sed competit tali formæ ex alio principio, puta, corpore cælesti, sicut quod magnes habet virtutem attrahendi ferrum, et jaspis restringendi sanguinem, et paulatim videmus quod formæ quæ sunt nobiliores, habent aliquas vir-

quoi la dernière des formes, qui est l'ame humaine, a une puissance supérieure en tout à la matière du corps, c'est-à-dire à l'intellect. Ainsi donc, bien que l'intellect soit séparé, puisqu'il n'est pas une puissance du corps, mais de l'ame, l'ame est néanmoins un acte du corps. Et nous ne disons pas que l'ame, qui renferme l'intellect, surpasse tellement la matière, ne soit pas dans le corps, mais que l'intellect, qu'Aristote appelle une puissance de l'ame, n'est pas un acte du corps; et l'ame n'est point un acte du corps par l'intermédiaire de ses facultés, mais elle est par elle-même un acte du corps, qui le spécifie, tandis que quelques-unes de ses puissances sont des actes de quelques parties du corps, qui leur donnent leur aptitude pour certaines fonctions. Ainsi donc, la puissance, qui est l'intellect, n'est l'acte d'aucunes parties du corps, parce qu'il n'accomplit pas ses fonctions au moyen d'un organe corporel.

De peur qu'on puisse croire que nous interprétons à notre sens les paroles d'Aristote, il faut les citer. Il demande, en effet, dans le second livre de sa Physique, jusqu'à quel point il faut connoître la forme et ce qu'elle est; car il ne permet pas au physicien de considérer toute espèce de forme; et ensuite il résout ainsi la question: « De même que le médecin considère sans cesse les nerfs, et le forgeron le fer, c'est-à-dire jusqu'à ce qu'il en ait fait ce qu'il se propose; » et il montre à quel dessein, en ces termes: « Tout est la cause de cette fin, » comme s'il disoit: Le médecin consulte le pouls, en tant qu'il a trait à la santé, et le forgeron considère le fer à cause de l'œuvre qu'il en veut faire. Et parce que le physicien considère la forme en tant qu'elle est dans la matière, car elle est la forme d'un corps sujet à changement; de même le naturaliste considère la forme en tant

tutes magis ac magis supergredientes materiam. Unde ultima formarum, quæ est anima humana, habet virtutem totaliter supergredientem materiam corporalem, scilicet intellectum. Sic ergo intellectus separatus est, quia non est virtus in corpore, sed est virtus in anima, anima autem est actus corporis. Nec dicimus quod anima in qua est intellectus, sic excedat materiam corporalem, quod non habeat esse in corpore, sed quod intellectus quem Aristoteles dicit potentiam animæ, non est actus corporis. Neque enim anima est actus corporis mediantibus suis potentis, sed anima per se ipsam est actus corporis dans esse corpori specificum; aliquæ autem potentie ejus sunt actus partium quarumdam corporis perficientes ipsas, ad aliquas operationes. Sic ergo potentia, quæ est intellectus, nullius partium corporis actus est, quia ejus operatio non fit per organum corporale.

Et ne alicui videatur, quod hoc ex nostro sensu dicamus præter Aristotelis intentionem, inducenda sunt verba Aristotelis expresse hoc dicentis. Quæritur enim in II. *Phys.*, usque ad quantum oporteat cognoscere speciem, et quod quid est; « non enim omnem formam considerare pertinet ad physicum, » et solvit subdens: « Aut quemadmodum medicus nervum, et faber æs usquequo, id est, usque ad aliquem terminum, » et usque ad quem terminum ostendit, subdens: « Cujus enim causa unumquodque; » quasi dicat, in tantum medicus considerat nervum, in quantum pertinet ad sanitatem, propter quam nervum medicus considerat, et similiter faber æs propter artificium; et quia physicus considerat formam in quantum est in materia, sic enim est forma corporis mobilis, similiter accipiendum est, quod naturalis in tantum considerat formam, in quantum

qu'elle est dans la matière : donc le terme de la considération du physicien, de la forme, est dans la forme, qui est dans la matière d'une certaine façon, et n'y est pas d'une autre. Car ces formes sont au dernier degré des formes séparées et immatérielles. Aussi il ajoute : « Il y a, à cet égard, une considération naturelle touchant les formes, qui sont séparées, à la vérité, mais qui sont des formes dans la matière. » Il dit quelles sont ces formes, par ces paroles : « L'homme et le soleil engendrent l'homme avec de la matière. » La forme de l'homme est donc dans la matière, et est séparée. Elle est en effet, dans la matière par l'être qu'elle donne au corps, et ainsi elle est la cause de la génération ; et séparée, dans la puissance qui est propre à l'homme, savoir l'intellect. Il n'est donc pas impossible qu'il y ait une forme dans la matière, et que sa vertu soit séparée, comme nous l'avons dit pour l'intellect.

On procède encore d'une autre manière pour prouver qu'Aristote ne pensoit point que l'intellect fût dans l'ame, ou qu'il fût une partie de l'ame, unie au corps comme forme. Car il dit en plusieurs endroits que l'intellect est éternel et incorruptible, comme, par exemple, dans son second livre du *Traité de l'ame*, où il dit, « que cela seulement est séparé comme l'éternel du corruptible ; » et dans le premier livre, où il dit, « que l'intellect paroît être une substance et qu'il ne subit point d'altération ; » et dans le troisième : « Cela seul est séparé, qui est véritablement, et cela seul est immortel et indestructible. » Bien que quelques auteurs n'entendent point ces paroles de l'intellect possible, mais de l'intellect actif, il est évident, d'après toutes ces preuves, qu'Aristote pensoit que l'intellect étoit quelque chose d'incorruptible. Or, il semble que rien d'incorruptible puisse être la forme d'un corps corruptible. Car il n'est pas accidentel à la forme, mais

est in materia ; terminus ergo considerationis physici de formis, est in formis quæ sunt in materia quodammodo et alio modo non est in materia. Istæ enim formæ sunt in confinio formarum separatarum et immaterialium, unde subdit : « Et circa hoc scilicet est consideratio naturalis de formis quæ sunt separatæ quidem, species autem in materia. » Quæ autem sint istæ formæ, ostendit, subdens : « Homo enim hominem generat ex materia, et sol. » Forma ergo hominis est in materia, et est separata. In materia quidem secundum esse quod dat corpori ; sic enim est causa generationis ; separata autem secundum virtutem, quæ est propria homini, scilicet secundum intellectum. Non est ergo impossibile, quod aliqua forma sit in materia, et virtus ejus sit separata, sicut expositum est de intellectu.

Adhuc autem alio modo procedunt ad ostendendum. quod sententia fuerit Aristotelis quod intellectus non sit in anima, vel pars animæ quæ unitur corpori, ut forma. Dicit enim Aristoteles in pluribus locis, intellectum esse perpetuum et incorruptibilem, sicut patet in II. *De anima*, ubi dixit : « Hoc solum contingere separati, sicut perpetuum a corruptibili ; » et in primo, ubi dixit, « quod intellectus videtur esse substantia quædam, et non corrumpi, » et in tertio, ubi dixit : « Separatus autem est solum hoc quod vere est, et hoc solum immortale et perpetuum est. » Quamvis hoc ultimum quidam non exponant de intellectu possibili, sed de intellectu agente. Ex quibus omnibus apparet, quod Aristoteles voluit intellectum esse aliquid incorruptibile. Videtur autem quod nihil incorruptibile possit esse forma corporis

il est en lui d'être dans la matière ; autrement il seroit, par accident, un composé de matière et de forme. Mais rien ne peut exister sans ce qui est en soi ; donc la forme d'un corps ne peut être dans le corps. Si donc le corps est corruptible, il s'ensuivroit que la forme du corps devroit être corruptible.

De plus, les formes séparées de la matière, et les formes qui sont dans la matière, ne sont pas les mêmes en espèce, comme il le prouve dans le septième livre de sa Métaphysique. A plus forte raison, une seule et même forme ne peut être à la fois sans le corps et dans le corps. Après la décomposition du corps, la forme du corps est détruite, ou elle passe à un autre corps. Si donc l'intellect est la forme du corps, il s'ensuit de toute nécessité que l'intellect est corruptible. Cette considération a fait impression sur l'esprit de plusieurs. Car saint Grégoire de Nysse veut qu'Aristote pensât que l'ame est corruptible, parce qu'il disoit qu'elle étoit la forme du corps. Quelques autres, au contraire, ont pensé qu'elle passoit d'un corps à un autre ; d'autres qu'elle avoit un corps corruptible duquel elle ne devoit jamais être séparée. C'est pourquoi il nous faut prouver, par les paroles d'Aristote, qu'il pensoit que l'ame intellectuelle étoit la forme du corps, et pourtant incorruptible. Car, après avoir démontré dans le onzième livre de sa Métaphysique, que les formes ne sont pas antérieures à la matière, parce que quand un homme a recouvré la santé, il y a la santé en lui, et la forme d'une boule d'airain est avec la forme de l'airain : il demande, en conséquence, si une forme reste après la matière, et il parle ainsi dans le sens de Boëce. Il faut donc examiner si quelque chose reste après la matière. Car rien n'empêche qu'il en soit ainsi dans certains cas, par exemple l'ame, non tout entière, mais quant à l'in-

corruptibilis. Non enim est accidentale formæ, sed per se ei convenit esse in materia, alioquin ex materia et forma fieret unum per accidens. Nihil autem potest esse sine eo, quod inest ei per se, ergo forma corporis non potest esse sine corpore. Si ergo corpus sit corruptibile, necesse sequetur formam corporis corruptibilem esse.

Præterea, formæ separata a materia, et formæ quæ sunt in materia, non sunt eadem specie, ut probatur in VII. *Metaph.* Multo ergo minus una et eadem forma numero potest nunc esse sine corpore, et esse nunc in corpore. Destructo ergo corpore, vel destruitur forma corporis, vel transit ad aliud corpus. Si ergo intellectus est forma corporis, videtur ex necessitate sequi quod intellectus sit corruptibilis. Est autem sciendum quod ratio hæc plurimos movit. Nam Gregorius Nyssenus imponit Aristoteli e contrario, quod quia ponit

animam esse formam corporis, quod posuerit eam esse corruptibilem. Quidam vero posuerunt propter hoc animam transire de corpore in corpus. Quidam etiam posuerunt, quod anima haberet corpus quoddam incorruptibile, a quo nunquam separaretur. Et ideo ostendendum est per verba Aristotelis, quod sic posuit intellectivam animam esse formam corporis, quod tamen posuit eam incorruptibilem. In XI. enim *Metaph.*, postquam ostenderat quod formæ non sunt ante materias, quia quando sanatur homo, tunc est sanitas, et figura æneæ spheræ simul est cum figura æneæ, consequenter inquiri, utrum aliqua forma remaneat post materiam, et dicit sic, secundum intellectum Boetii. Si vero aliquid posterius remaneat scilicet præter materiam; considerandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, ut si anima hujusmodi est, non omnis, sed intellectus om-

tellect ; car il est impossible, peut-être, qu'il en soit ainsi de toutes ses parties. Il est donc clair qu'il dit de l'ame qui est la forme, pour la partie intellectuelle, que rien n'empêche qu'elle survive au corps, et pourtant qu'elle n'a pas été avant lui. Car, quand même il auroit dit, en sens absolu, que les causes motrices existoient avant, tandis qu'il n'en est point ainsi pour les causes formelles, il n'a pas fait cette question, savoir, si quelque forme a précédé la matière, mais si la forme survivoit à la matière : et il répond que rien ne rend la chose impossible pour la forme qui est l'ame, quant à la partie intellectuelle. Puisque donc, d'après les paroles précédentes d'Aristote, cette forme, qui est l'ame, survit au corps, non pour le tout, mais quant à l'intellect, il reste à examiner pourquoi la partie intellectuelle, plutôt que les autres parties et que les autres formes, survivent à leurs matières. Il faut donc tirer la raison de tout ceci, des paroles mêmes d'Aristote.

Il dit, en effet, dans son troisième livre de l'Ame : « Cela seulement est séparé, qui existe véritablement, et cela seul est immortel et durable. Il semble donc donner cette raison, qu'une substance est séparée, parce qu'elle est immortelle et impérissable. Mais il y a doute pour savoir de quel intellect il veut parler, quelques-uns l'entendant de l'intellect possible, d'autres de l'intellect actif, ce qui est également faux, si on considère attentivement les paroles d'Aristote. Car il avoit dit que l'un et l'autre étoient une substance séparée. Il faut donc qu'on l'entende de toute la partie intellectuelle, qui est séparée, parce qu'elle n'a pas d'organe propre, comme on le voit dans Aristote. Car il avoit dit dans son premier livre du Traité de l'Ame : « Si quelqu'une des opérations de l'ame ou de ses passions lui est propre, elle est toujours séparée ; mais si elle ne lui appartient pas, elle n'est

nium enim impossibile est fortasse. Patet ergo quod animam, quæ est forma quantum ad intellectivam partem, dicit nihil prohibere remanere post corpus, et tamen ante corpus non fuisse. Cum enim absolute dixisset, quod causæ moventes sunt ante, non autem causæ formales, non quæsit, utrum aliqua forma esset ante materiam, sed utrum aliqua forma remaneret post materiam ; et dicit hoc nihil prohibere de forma, quæ est anima quantum ad intellectivam partem. Cum igitur secundum præmissa Aristotelis verba, hæc forma quæ est anima, post corpus remaneat, non tota, sed intellectus, considerandum restat, quare magis anima secundum partem intellectivam post corpus remaneat, quam secundum alias partes, et quam aliæ formæ post suas materias ; cujus quidem rationem ex ipsis Aristotelis verbis assumere oportet.

Dicit enim in III. *De anima* : « Separatum autem est solum hoc quod vere est, et hoc solum immortale et perpetuum est. » Hanc igitur rationem assignare videtur, quia hoc solum immortale et perpetuum esse videtur, hoc solum est separatum. Sed de quo intellectu hic loquatur, dubium esse potest, quibusdam dicentibus quod loquitur de intellectu possibili ; quibusdam, quod de agente, quorum utrumque apparet esse falsum, si diligenter verba Aristotelis considerentur. Nam de utroque dixerat Aristoteles ipsum separatum. Restat igitur quod intelligatur de tota intellectiva parte, quæ quidem separata dicitur, quia non est ei aliquod organum, sicut ex verbis Aristotelis patet. Dixerat autem Aristoteles in I. *De anima*, quod « si est aliquid animæ operum aut passionum proprium ipsius, contingit utique ipsam separari ; si vero nullum est proprium ipsius, non utique

point séparable, et la raison est celle-ci. » Chaque être agit en tant qu'il existe, et ses actes sont conformes à son mode d'existence. Donc les formes qui n'agissent qu'en union avec leur matière, n'agissent point elles-mêmes, mais par leur composé, qui agit par la forme. En sorte que ces formes n'existent pas, à proprement parler, mais il y a quelque chose en elles qui est actif. Car, de même que la chaleur n'échauffe pas, mais le chaud, de même, à proprement parler, la chaleur n'existe pas par le calorique, mais le chaud existe par la chaleur. C'est pourquoi Aristote dit dans son dixième livre de la Métaphysique, « qu'il n'est point exact de dire des accidents qu'ils sont des êtres, mais plutôt qu'ils appartiennent à l'être. » Il en est de même des formes substantielles qui n'ont pas d'action hors de la communication avec la matière, excepté que le principe de cette forme est celui de la substance de l'être. Donc, une forme qui agit par une puissance ou une vertu qui lui est propre, en dehors de toute communication avec sa matière, a l'être; et elle n'existe point au moyen d'une essence composée, comme les autres formes, mais les qualités qui la composent ressortent de son essence. C'est pourquoi, si on dissout ce composé, on détruit sa forme qui n'existe que par cet ensemble. Mais pour que cette forme n'existe plus, il n'est pas nécessaire de détruire ce composé qui tient son existence par la forme, tandis qu'elle ne le tient pas de lui.

Mais si on vient à nous objecter qu'Aristote dit dans son premier livre de l'Âme que comprendre, aimer et haïr ne sont pas des passions de l'âme, mais d'un être qui les a reçues comme des dons ou qualités, et qui, après leur dépérissement, n'a ni mémoire, ni affection; car ils ne lui étoient pas propres, mais c'étoit un attribut commun,

erit separabilis, cujus quidem communis ratio talis est. » Quia enim unumquodque operatur in quantum est ens, eo modo unicuique competit operari, quo sibi convenit esse. Formæ igitur quæ nullam operationem habent sine conjunctione suæ materiæ, ipsæ non operantur, sed compositum est quod operatur per formam. Unde hujusmodi formæ ipsæ quidem proprie loquendo non sunt, sed eis aliquid est. Sicut enim calor non calefacit, sed calidum, ita etiam calor non est per calidum proprie loquendo, sed calidum est per calorem; propter quod Aristoteles dicit in X. *Metaph.*, quod « de accidentibus non vere dicitur, quod sunt entia, sed magis, quod sunt entis; » et similis ratio est de formis substantialibus, quæ nullam operationem habent absque communicatione materiæ, hoc excepto, quod hujus formæ est principium essendi substantialiter.

Forma igitur, quæ habet operationem secundum aliquam sui potentiam, vel virtutem absque communicatione suæ materiæ, ipsa est quæ habet esse; nec est per esse compositi tantum, sicut aliæ formæ, sed magis compositum est per esse ejus; ei ideo destructo composito destruitur illa forma quæ est per esse compositi. Non autem oportet quod destruat ad compositi destructionem illa forma, per cujus esse est compositum, et non ipsa per esse compositi.

Si quis autem contra hoc objiciat, quod Aristoteles dicit in I. *De anima*, quod intelligere, et amare, et odire, non sunt illius passionibus, id est, animæ, sed hujus habentis illud, secundum quod illud habet, quare et hoc corrupto, neque memoratur, neque amat; non enim illius erant, sed communis, ut dictum est, patet responsio per dictum Themistii, hoc exponentis,

comme on l'a dit ; on peut répondre par les paroles de Thémistius, traitant cette question. « Aristote, dit-il, a plutôt l'air de douter que d'affirmer. » Car il n'avoit pas encore combattu l'opinion de ceux qui soutenoient que l'intellect ne différoit en rien des sens : aussi dans tout ce chapitre il parle de l'intellect comme du sentiment.

Ceci est évident surtout dans le passage où il prouve que l'intellect est corruptible par l'exemple des sens qui ne sont pas détruits par la vieillesse. Aussi parle-t-il de l'un et de l'autre, sans condition et en forme de doute, confondant ensemble ce qui regarde l'intellect et ce qui regarde les sens, ce qui est surtout clair dans ce qu'il dit au commencement de sa réponse ; car si se réjouir, ou être dans la tristesse, ou comprendre, sont des mouvements, ou les *subit*. Mais si on persistoit à dire qu'Aristote parle ici d'une manière précise, il reste encore une réponse, parce que l'intellect est appelé un acte d'union, non en soi, mais par accident, en tant que son objet, qui est une image, est dans l'organe corporel, bien que cet acte ne soit pas produit par l'organe. Si on demande encore si l'intellect ne comprend pas sans image de l'objet conçu, nous répondrons, comment pourra-t-il avoir une opération intellectuelle, lorsque l'ame sera séparée du corps. Celui qui fait cette objection devoit savoir que le naturaliste ne peut pas en donner la solution. Aussi Aristote dit-il dans le second livre de son *Traité de Physique*, en parlant de l'ame : « C'est à la première philosophie de dire ce qu'est l'ame, et comment elle est séparable. »

Il faut donc croire que l'ame séparée aura un autre moyen de comprendre que dans son union avec le corps, c'est-à-dire un moyen comme celui de toutes les autres substances séparées. Aussi, ce n'est pas sans raison qu'Aristote demande, dans son troisième livre du

qui dicit : « Nunc dubitanti magis quam docenti assimilatur Aristoteles. » Nondum enim destruxerat opinionem dicentium non differre intellectum et seipsum : unde in toto illo capitulo loquitur de intellectu, sicut de sensu.

Quod patet præcipue ubi probat intellectum esse incorruptibilem per exemplum sensus, qui non corrumpitur ex senectute. Unde et per totum sub conditione et sub dubio loquitur sicut inquirens, semper conjungens ea que sunt intellectus his que sunt sensus, quod præcipue apparet ex eo quod in principio solutionis dicit. Si enim et quam maxime gaudere, aut dolere, aut intelligere motus sunt, et unumquodque moveri aliquid. Si quis autem pertinaciter dicere vellet, quod Aristoteles loquitur ibi determinando adhuc restat responsio, quia intelligere dicitur esse actus

conjuncti non per se, sed per accidens, in quantum scilicet ejus objectum, quod est phantasma, est in organo corporali, non quod iste actus per organum corporalem exerceatur. Si quis autem quærat ulterius, si intellectus sine phantasmate non intelligit, quomodo ergo habebit operationem intellectualem, postquam fuerit anima a corpore separata? Scire debet qui hæc objicit, quod istam quæstionem solve-re non pertinet ad naturalem. Unde Aristoteles in II. *Phys.*, dicit, de anima loquens : « Quomodo autem separabilis hæc se habeat, et quid sit, philosophiæ primæ opus est determinare. »

Æstimandum est enim quod alterum modum intelligendi habebit anima separata, quam habeat conjuncta, similem scilicet aliis substantiis separatis. Unde non sine causa Aristoteles quærit in III. *De*

Traité de l'Ame, « si l'intellect non séparé comprend par sa vertu quelque chose de séparé. » Par où il donne à entendre que l'intellect séparé peut comprendre ce qu'il ne peut pas non séparé. Il faut aussi remarquer que, plus haut, il appelle séparé l'intellect possible et l'intellect actif, et qu'ici il ne dit point qu'il soit séparé. Il est séparé, en effet, en tant qu'il n'est point un acte organique et non séparé, comme partie ou puissance de l'ame, qui est un acte du corps, comme on l'a déjà dit. Ces questions sont toutes résolues dans les écrits d'Aristote, sur les substances séparées, d'après ce qu'il dit au commencement du douzième Traité de Métaphysique, que nous avons vus au nombre de quatorze, quoiqu'ils n'aient point été traduits dans notre langue. D'après ceci, les objections n'ont plus de valeur. Car il est de l'essence de l'ame d'être unie à un corps : elle en est empêchée par accident, non de son côté, mais par le fait du corps qui tombe en dissolution; comme il est dans sa nature subtile d'être enlevée en haut, car c'est le propre des corps subtils d'être enlevés hors de terre, comme le dit Aristote dans son huitième livre de Physique. Mais il peut surgir quelque obstacle qui l'empêche de s'élever. De là la réponse à l'autre difficulté.

Car de même que ce qui a une nature subtile et ce qui est grossier et terrestre différent de nature, et que cependant ce qui a une nature propre à être élevée, bien qu'elle ne le soit pas toujours à cause de quelque obstacle, soit la même chose par le nombre et l'espèce, de même deux formes, dont l'une a une nature propre à être unie à un corps et que l'autre ne le peut pas, différent de nature. Cependant un être, un en nombre et en essence, peut être capable d'être uni à un corps, malgré qu'il arrive par le fait de quelque obstacle qui peut

anima, « utrum intellectus non separatus a magnitudine intelligat aliquid separatum. » Per quod dat intelligere, quod aliquid poterit intelligere separatus, quod non potest non separatus. In quibus etiam verbis valde notandum est, quod supra utrumque intellectum scilicet possibilem et agentem dixit separatum, hic tamen dicit eum non separatum. Est enim separatus, in quantum non est actus organi, non separatus vero in quantum pars, sive potentia animæ quæ est actus corporis, sicut supra dictum est. Hujusmodi autem quæstiones certissime colligi potest Aristotelem solvisse in his libris, quos patet eum scripsisse de substantiis separatis, ex his quæ dicit in principio, XII *Metaph.*, quos etiam libros vidimus numero decimo quarto, licet nondum translatos in lingua nostra. Secundum hoc igitur patet quod rationes in contrarium necessitatem non

habent. Essentialis est enim animæ quod corpori uniatur, sed hoc impeditur per accidens non ex parte sua, sed ex parte corporis quod corrumpitur, sicut per se competit levi esse sursum, et hoc est levi esse ut sit sursum, ut Aristoteles dicit in VIII. *Phys.* : « Contingit tamen propter aliquod impedimentum quod non sit sursum. » Ex hoc etiam patet solutio alterius rationis.

Sicut enim quod habet naturam ut sit sursum, et quod non habet naturam ut sit sursum, specie differunt, et tamen idem numero et specie est, quod habet naturam ut sit sursum, licet quandoque sit sursum, et quandoque non sit sursum propter aliquod impedimentum; ita differunt specie duæ formæ, quarum una habet naturam ut uniatur corpori, alia vero non. Sed tamen unum et idem numero et specie esse potest habens naturam ut uniatur corpori,

survenir, qu'il soit tantôt uni à un corps, et tantôt qu'il ne le soit pas. Ils s'appuient encore, pour autoriser leur erreur, sur ce que dit Aristote dans son *Traité de la Génération des animaux*, que « l'intellect seul vient du dehors, et qu'il est seul divin. » Mais jamais une forme, qui est un acte de la matière, ne lui vient du dehors, mais existe dans la puissance même de la matière. L'intellect n'est donc pas une forme du corps. Ils objectent encore que toute forme d'un corps mixte est produite par les éléments, en sorte que si l'intellect étoit la forme du corps humain, il ne seroit pas produit par une cause extérieure, mais par les éléments. Ils objectent encore qu'il suivroit de notre manière de voir que l'ame végétative et sensitive seroit à l'extérieur, ce qui est contraire à l'opinion d'Aristote, surtout si l'ame étoit composée d'une seule substance dont les puissances seroient sensitive, végétative et intellectuelle, puisque, d'après Aristote, elle est séparé du corps. Or ce que nous avons dit plus haut donne de suite la solution de ces difficultés.

Car, lorsqu'on dit que toutes les formes viennent de la puissance de la matière, il faut savoir qu'il y a deux manières dont la forme peut être tirée de la matière. Premièrement, la forme peut dépendre de la matière, quant à l'essence et à la formation de l'être, secondement; elle peut exister avant la forme. Si cela ne signifie rien autre chose, sinon que la matière a préexisté à la forme, il faut voir ce que c'est que tirer la forme de la puissance de la matière. Car si on veut dire seulement que la matière préexistoit en puissance pour la forme, on peut également dire que la matière corporelle préexiste en puissance pour l'ame intellectuelle; c'est pourquoi Aristote dit, dans son *Traité de la Génération des animaux*: « On doit croire que l'ame végétative est en puissance dans les semences et les fœtus qui ne sont pas encore

licet quandoque actu sit unitum, quandoque non actu unitum propter aliquod impedimentum. Adhuc autem ad sui erroris fulcimentum assumunt quod Aristoteles dicit in libro *De generat. animal.*, scilicet « intellectum solum deforis advenire, et divinum esse solum. » Nulla autem forma, quæ est actus materiæ, advenit materiæ deforis, sed educitur de potentia materiæ. Intellectus igitur non est forma corporis. Objiciunt etiam quod omnis forma corporis mixti causatur ex elementis: unde si intellectus esset forma corporis humani, non esset ab extrinseco, sed esset ab elementis causatus. Objiciunt ulterius contra hoc, quia sequeretur quod etiam vegetativum et sensitivum esset ab extrinseco, quod est contra Aristotelem, præcipue si esset una substantia animæ, cujus potentiæ essent vegetativum, et sensitivum, et intellecti-

vum, cum intellectus sit ab extrinseco secundum Aristotelem. Horum autem solutio in promptu apparet secundum præmissa. Cum enim dicitur, quod omnis forma educitur de potentia materiæ, educi de potentia materiæ est duobus modis. Primo modo formam dependere a materia secundum esse et operari; alio modo, præexistere formæ. Si enim hoc nihil aliud sit quam materiam præexistere, considerandum videtur quid sit formam de potentia materiæ educi. Si enim in hoc nihil aliud sit, quam materiam præexistere in potentia ad formam, nihil prohibet sic dicere materiam corporalem præexistere in potentia ad animam intellectivam, unde Aristoteles in libro *De generat. animal.*, dicit: « Animam igitur vegetabilem in seminibus et conceptibus, scilicet nondum separatis, laberi potentia statuendum est,

séparés, mais non en acte avant que les fœtus, qui sont déjà séparés, prennent de la nourriture et exercent les fonctions de l'ame. Car dans le commencement, toutes ces choses semblent exister de la vie de leur principe originel. » On peut raisonner de la même façon pour l'ame sensitive et pour l'ame intellectuelle. Car elles doivent exister en puissance avant d'être en acte, pour qu'elles ne soient jamais en puissance, par la raison qui fait qu'elles doivent être en acte. Nous avons, en effet, démontré que les autres formes qui n'ont aucune opération, en dehors de toute communication avec la matière, doivent être tellement en acte, qu'elles soient plutôt dans ce qui les compose et avec quoi elles coexistent, que dans une existence propre : de même que toute leur essence est dans leur réunion avec la matière, de même, dit-on, qu'elles viennent entièrement de la puissance de la matière. Mais l'ame intellectuelle, étant active sans l'intermédiaire des corps, n'a pas son existence seulement dans l'union avec la matière, ce qui fait qu'on ne peut pas dire qu'elle en est tirée, mais plutôt qu'elle tire son origine d'un principe extérieur, comme le démontrent ces paroles d'Aristote : « L'intellect vient d'un principe extérieur, et est purement divin. » Et voici la raison qu'il en donne : « Car, dit-il, rien de corporel ne se mêle à ses opérations. »

Ce qui m'étonne, c'est la source d'où l'on tire la seconde objection, savoir : « Que si l'ame intellectuelle étoit la forme d'un corps mixte, elle seroit produite par un mélange d'éléments, tandis qu'aucune ame n'a cette origine. » Car Aristote ajoute aussitôt après ces paroles : « Chaque vertu ou chaque puissance de l'ame, semble tenir d'un autre corps, mais plus divin que ceux que nous appelons les éléments ; » Or, la nature de ce corps est différente à raison de la noblesse ou du rang

non actu priusquam eo modo conceptus, qui jam separantur, cibum trahant, et officio ejus animæ fungantur. Principio enim hæc omnia vita stirpis vivere videntur. » De anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atque etiam de intellectuali. Omnes enim potentia prius haberi quam actu necesse est, ut nunquam secundum eam rationem sit in potentia, secundum quam rationem convenit sibi esse actu. Jam enim ostensum est, quod aliis formis quæ non habent operationem aliquam absque communicatione materiæ, convenit sic esse actu, ut magis ipsæ sint quibus composita sunt et quodammodo compositis coexistentes, qui ipsæ suum esse habeant ; unde sicut totum esse earum est in concretione ad materiam, ita totaliter educi dicuntur de potentia materiæ. Anima autem intellectiva cum habeat operationem sine corpore, non est esse suum solum in

concretione ad materiam, unde non potest dici quod educatur de materia, sed magis quod est a principio extrinseco, et hoc ex verbis Aristotelis apparet. « Relinquitur autem intellectum solum de foris advenire, et divinum esse solum, » et causam assignat dicens. « Nihil enim ipsius operationi communicat corporalis operatio. »

Miror autem unde secunda objectio processerit, scilicet quod « si intellectiva anima esset forma corporis mixti, causaretur ex commixtione elementorum, cum nulla anima ex commixtione elementorum causetur. » Dicit enim Aristoteles immediate post verba præmissa : « Sed enim omnis animæ, sive virtus, sive potentia, corpus aliud participare videtur, idque magis divinum quam ea quæ elementa appellantur ; » verum prout nobilitate, ignobilitate animæ inter se differunt, ita et natura ejus corporis differt. Inest enim in semine

de l'âme. Car il y a dans le principe des êtres quelque chose qui fait qu'il y a des principes secondaires, comme on dit la chaleur et non le feu, non qu'il y ait une telle propriété, mais un principe renfermé dans la semence et la vapeur séminale, et la nature qui est dans cet esprit est proportionnée à l'élément qui compose les astres. Loin donc que l'intellect ait son origine dans le mélange des éléments, l'âme végétative elle-même n'est pas leur production.

Quant à la troisième objection, par laquelle on veut établir que l'âme végétative et l'âme sensitive, viennent d'un principe extérieur, elle n'entre pas dans le but de la discussion. Car on a vu par les paroles d'Aristote, qu'il laisse la question indécise, savoir : « Si l'intellect diffère des autres parties de l'âme par son siège et son sujet, comme dit Platon, ou par la raison seulement. » Il n'y a pas d'inconvénient à soutenir qu'elles ont le même sujet, comme cela paroît plus vraisemblable. Car, Aristote dit dans son second livre du Traité de l'âme, « qu'elles sont à l'égard de l'âme, comme il en est des figures de géométrie. » Car dans toutes leurs conséquences qu'on en peut tirer, il y a une puissance qui existe avant elles, dans ces opérations et dans les êtres animés, comme dans le quarré on trouve le triangle et dans l'être sensitif, le végétatif. De même aussi, l'âme intellectuelle a le même sujet; question qu'il laisse toujours douteuse. Il faut dire aussi que l'âme végétative et l'âme sensitive sont dans l'intellective, comme le triangle et le carré sont dans le Pentagone. Le quarré diffère bien, à la vérité, du triangle, par sa nature, mais non du triangle qui est une puissance en lui-même, comme le quaternaire du ternaire, lequel est une partie de celui-là, mais du ternaire, qui existe en dehors de lui et s'il arrivoit que plusieurs figures fussent faites par différents agents, le triangle qui existe indépendamment du carré, auroit une

omnium quod facit, ut secunda sint semina, videlicet quod calor vocatur, idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus qui in semine spumosoque corpore continetur, et natura quæ in eo spiritu est proportione respondens elemento stellarum; ergo ex mixtione elementorum nedium intellectus, sed nec anima vegetativa producitur.

Quod vero tertio objicitur, quod sequeretur sensitivum et vegetativum esse ab extrinseco, non est ad propositum. Jam enim patet ex verbis Aristotelis, quod ipse hoc indeterminatum reliquit, utrum « intellectus differat ab aliis partibus animæ subjecto et loco, ut Plato dixit, vel ratione tantum. » Si vero detur quod sint idem subjecto, sicut verius est, nec ad hoc inconveniens sequitur. Dicit enim Aristoteles in II. *De anima*, quod « similiter se habent

ei, quod de figuris, et quæ secundum animam sunt. » Semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est in figuris et in animatis, ut in tetragono quidem trigonum est, in sensitivo autem vegetativum. Similiter autem idem subjecto est etiam intellectivum, quod ipse sub dubio reliquit. Similiter dicendum esset, quod vegetativum et sensitivum sunt in intellectivo ut trigonum et tetragonum in pentagono. Est autem tetragonum quidem a trigono simpliciter alia figura secundum speciem, non autem a trigono, quod est potentia in ipso, sicut nec quaternarius a ternario, qui est pars ipsius, sed a ternario qui est seorsum existens; et si contingeret diversas figuras a diversis agentibus produci, trigonum quidem seorsum a tetragono existens haberet aliam causam producentem quam tetragonum,

autre cause productrice que le carré, comme il a une autre forme; mais le triangle qui est dans le quarré, auroit la même cause productrice.

Ainsi donc, l'ame végétative, qui a une existence à part de celle de l'ame sensitive, est une autre espèce d'ame, et dépend d'une autre cause productrice : cependant l'âme sensitive et végétative ont le même principe, qui est renfermé dans l'ame sensitive. Il n'y a donc point d'inconvénient à soutenir que l'ame végétative et l'ame sensitive, qui sont dans l'ame intellectuelle, viennent d'une cause en dehors de l'ame, qui a donné naissance à l'intellective. Car on peut sans crainte de se tromper, attribuer à la puissance d'un agent supérieur, l'effet produit par un agent inférieur, et à plus forte raison. En sorte que, bien que l'ame intellectuelle vienne d'un agent extérieur, elle a cependant les qualités de l'ame végétative et de l'ame sensitive, qui sont produites par des agents inférieurs. Ainsi donc, après avoir pesé attentivement, presque toutes les paroles d'Aristote, sur l'intellect humain, on voit qu'il pensoit que l'ame humaine est un acte du corps et qu'une partie d'elle-même est l'intellect possible ou de puissance.

Maintenant il faut voir ce qu'en pensoient les autres Péripatéticiens et examiner ce que dit Thémistius dans son commentaire de l'ame. Il y a, dit-il, « une double distinction à faire de l'esprit humain, savoir : l'intellect de puissance et l'intellect actif. » Attaquant le premier corps à corps, il le dégage des ténèbres, le met en lumière et le fait voir en action, ensuite il forme en lui comme un espèce de casier, où viennent se ranger toutes les sciences et toutes les connoissances possibles. Car de même qu'une pierre non-taillée ou un métal non-travaillé, dont la première a en puissance une maison et l'autre une statue, ne peuvent être employés à la forme d'une maison ou d'une statue

sicut et habet aliam speciem: sed trigonum quod inest tetragono, haberet eandem causam producentem.

Sic igitur vegetativum quidem seorsum a sensitiva existens, alia species animæ est, et aliam causam productivam habet; eadem tamen causa productiva est sensitivi et vegetativi, quod inest sensitivo. Si ergo sic dicatur, quod vegetativum et sensitivum, quod inest intellectivo, est a causa extrinseca a qua est intellectivum, nullum inconveniens sequitur. Non enim inconveniens est effectum superioris agentis habere virtutem, quam habet effectus inferioris agentis, et adhuc amplius: unde etiam anima intellectiva, quamvis sit ab exteriori agente, habet tamen virtutes quas habent anima vegetativa et sensitiva, quæ sunt ab inferioribus agentibus. Sic igitur diligenter consideratis fere omnibus

verbis Aristotelis, quæ de intellectu humano dixit, apparet eum hujus fuisse sententiæ, quod anima humana sit actus corporis, et quod ejus pars, sive potentiæ sit intellectus possibilis.

Nunc autem considerare oportet quid alii Peripatetici de hoc ipso senserunt, et accipiamus primo verba Themistii in commento *De anima*, ubi sic dicit: « Duas ergo differentias esse humani animi necesse est, intellectum potentiæ et intellectum agentem; » hic priorem illum quasi adortus amplexusque primum quasi educit in lucem e tenebris, et in actu constituit; deinde habitum in eo quemdam afformat, in quo universales rerum notiones et scientiæ collocantur. Nam quemadmodum neque rude saxum, neque impolitum æs, quorum alterum domus potentia est, alterum statua, aut hoc accipere fornam

à moins que l'art de l'ouvrier ne façonne ces matériaux et ne les approprie à devenir une maison ou une statue, ainsi est-il nécessaire que l'intellect de puissance soit perfectionné par l'autre intellect, lequel, parce qu'il est parfait lui-même et toujours actif, ne peut s'associer à aucune puissance ni s'identifier avec elle, qu'il excite et qu'il exerce cette aptitude et cette facilité de l'intellect à comprendre, comme un art qu'il exerce, et lui donne la parfaite connoissance des choses. Et ici l'intellect séparé et impassible, reste pur de tout mélange.

Quant à l'intellect de puissance, bien qu'il ait la même dignité et la même vertu que l'intellect actif, étant cependant quelquefois plus uni et plus rapproché de l'ame humaine, perd quelque chose de sa noblesse, dans cette société avilissante. De même que lorsque l'approche d'une lumière frappe les yeux et les couleurs, son éclat illumine non-seulement la vue, mais encore les couleurs : de même quand l'intellect actif agit l'intellect de puissance, non-seulement il le met en mouvement, mais il faut que les choses conçues en puissance, il les conçoive en action ; et ce sont là les formes matérielles et l'ensemble de toutes les notions sur chacun des sens. Et il ajoute après peu de mots : « La comparaison de l'art, appliquée à la matière, peut être appliquée à l'intellect actif à l'égard de l'intellect de puissance. » Ainsi, il fait tout et il s'applique à tout ; d'où il suit que, lorsque nous le voulons, nous pouvons tout comprendre et tout examiner, parce que l'intellect actif n'est pas comme l'art, en dehors de sa matière, mais fondu tout entier dans l'intellect de puissance. Gravez un écusson dans l'essence même du bronze ou du fer, non à la surface seulement, ne pénétrera-t-il pas toute la masse du métal ? De même l'intellect actif joint à l'intellect de puissance, ne fait plus qu'un avec lui, parce qu'il n'est plus que la

domus potest, aut illud statuæ, nisi ars materias illas quæ ad domum et statuam comparatæ sunt, fingat, et formam artificiosam imponat, atque ita domum, consistat domus et statuæ, ita intellectum potentiæ ab altero intellectu perficere oportet, qui quod ipse perfectus est, et in actu semper, nulli potentiæ affinis consorsve, præparationem illam intellectui ad intelligendum adjunctam, ad instar artis excitet excolatque habitum, et scientiam rerum absolvat. Atque hic intellectus separatus et incompatibilis impermixtus est.

Intellectus autem potestatis, quamvis eadem vere qua intellectus agens, dignitate auctoritateque polleat, quia tamen aliquando conjunctior additiorque humanæ animæ est, videtur societate hac nobilitati suæ nonnihil dispendii detrimetique facere. Quemadmodum itaque lumen cum oculis et colores accedit, non modo visui,

sed coloribus etiam actum præbet ; ita intellectus agens cum intellectum potentiæ agit, non solum intellectui actum ministrat, sed et res quæ potentia intellectæ sunt, facit ut in eo intellectæ sint actu, atque hæc sunt formæ materiales et notionæ communes de singularibus sensibus collectæ, et post pauca subdit. Qualis est ergo artis ad suam materiam comparatio, talis est intellectus agentis ad intellectum potentiæ probanda. Item, hic omnia facit, ille fit omnia, ex quo sequitur, ut in nostra potestate sit intelligere et speculari cum volumus, quia intellectus agens non quemadmodum ars seorsum a sua materia est, sed totus intellectui potentiæ intextus immergusque habetur. Finge excussorem in ære aut in ferro esse, non extrinsecus, nonne pervadet penetrabitque in materiam universam ? Eodem modo intellectus agens intellectui potestatis assistens, unus cum

même chose, composée de matière et de forme, et cependant cette fusion a deux motifs; et après quelques mots, il ajoute : « Nous sommes donc le lien d'union de ces deux intellects. » Si dans tout ce qui réunit l'acte et la puissance, les choses se passent de manière à ce que l'objet et l'essence soient différents, il s'ensuit que je suis une chose et mon essence une autre, de façon que je sois composé d'acte et de puissance et que mon essence soit seule : c'est pourquoi j'écris ce que je pense et je le livre au public. L'intellect, qui est composé de puissance, écrit, non en tant que formé de puissance, mais en tant qu'il est actif, parce que toute son action aboutit là et y est attachée, et puis il ajoute encore plus clairement, pour en revenir au point d'où nous sommes partis, comme autre chose est d'être un animal ou d'être son être animal, et de même que pour l'être de l'ame animale, de même je suis une chose, l'être de moi, une autre, et mon essence une autre. Mais mon essence ne vient pas de l'ame sensitive, qui sert de matière à l'intellect de puissance ou à l'intellect actif; par conséquent elle doit tirer son origine et la dépendance de l'intellect actif. Car l'intellect est à proprement parler, le seul qu'on puisse regarder comme la forme et la forme des formes, et les autres intellects inférieurs sont tantôt considérés comme sujets et tantôt comme formes. Sans doute, l'ordre logique et celui de la nature veulent que les supérieurs soient la forme des inférieurs et ceux-ci la matière des supérieurs. On fait donc l'intellect actif la forme suprême et souveraine, qui se perfectionne, qui se complète dans ce concours, et lui met comme la dernière main, comme ne pouvant avoir aucune forme supérieure et plus distinguée, à laquelle elle puisse faire servir l'intellect actif de matière. C'est pourquoi

illo redditur, propterea quod una res est, quæ ex materia et forma consistit, et tamen permixtio hæc rationes duas habet, et quibusdam interpositis subdit. Nos igitur utriusque intellectus copulatio sumus. Si ergo ita habent omnia quæ ex actu et potentia conciliantur, ut in his aliud sit ipsa res, aliud essentia, sequitur ut aliud ego sim, aliud essentia mea, ita ut ego sim is, qui ex actu et potestate constituor, essentia mea sit solus tantum, quamobrem eadem quæ considero, hæc etiam scribo et litteris mando. Scribit vero intellectus, qui ex potestate componitur, scribit, inquam, non tamen quatenus ex potestate constat, sed quatenus intellectus agens est, quia illinc quasi omnis actio rivatur et ducitur, et post pauca adhuc manifestius subdit. Ut ergo redeamus unde discessimus, quemadmodum aliud est animal, aliud suum animal esse, et quemadmodum suum animal esse ab ipsa dependet animalis anima, ita

aliud ego sum, aliud mihi esse et mea essentia. Hæc autem ab anima provenit non quidem sensuali, quippe quæ tanquam materia intellectus potentiæ habeatur, neque item ab ipso intellectu potentiæ, ut qui pro materia intellectus agentis sit, restat igitur ut ab intellectu agente tantum essentia mea proficisci ac pendere dicatur. Solus enim intellectus agens proprie et maxime censendus est forma, imo vero forma formarum; inferiora autem cætera modo subjectorum loco, modo formarum habentur. Sane ordo naturæ et processus hic est, ut respectu inferiorum superioribus vice formarum utatur, respectu superiorum inferioribus loco materiæ. Summam vero et supremam formarum intellectum agentem constituit, quæ simul atque progressa est, receptui canit, in eoque finem quasi extremam manum imponit, utpote quæ nullam formam superiorum aut nobiliorem haberet, cui loco materiæ subijce-

nous sommes à proprement parler l'esprit et l'intellect, et ensuite, combattant l'opinion de quelques adversaires, il dit : « Aristote ayant établi que dans toute créature l'un devant servir de matière et l'autre de forme motrice et perfective, il faut, dit-il, qu'il y ait les mêmes différences dans l'âme, et qu'il y ait un intellect tel quel, qui soit la partie la plus excellente de l'âme raisonnable, » et après quelques mots, il ajoute : « Je veux qu'on puisse établir et conclure de ces paroles, qu'Aristote pensoit que l'intellect actif étoit quelque chose de nous, ou notre être même. »

On voit donc des paroles précédentes de Thémistius, qu'il dit que non-seulement l'intellect possible, mais encore l'intellect actif, est une partie de l'âme humaine, qu'Aristote le pensoit, et de plus que l'homme n'est point dans l'âme sensitive, comme quelques-uns l'avançant faussement, mais plutôt dans l'âme intellectuelle et princière. Je ne connois point les ouvrages de Théophraste, mais Thémistius a cité les paroles, dans son Commentaire de l'âme, que voici : « Je pense que je dois ici faire attention aux paroles de Théophraste sur l'intellect actif et potentiel. » C'est pourquoi il écrit sur l'intellect potentiel : puisque l'intellect de l'homme lui vient par voie étrangère et extérieure, et qu'il lui est comme inoculé et incorporé, on demande pourquoi on dit qu'il est engendré avec nous, et enfin quelle est la consistance de sa nature. Assurément, ce que l'on dit ici, que l'intellect n'est rien en acte, mais tout en puissance, est parfaitement juste quant au sens, cependant on ne doit pas rejeter entièrement cette proposition, ni tellement affirmer qu'il n'est point actif, qu'on l'anéantisse : ce seroit avancer une fausseté et prêter matière à des contestations ou à des disputes; mais il faut l'entendre en ce sens,

ret intellectum agentem. Quamobrem nos proprie animus et intellectus sumus; et postea reprobans quorundam opinionem dicit. Cum enim statuisset Aristoteles in omni natura alterum pro materia haberi, alterum pro forma movente perficienteque, « necesse, inquit, est easdem differentias in anima reperiri, et talem aliquem intellectum adesse, qui pars animæ rationalis præstantissima sit; » et post pauca etiam subdit : « Ex ejusdem verbis illud subinde colligi confirmarique cupio, Aristotelem opinatum fuisse intellectum agentem aut aliquid nostri esse, aut plane ipsos. »

Patet igitur ex præmissis verbis Themistii quod non solum intellectum possibilem, sed etiam agentem partem animæ humanæ esse dicit, et Aristotelem hoc sensisse, et iterum, quod homo est id quod est non ex anima sensitiva, ut quidam mentiuntur, sed ex parte intellectiva et principaliori.

Et Theophrasti quidem libros non vidi, sed ejus verba introduxit Themistius in commento de anima, quæ sunt talia, sic dicens : « Plane facturum hoc loco me operæ pretium arbitror, si verba Theophrasti de intellectu potestatis et agente prætexuero. » De intellectu itaque potestatis hæc dicit : « Cum intellectus, inquit, homini extrinsecus accedat, cumque tanquam appositus invecusque sit, quæritur quemadmodum congenitus nobis dicatur, demum quænam confirmatio naturave ejus sit. » Certe id quod dicitur, nihil actu esse intellectum, sed potestate omnia recte hactenus dicitur, quatenus et in sensu, non tamen usque eo ad unum resecandares est, neque tam nihil actu probandus, ut neque ipsemet sit, calumniæ hæc esset et oratio contentioni cavilloque proxima, sed ita intelligendum, ut in animo talis quædam sui generis potentia sit pro sub-

qu'une certaine puissance *sui generis* ait l'esprit pour sujet et principe de formes, telle qu'on trouve cette faculté dans les objets matériels, servant de base à leur formation et à leur existence. Mais quand on dit que l'ame nous vient extérieurement, il ne faut pas affirmer que nous pensions qu'elle nous est inoculée et surajoutée, mais qu'il arrive que dès notre naissance elle s'empare de nous et nous environne.

Théophraste, après s'être fait cette double question : 1^o Comment l'intellect possible, étant hors de nous, est-il confondu avec notre nature ? 2^o Quelle est la nature de l'intellect possible ? répond d'abord à la seconde question, qu'il est tout en puissance, non point comme s'il n'existoit pas du tout, mais comme les sens à l'égard des objets matériels, et il tire de là la réponse à la première question, qu'il ne nous vient point du dehors, comme s'il nous étoit ajouté accidentellement et après un certain temps, mais dès le premier instant de notre formation, et comme embrassant et renfermant la nature humaine.

Quant à Alexandre, à qui on fait dire que l'intellect possible étoit la forme du corps, Averroës lui-même l'avoue, bien que, comme je le crois, il ait mal entendu le sens d'Alexandre, il lui fait trop signifier, ainsi qu'aux expressions de Thémistius. Car lorsqu'il fait dire à Alexandre que l'intellect possible n'est autre chose qu'une préparation, qui est dans la nature humaine, à l'intellect actif et aux choses intelligibles, il a pensé que cette disposition n'étoit que la puissance intellectuelle de l'ame pour les choses intelligibles : c'est pourquoi il ajoute que ce n'est point une puissance du corps, parce qu'une telle puissance n'a pas d'organe corporel, et non par la raison qu'oppose Averroës, qu'aucune disposition n'est une faculté corporelle. Et pour passer des Grecs aux Arabes, il est certain qu'Avicenne crut que l'in-

jecto formarum ac gremio, qualis in rebus materialibus facultas illa est, quæ constitutioni earum et concrecioni substernitur. Porro quod dicitur mentem extrinsecus accedere, non ita statuendum est, ut qui vere appositus invecusque habeatur, sed ut qui statim ab ortu quasi comprehendere nos complectique solet.

Sic igitur Theophrastus cum quæsisset duo, primo quidem, quomodo intellectus possibilis sit ab extrinseco, et tamen nobis connaturalis, et secundo, quæ sit natura intellectus possibilis. Respondit primo ad secundum, quod est in potentia omnia, non quidem sicut nihil existens, sed sicut sensus ad sensibilia; et ex hoc concludit responsonem primæ quæstionis, quod non intelligitur sic esse ab extrinseco, quasi aliquid adjectum accidentaliter, vel tempore procedente, sed à prima generatione,

sicut continens comprehendens naturam humanam.

Quod autem Alexander intellectum possibilem posuerit esse formam corporis, et etiam ipse Averroes confitetur, quanvis, ut arbitror, perverse verba Alexander acceperit, sicut et verba Themistii præter ejus intellectum assumit; nam quod dixit Alexandrum dixisse intellectum possibilem non esse aliud quam præparationem quæ est in natura humana ad intellectum agentem et ad intelligibilia, hanc præparationem nihil aliud intellexit, quam potentiam intellectivam quæ est in anima ad intelligibilia; et ideo dixit eam non esse virtutem in corpore, quia talis potentia non habet corporale organum, et non ex ea ratione, ut Averroes impugnat, secundum quod nulla præparatio est virtus in corpore. Et ut à Græcis ad Arabes transeamus,

telle étoit une faculté de l'ame, qui est la forme du corps. Car il écrit dans son *Traité de l'ame* : « L'intellect actif, c'est-à-dire pratique, a besoin, pour toutes ses opérations, du corps et des facultés corporelles ; et l'intellect contemplatif se sert du corps, mais pas toujours ni absolument. Car il se suffit lui-même à lui-même. »

L'ame humaine n'est rien de tout ceci ; mais c'est ce qui a toutes ces facultés ; et comme nous le dirons plus tard, c'est une substance solitaire qui a par elle-même une aptitude aux actes, dont les uns n'atteignent leur fin qu'à l'aide d'intermédiaires, et par l'usage qu'elle en fait ; d'autres qui n'ont aucunement besoin de ces moyens d'action. « De même, dit-il dans sa première partie, que l'ame humaine est la première perfection du corps naturel instrumental, par laquelle il lui est donné d'agir d'après sa libre détermination, et d'arriver, à l'aide de la réflexion, à tout comprendre. » Ce qu'il ajoute ensuite est vrai, et il en donne la preuve : « L'ame humaine, en tant que propre et connue à elle-même, c'est-à-dire en tant que puissance intellectuelle, n'est pas une forme pour le corps, et n'a pas besoin qu'on lui donne un organe. » Ensuite il faut ajouter ces paroles d'Algazel : « Comme le mélange des éléments est fait avec une sagesse si parfaite et si admirable, qu'on ne peut rien trouver de plus beau et de plus parfait, il a reçu du souverain principe et distributeur des formes, l'aptitude à recevoir la plus belle des formes qui est l'ame de l'homme. » Or, cette ame humaine a deux facultés, l'une d'action et l'autre d'intelligence, qu'il appelle intellect, comme la suite va le démontrer. Et ensuite, il donne une foule de preuves, pour faire voir que l'opération de l'intellect n'a pas lieu à l'aide d'un organe corporel. Notre opinion, en ce sens, ne vient point de notre désir de combattre l'erreur que

primo manifestum est quod Avicenna posuit intellectum virtutem animæ, quæ est forma corporalis : dicit enim sic in suo libro *De anima* : « Intellectus activus, id est practicus, eget corpore et virtutibus corporalibus ad omnes actiones suas. Contemplativus autem intellectus eget corpore et virtutibus ejus, sed nec semper nec omnino. Sufficit enim ipse sibi per seipsum. »

Nihil autem horum est anima humana, sed anima est id quod habet has virtutes, et sicut postea declarabimus, est substantia solitaria per se quæ habet aptitudinem ad actiones, quarum quædam sunt quæ non perficiuntur nisi per instrumenta et per usum eorum ullo modo ; quædam vero quibus non sunt necessaria instrumenta aliquo modo. Item, in prima parte dicit, quod « anima humana est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis, secundum quod attribuitur ei agere actionis electivæ

deliberationis, et advenire meditando, et secundum hoc quod apprehendit universalia, sed verum est quod postea dicit et probat. Et anima humana secundum id quod est sibi proprium, scilicet secundum vim intellectivam, non sic se habet ad corpus ut forma, nec eget ut sibi præparetur organum. Deinde subjungenda sunt verba Algazelis sic dicentis : « Cum commixtio elementorum fuerit pulchrioris et perfectioris æqualitatis, qua nihil possit inveniri subtilius et pulchrius, tunc fiet apta ad recipiendum à datore formarum formam pulchriorem aliis formis, quæ est anima humana. » Hujus vero animæ humanæ duæ sunt virtutes. Una operans, et altera sciens, quam vocat intellectum, ut ex consequentibus patet. Et postea multis argumentis probat, quod operatio intellectus non fit per organum corporale. Hoc autem præmisimus, non quasi volentes ex philoso-

nous venons d'exposer, par l'autorité des philosophes, mais pour faire voir que non-seulement les Latins, qui ne sont pas goûtés de tout le monde, mais que les Grecs et les Arabes pensèrent aussi que l'intellect est une partie, une puissance, ou une vertu de l'ame, qui est la forme du corps. Aussi m'étonné-je que quelques Péripatéticiens se soient glorifiés d'avoir partagé cette erreur, si ce n'est parce qu'ils préféreroient se tromper avec les autres Péripatéticiens qu'avec Averroës, qui fut moins un Péripatéticien que le corrupteur de la philosophie des Péripatéticiens.

Après avoir prouvé, par les paroles d'Aristote et de ses partisans, que l'intellect est une puissance de l'ame, laquelle est la forme du corps, malgré que cette puissance, qui est l'intellect, ne soit pas l'acte d'un organe, parce que ses opérations n'ont aucun rapport avec aucune fonction corporelle, comme le dit Aristote, il faut examiner ce qu'on doit en penser. Et parce que, d'après la doctrine d'Aristote, il faut juger des principes des actes par les actes eux-mêmes, nous devons, ce semble, examiner d'abord l'intellect, qui est la faculté de comprendre, dans l'action qui lui est propre, et nous n'avons rien de mieux à faire que de suivre Aristote dans son raisonnement. « L'ame, dit-il, est le principe de la vie et de l'intelligence; donc elle est la raison et la forme d'un corps quelconque. » Et cette raison lui paroit si forte, qu'il la regarde comme une démonstration; car il dit au commencement du chapitre : « Car il ne faut pas seulement donner une raison convaincante, comme quelques mots le prouvent assez, mais il faut encore prouver quelle en est la cause, comme on démontre un tétragone ou un carré, par l'emploi de la ligne moyenne proportionnelle. » Et ce qui prouve la solidité et la force de cette démonstra-

phorum autoritatibus reprobare supra positum errorem, sed ut ostendamus quod non solum Latini quorum verba quibusdam non sapiunt, sed et Græci et Arabes hoc senserunt, quod intellectus sit pars; vel potentia, sive virtus animæ quæ est corporis forma: unde miror ex quibus Peripatetici hunc errorem se assumpsisse gloriantur, nisi forte quia minus volunt cum cæteris Peripateticis recte sapere, quam cum Averroy aberrare, qui non tam fuit Peripateticus, quam peripateticæ philosophiæ depravator.

Ostenso igitur ex verbis Aristotelis et aliorum sequentium ipsum, quod intellectus est potentia animæ, quæ est corporis forma, licet ipsa potentia quæ est intellectus, non sit alicujus organi actus, quia nihil ipsius operationi communicat corporalis operatio, ut Aristoteles dicit, inquirendum est per rationes quid circa hoc sentire sit

necesse. Et quia secundum doctrinam Aristotelis oportet ex actibus principia actuum considerare, ex ipso actu quidem proprio intellectus qui est intelligere, primo hoc considerandum videtur, in quo nullam firmiorem rationem habere possumus ea quam Aristoteles ponit, et sic argumentatur: « Anima est principium quo vivimus et intelligimus. Ergo et ratio quædam est species corporis cujusdam. » Et adeo huic rationi innititur, quod eam dicit esse demonstrationem; nam in principio capituli sic dicit: « Non enim solum quod quid est oportet diffinitivam rationem ostendere, sicut plures terminorum dicunt, sed et causam inesse et demonstrare, et ponit exemplum, sicut demonstratur quid est tetragonismus, id est quadratum per inventionem mediæ lineæ proportionalis. » Virtus autem hujus demonstrationis et insolubilitas apparet, quia quicumque ab hac via

tion, c'est que toutes les fois qu'on s'en éloigne, on tombe nécessairement dans le faux. Il est clair, en effet, que l'homme est intelligent. Car si nous ne l'étions pas, nous ne nous inquiéterions pas de l'intellect, et lorsque nous cherchons à comprendre l'intellect, nous ne nous enquérons que du principe qui nous rend intelligents. Aussi Aristote dit-il : « Je dis l'intellect, par lequel l'ame comprend ; » et il conclut ainsi : « Si quelque chose est le premier principe de notre intellect, il doit être la forme du corps, » parce qu'il a prouvé d'abord que ce par quoi on agit d'abord, est une forme, ce qui se prouve par l'action, car rien n'agit qu'en tant qu'il est en acte. Or, tout ce qui est en acte l'est par la forme, d'où il suit que le premier principe d'action est une forme. Mais si on vient nous dire que le principe de l'action de comprendre, à laquelle nous donnons le nom d'intellect, n'est point une forme, il faut qu'on nous dise comment l'action de ce principe est l'action d'un homme, ce qu'on a cherché à expliquer diversement, entre autres Averroës, en disant que le principe de cette intelligence, que nous appelons intellect possible, n'est pas l'ame ni une partie de l'ame, à moins qu'on émette cette opinion comme un doute, mais plutôt une substance séparée ; et il ajoute que « l'intelligence de cette substance séparée est mon intelligence à moi, ou à tout autre, soit que cet intellect possible soit uni à vous ou à moi, par les idées qui sont en vous ou en moi. » Ce qu'il dit s'opérer de la sorte. Car l'idée intelligible, qui est une avec l'intellect possible, puisqu'elle est sa forme et son acte, a deux sujets : le premier, l'idée elle-même, le second, l'intellect possible. L'intellect possible est donc continué en nous par sa forme, au moyen des idées, et ainsi lorsque l'intellect possible comprend, l'homme comprend.

divertere voluerit, necesse habet inconueniens dicere. Manifestum est enim quod hic homo singularis intelligit. Nunquam enim de intellectu quæreremus nisi intelligeremus, nec cum quærimus de intellectu, de alio principio quærimus, quam de eo quo nos intelligimus; unde et Aristoteles dicit: « Dico autem intellectum quo intelligit anima. » Concludit autem sic Aristoteles: « Quod si aliquid est primum principium quo intelligimus, oportet illud esse formam corporis, » quia ipse prius manifestavit quod illud quo primo aliquid operatur, est forma, et patet hoc per operationem, quia unumquodque agit in quantum est actu. Est autem unumquodque actu per formam, unde oportet illud quo primo aliquid agit, esse formam. Si autem dicas quod principium hujus actus qui est intelligere, quod nominamus intellectum, non sit forma, oportet te invenire modum, quo actio illius principii sit actio hujus hominis, quod diversimode quidam conati sunt dicere, quorum unus scilicet Averroës, ponens hujusmodi principium intelligendi, quod dicitur intellectus possibilis, non esse animam, nec partem animæ nisi æquivoce, sed potius quod sit substantia quædam separata, dixit quod « illius intelligere substantiæ separatæ est intelligere mei vel illius, in quantum intellectus ille possibilis copulatur mihi vel tibi per phantasmata quæ sunt in me vel in te. » Quod sic fieri dicebat. Species enim intelligibilis, quæ sit unum cum intellectu possibili, cum sit forma et actus ejus, habet duo subjecta. Unum ipsa phantasmata, aliud intellectum possibilem. Sic ergo intellectus possibilis continuatur nobis per formam suam mediantibus phantasmatibus, et sic dum intellectus possibilis intelligit, hic homo intelligit.

Mais nous allons prouver par trois raisons que cela ne signifie rien du tout. 1^o D'abord, parce que la continuation de l'intellect dans l'homme ne commenceroit pas à sa première génération, comme le dit Théophraste et que l'insinue Aristote dans son second livre de Physique, où il dit que « le terme naturel de la considération de la forme à la forme s'applique à celle d'après laquelle l'homme est engendré par l'homme et le soleil. » Or, il est évident que le terme naturel de toute considération est l'intellect; mais, selon Averroës, l'intellect n'est point continué dans l'homme par sa génération, mais par l'opération des sens, lorsqu'il devient sensible en acte, car « l'idée n'est que le mouvement actuel imprimé par les sens, » comme il le dit dans le troisième livre du Traité de l'Âme. 2^o Parce que cette union n'auroit point de terme unique, mais seroit diverse et décomposée. Car il est évident qu'une idée intelligible, en tant qu'elle est dans l'imagination, est conçue en puissance : elle est dans l'intellect possible en acte, abstraction faite de la représentation. Si donc l'idée intelligible n'est pas la forme de l'intellect possible, à moins qu'elle ne soit abstraite des formes, il s'ensuit que ce n'est point par les formes que l'idée intelligible ne continue pas l'intellect par les formes, mais plutôt qu'il en est séparé; à moins de dire, peut-être, que l'intellect possible est continué par les formes, comme une glace continue l'homme dont l'image est représentée dans un miroir. Mais il est évident que cette continuation ne suffit pas pour celle de l'acte. Car il est clair que l'action du miroir, qui consiste à représenter une forme, ne peut pas être attribuée à l'homme qu'il représente, de même l'action de l'intellect possible ne peut être attribuée à cet homme, qui est un individu quelconque, pour qu'il comprenne. 3^o Parce que, supposé

Quod autem hoc nihil sit, patet tripliciter. Primo quidem, quod sic continuatio intellectus ad hominem non esset secundum primam ejus generationem, ut Theophrastus dicit, et Aristoteles innuit in II. *Physicorum*, ubi dicit quod « terminus naturalis considerationis de formis est ad formam, secundum quam homo ab hominibus generatur et à sole. » Manifestum est autem quod terminus considerationis naturalis est intellectus, secundum autem dictum Averroës, intellectus non continuatur homini secundum suam generationem, sed secundum operationem sensus, in quantum est sentiens in actu, « phantasma enim est motus factus à sensu secundum actum, » ut dicitur in III. lib. *De anima*. Secundo vero, quia ista conjunctio non esset secundum aliquid unum, sed secundum diversa. Manifestum est enim quod species intelligibilis, secundum quod est in phantasma-

tibus, est intellecta in potentia; in intellectu autem possibili est secundum quod est intellecta in actu abstracta à phantasmatis. Si ergo species intelligibilis non est forma intellectus possibilis, nisi secundum quod est abstracta à phantasmatis, sequitur quod per speciem intelligibilem non continuatur intellectus phantasmatis, sed magis ab eis est separatus; nisi forte dicatur quod intellectus possibilis continuatur phantasmatis, sicut speculatum continuatur homini cujus species resultat in speculo. Talis autem continuatio manifestum est quod non sufficit ad continuationem actus. Manifestum est enim quod actio speculi, quæ est representare, non propter hoc potest attribui homini, unde nec actio intellectus possibilis propter prædictam copulationem posset attribui huic homini, qui est Sortes, ut hic homo intelligeret. Tertio, quia dato quod una et ca-

qu'une même idée fût numériquement la forme de l'intellect possible, et qu'elle fût en même temps dans les formes, cette union seroit encore insuffisante pour l'intelligence de l'homme. Car il est clair que par idée intelligible on entend quelque chose; mais on entend quelque chose par la puissance intellectuelle, comme on sent par la puissance sensitive. Ainsi un mur sur lequel il y a une peinture dont l'idée sensible est en acte, est vu et ne voit pas; mais un animal qui a la puissance visuelle, dans laquelle est cette image, voit. Or, il en est ainsi de l'union de l'intellect possible avec l'homme qui se représente des objets dont les idées sont dans l'intellect possible, comme de l'union d'un mur peint qui renferme l'idée de sa couleur. De même donc que le mur ne voit pas, mais fait voir sa couleur, il s'ensuivroit que l'homme ne comprendroit pas, mais que ses idées seroient conçues par l'intellect possible. Mais quelques-uns, voyant que d'après le raisonnement d'Averroës on ne pouvoit admettre que l'homme comprend, s'y prirent d'une autre manière, et dirent que l'intellect étoit uni au corps en qualité de moteur, et qu'ainsi comme il se fait un tout du corps et de l'intellect, comme du moteur et de l'objet mù, l'intellect est une partie de l'homme, et alors on attribue à un homme l'opération de l'intellect, comme on lui attribue l'opération de l'œil, qui consiste à voir.

Mais il faut demander quand on établit cette proposition, ce que est que cet être individuel appelé Sortès. D'abord savoir, si Sortès est l'intellect seul qui est le moteur, ou s'il est ce qui est mis en mouvement par ce qui est le corps animé pendant d'une ame végétative et sensitive, ou s'il est un composé de l'un ou de l'autre. Et d'après cette proposition, on s'arrêtera à ce troisième sens, savoir que Sortès est un

dem species numero esset forma intellectus possibilis et esset simul in phantasmatibus, nec adhuc talis copulatio sufficeret ad hoc quod hic homo intelligeret. Manifestum est enim quod per speciem intelligibilem aliquid intelligitur, sed per potentiam intellectivam aliquid intelligit, sicut etiam per speciem sensibilem aliquid sentitur, per potentiam autem sensitivam aliquis sentit: unde paries in quo est color, cujus species sensibilis in actu est, in visu videtur, non videt; animal autem habens potentiam visivam in qua est talis species, videt. Talis autem est prædicta copulatio intellectus possibilis ad hominem in quo sunt phantasmata, quorum species sunt in intellectu possibili, qualis est copulatio parietis in quo est color ad visum, in quo est species sui coloris. Sicut igitur paries non videt, sed videtur ejus color, ita sequeretur quod homo non intelligeret, sed

quod ejus phantasmata intelligerentur ab intellectu possibili. Impossibile est ergo salvari quod hic homo intelligat, secundum positionem Averroës. Quidam vero videntes quod secundum viam Averroës sustineri non potest, quod hic homo intelligat, in aliam divertunt viam, et dicunt quod intellectus unitur corpori ut motor, et sic in quantum ex corpore et intellectu fit unum sicut ex movente et moto, intellectus est pars hujus hominis; et ideo operatio intellectus attribuitur huic homini, sicut operatio oculi quæ est videre, attribuitur huic homini.

Quærendum est autem ab eo qui hoc ponit. Primo, quid sit hoc singulare quod est Sortes. Utrum Sortes sit solus intellectus qui est motor, aut sit motum ab ipso quod est corpus, animatum tamen anima vegetativa et sensitiva, aut sit compositum ex utroque. Et quantum ex sua positione

composé de l'un et de l'autre. Employons-donc contre ces adversaires, l'argument d'Aristote, dans son huitième livre de la Métaphysique. « Car, ce qui est composé de différentes parties, fait un ensemble et non un amas incohérent. Mais il y a un tout indépendant des parties de l'ensemble, qui est une autre substance ; puisque dans tels corps, la vitalité est la cause de l'unité, dans tels autres, les humeurs, ou tout autre modification de l'être. » Mais une telle substance est une raison unique, sans aggrégation de parties, comme l'Iliade, et ayant une unité d'existence. Qu'est-ce donc qui compose l'unité de l'homme, et en vertu de quoi est-il un et non multiple par exemple, être animé et bipède, ou est-il, comme quelques-uns le prétendent, un animal même et un véritable bipède. En effet, l'homme n'est point tout cela, mais ces choses seront hommes, en tant qu'elles entreront en participation de la composition de l'homme, non nu, mais composé de deux substances, savoir de l'animal non bipède ; et dans tout son ensemble, l'homme ne sera point un et multiple, animal et bipède. Mais franchement, avec toutes ces définitions et ces raisonnements, on n'expose pas plus qu'on ne résout la difficulté. Mais si, comme nous l'avons expliqué, on dit ceci est la matière, cela la forme, là la puissance, ailleurs l'acte, alors il n'y aura plus de doute. Mais si l'on dit que Sortès n'est pas un naturellement, mais seulement par la réunion du moteur et de l'objet qui est mû, il s'ensuit plusieurs inconvénients. Premièrement d'abord, parce que si chaque chose est un, ayant une existence propre, il s'ensuivra que Sortès ne sera rien, et qu'il n'aura ni genre ni espèce, et de plus qu'il n'aura aucune action, parce que l'action n'appartient qu'à l'être : c'est pourquoi nous ne disons pas que l'intelligence du pilote soit l'intelligence du tout, qui est le pilote et le vaisseau, mais seulement du pilote ; de même l'intelligence ne sera pas

videtur, hoc tertium accipiet scilicet quod Sortes sit aliquid compositum ex utroque. Procedamus ergo contra eos per orationem Aristotelis in VIII. *Metaphys.*, dicentis : « Cum enim quæcumque partes habent, et non ut acervus, quod totum, sed aliquid inest totum præter partes, est alia causa ; quoniam in corporibus iis quidem tactus causa est unum essendi, aliis vero viscositas, aut aliqua passio altera. » Talis vero diffinitio ratio est una, non conjunctione quemadmodum Ilias, sed unius esse. Quid igitur est quod facit hominem unum, et propter quid unum, sed non multa, puta animal et bipes aliterque, etsi est, ut aiunt quidam, ipsum aliquid animal, et ipsum bipes. Quare namque non illa ipsa homo est, et erunt secundum participationem homines et hominis non unius, sed duorum, scilicet animalis non bipedis, et tota-

liter utique non erit homo unum et plura animal et bipes. Palam itaque, quia sic quidem acceptantibus consueverunt diffinire et dicere, non contingit reddere et solvere dubitationem. Si autem est, ut diximus, hoc quidem materia, illud vero forma, et hoc quidem potentia, illud vero actu, non adhuc dubitatio videbitur esse. Sed si tu dicas quod Sortes non est unum quid simpliciter, sed unum quid aggregatione motoris et moti, sequuntur multa inconvenientia. Primo quidem, quia si unumquodque est similiter unum et ens, sequetur quod Sortes non sit aliquid, et quod non sit in specis nec in genere, et ulterius quod non habeat aliquam actionem, quia actio non est nisi entis ; unde non dicimus quod intelligere nautæ sit intelligere hujus totius quod est nauta et navis, sed nautæ tantum, et similiter intelligere

l'acte de Sortès mais de l'intellect seulement, qui se sert du corps de Sortès. Car l'action d'une partie est l'action du tout, seulement dans le tout qui est un être unique : et si on emploie une autre manière de parler ; elle est impropre. Et si on dit que de cette manière le ciel comprend par son moteur, c'est attaquer une question très-difficile. C'est par l'intellect humain que nous arrivons à la connaissance des intellects supérieurs, et non en sens inverse. Mais si on dit que cet individu qu'on appelle Sortès, est un corps animé par une âme végétative et sensitive, comme il paroît d'après ceux qui prétendent que ce n'est point l'intellect qui fait la spécialité de l'homme, mais l'âme sensitive ennoblie par quelque connaissance de l'intellect possible, alors l'intellect n'est à l'égard de Sortès, que ce qu'est la force motrice à l'égard de l'objet auquel elle imprime le mouvement. Mais on voit par plusieurs raisons, que l'action de l'intellect, qui est l'intelligence, ne peut être attribuée à Sortès. D'abord parce que, dit Aristote dans le second livre de sa Métaphysique, « toute œuvre qui est en dehors de l'action, a son action dans l'œuvre qui se fait, comme la construction dans un édifice et l'action de tisser, dans un tissu ; de même de toute autre chose, et tout-à-fait ainsi du mouvement dans un objet qui est mêlé. Tandis que l'agent dont l'œuvre n'est pas en dehors de son action, a son action en lui, comme la vision est dans celui qui voit et la réflexion dans le miroir. De même si on suppose que l'intellect est uni à Sortès en qualité de moteur, il importe peu que l'intelligence soit dans Sortès ou que Sortès soit intelligent, parce que l'intelligence est une action, qui est seulement dans l'intellect. Il est évident d'après cela que ce que l'on dit est faux, savoir : que l'intellect n'est pas un acte du corps, mais l'intelligence elle-même. Car l'intelligence ne peut être l'acte d'une chose qui n'est pas l'acte de l'intellect, parce

non erit actus Sortis, sed intellectus tantum utentis corpore Sortis. In solo enim toto quod est aliquid unum et ens, actio partis est actio totius ; et si quis aliter loquitur, improprie loquitur. Et si tu dicas quod hoc modo cœlum intelligit per motorem, suum est assumptio difficilioris materiæ. Per intellectum enim humanum oportet nos devenire ad cognoscendum intellectus superiores, et non è converso. Si vero dicatur quod hoc individuum, quod est Sortes, est corpus animatum anima vegetativa et sensitiva, ut videtur sequi secundum eos qui ponunt quod hic homo non constituitur in specie per intellectum, sed per animam sensitivam nobilitatam ex aliqua instructione intellectus possibilis, tunc intellectus non se habet ad Sortem nisi sicut movens ad motum. Sed secundum hoc actio intellectus, quæ est

intelligere, nullo modo poterit attribui Sorti ; quod multipliciter apparet. Primo quidem per hoc quod dicit Philosophus in II. *Metaphys.*, quod « quorum diversum est aliquod opus præter actionem, actio est in eo quod fit, ut ædificatio in ædificato, et contextio in contexto ; similiter autem et in aliis, et totaliter motus in moto. Quorum vero non est aliud aliquod opus præter actionem, in eis existit actio, ut visio in vidente, et speculatio in speculante. » Sic ergo etsi intellectus ponatur uniri Sorti ut movens, nihil proficit ad hoc quod intelligere sit in Sorte, nec quod Sortes intelligat, quia intelligere est actio quæ est in intellectu tantum. Ex quo etiam patet falsum esse quod dicunt, quod intellectus non est actus corporis, sed ipsum intelligere. Non enim potest esse alicujus actus intelligere, cujus non sit actus intellectus,

que l'intelligence n'existe qu'en tant qu'elle est dans l'intellect, comme la vision n'est que dans la vue : de même la vision ne peut-être que dans ce qui est l'acte de la vue.

Secondement, parce que l'action propre d'un moteur n'appartient pas à l'instrument ou au mouvement, mais l'action de l'instrument est, au contraire, le fait du moteur principal. Car on ne peut pas dire qu'une scie se sert de l'artisan, mais on peut dire que l'ouvrier scie, ce qui est le fait de la scie. Or l'opération propre de l'intellect est de comprendre. D'où, supposé même que l'intelligence soit une action qui se communique, comme le mouvement, il ne s'ensuivroit pas, que l'on puisse attribuer l'intelligence à Sortès, quand même l'intellect lui seroit uni comme moteur seulement.

Troisièmement, en sens inverse, on attribue l'action et le mouvement aux objets mis en mouvement, quand il s'agit d'agents dont l'action passe à un autre sujet. Car quand on parle de construction, on dit que l'architecte bâtit, et que l'édifice est construit. Si donc l'intelligence étoit une action communicable, comme le mouvement, on ne devroit pas dire que Sortès comprend, par cela seul que l'intellect lui seroit uni comme moteur, mais plutôt que l'intellect comprendroit et que Sortès seroit compris, ou peut-être que l'intellect en comprenant donneroit le mouvement à Sortès et que Sortès seroit uni en action. Cependant il arrive quelquefois que l'action du principe moteur est transformée en l'objet uni en mouvement ; par exemple, lorsque le mouvement l'imprime à un autre objet, par cela même qu'il se meut, comme un objet chaud en échauffe un autre. On pourroit donc dire, que ce qui est mù par l'intellect, qui se meut en comprenant, comprend par cela seul qu'il est mis en mouvement. Mais Aristote combat cette proposition, dans son second livre de Traité de l'Âme, d'où nous avons tiré le principe de ce raisonnement. Car après avoir dit

quia intelligere non nisi in intellectu est, sicut nec visio nisi in visu : unde nec visio potest esse alicujus, nisi illius cujus actus est visus.

Secundo, quia actio moventis propria non attribuitur instrumento aut moto, sed magis è converso actio instrumenti attribuitur principali moventi. Non enim potest dici quod serra disponat de artificio, potest tamen dici quod artifex secat, quod est opus serræ. Propria autem operatio ipsius intellectus est intelligere, unde dato etiam quod intelligere esset actio transiens in alterum sicut movere, non sequeretur quod intelligere conveniret Sorti, si intellectus uniatu ei solum ut motor.

Tertio, quia in his quorum actiones in alterum transeunt, opposito modo attri-

buntur actiones moventibus et motus. Secundum ædificationem enim ædificator dicitur ædificare, ædificium vero ædificari. Si ergo intelligere esset actio in alterum transiens, sicut movere, adhuc non esset dicendum quod Sortes intelligeret ad hoc quod intellectus uniretur ei ut motor, sed magis quod intellectus intelligeret, et Sortes intelligeretur; aut Sorte quod intellectus intelligendo moveret Sortem, et Sortes moveretur. Contingit tamen quandoque quod actio moventis traducitur in rem motam, puta cum ipsum motum movet ex eo quod movetur, ut calefactum calefacit. Posset ergo aliquis sic dicere, quod motum ab intellectu qui intelligendo movet, ex hoc ipso quod movetur, intelligit. Huic autem dicto Aristoteles resistit in II.

que ce qui fait d'abord que nous savons et que nous sommes sains, est une forme, c'est-à-dire, la science et la santé, il ajoute : car les actes semblent être dans le sujet qui y est soumis : ce que Thémistius explique de cette manière. Car si la science et la santé sont dans d'autres sujets, par exemple, le maître et le médecin, nous avons néanmoins fait voir, en parlant des choses naturelles, qu'elles sont les actes dans les sujets en qui s'opèrent ces actes.

C'est donc là la pensée d'Aristote, et cela est évident, que lorsqu'un objet mis en mouvement, se meut et a reçu l'action du principe moteur, il faut qu'il y ait en lui quelque acte communiqué par un principe moteur, qui possède cette faculté d'impulsion; c'est là son principe d'action, son acte et sa forme. De même qu'un objet chaud, réchauffe par la chaleur qu'il a reçue lui-même. Supposé donc que l'intellect donne le mouvement à l'âme de Sortès en l'éclairant, ou de toute autre façon, l'impression que lui laisse l'intellect, est d'abord ce que Sortès comprend. Or, ce qu'il comprend d'abord, comme les sensations qui lui viennent des sens, est tout en puissance, comme l'a prouvé Aristote : et il n'auroit pas de nature propre, pour cette raison, si ce n'est parce qu'il est possible, et par conséquent qu'il n'est point mêlé au corps, mais qu'il est séparé. Supposé donc qu'il y ait un intellect séparé qui donne le mouvement à Sortès, il faut pourtant encore que cet intellect possible, dont parle Aristote, soit l'âme de Sortès, de même que le sens qui est en puissance, pour toutes les choses sensibles, qui donne le sentiment à Sortès. Mais si on prétend que cet être, qui est Sortès, n'est pas quelque chose, composé de l'intellect et d'un corps animé, ou n'est pas un corps animé seulement, mais qu'il est seulement l'intellect, on tombera alors dans le système de Platon, lequel, au rapport de Grégoire de Nysse, n'admet pas, à cause de cette difficulté, que

De anima, unde principium hujus rationis assumpsimus. Cum enim dixisset quod « id quo primo scimus et sanamur, est forma, » scilicet scientia et sanitas, subjungit : « Videntur enim in patiente et disposito activorum inesse actus, quod exponens Thémistius dicit. Nam etsi ab aliis aliquando scientia et sanitas est, puta à docente et medico, tamen in patiente et disposito facientium inexistere actus omnimodus prius in his quæ sunt de natura. »

Est ergo intentio Aristotelis, et evidenter est verum, quod quando motum movet, et habet actionem moventis, oportet quod insit ei actus aliquis à movente qui hujusmodi actionem habeat, hoc est principium quo agit et est actus et forma ejus. Sicut si aliquid est calefactum, calefacit per calorem qui inest ei à calefaciente. Detur ergo quod intellectus moveat animam Sor-

tis, vel illustrando vel quocumque modo, hoc quod est relictum ab impressione intellectus in Sorte, est primum quod Sortès intelligit. Id autem quo Sortès primo intelligit, sicut sensu sentit, Aristoteles probavit esse in potentia omnia, et per hoc non haberet naturam determinatam, nisi hanc quod sit possibilis, et per consequens quod non misceatur corpori, sed sit separatus. Dato ergo quod sit aliquis intellectus separatus movens Sortem, tamen adhuc oportet quod ille intellectus possibilis, de quo Aristoteles loquitur, sit in anima Sortis, sicut et sensus qui est in potentia ad omnia sensibilia, quo Sortès sentit. Si autem dicatur quod hoc individuum, quod est Sortès, non est aliquid compositum ex intellectu et corpore animato, neque est corpus animatum tantum, sed est solum intellectus, hæc jam erit opinio Platonis

l'homme soit composé de corps et d'ame, mais une ame, faisant servir le corps à son usage, et comme revêtu du corps. Mais Plotin, comme le rapporte Macrobe, affirme que l'ame est l'homme, en ces termes : « Ce qui paroît à nos yeux, n'est pas l'homme réel, mais bien ce qui gouverne ce que nous voyons. » Ainsi, lorsque la vie animale est enlevée par la mort, le corps privé de son gouverneur, tombe et se dissout, et c'est ce qu'il y a de mortel, qu'on aperçoit dans l'homme. Tandis que l'ame, qui est l'homme véritable, est exempte de toute atteinte mortelle. Ce Plotin, parmi tous les grands commentateurs, est mis au nombre de ceux d'Aristote, comme Simplicius l'écrit dans son commentaire des Attributs.

Cette opinion ne paroît pas trop s'éloigner des écrits d'Aristote, car il dit au neuvième livre de sa Morale « qu'il est d'un homme de bien de faire le bien, même par sa grace. » Or l'intellect semble devoir être la grace de chacun. Il ne dit point ceci, il est vrai, comme si l'homme étoit le seul intellect, mais parce que ce qu'il y a de plus estimable dans l'homme, est son intellect. Ce qui lui fait dire encore dans les livres suivans que, de même qu'une ville est la société la mieux organisée et tout autre état semblable, ainsi l'homme; ce qui lui fait ajouter que chaque homme est cela, c'est-à-dire l'intellect, ou je crois surtout que c'est en ce sens que Thémistius a dit les paroles citées plus haut, et Plotin celles que nous avons rapportées, « que l'homme est ame ou intellect. » Mais on prouve de plusieurs manières, que l'homme n'est pas ame ou intellect seulement. Premièrement, d'abord par saint Grégoire de Nysse qui ajoute, après avoir donné l'opinion de Platon : « Ces paroles ont un sens difficile ou incompréhensible. » Comment l'ame avec le corps ne peut-elle faire qu'un

qui, ut Gregorius Nyssenus refert, propter hanc difficultatem non vult hominem ex anima et corpore esse, sed animam corpore utentem, et velut indutam corpore. Sed et Plotinus, ut Macrobius refert, ipsam animam hominem esse testatur, sic dicens : « Qui videtur, non ipse verus homo est, sed ille à quo regitur quod videtur. » Sic cum morte animalis discedit animatio, cadit corpus à regente viduatum, et hoc est quod videtur in homine mortale. Anima vero quæ est verus homo, est ab omni immortalitatis conditione aliena. Qui quidem Plotinus, tñus de magnis commentatoribus, ponitur inter commentatores Aristotelis, ut Simplicius refert in commento *Prædicamentorum*.

Hæc autem sententia nec à verbis Aristotelis videtur discordare. Dicit enim in IX. *Ethic.*, quod « boni hominis est bonum elaborare, etiam sui ipsius gratia. Intel-

lectus enim gratia unusquisque esse videtur. » Quod quidem non dicit propter hoc quod homo sit solus intellectus, sed quia id quod est in homine, principalius est intellectus. Unde et in sequentibus dicit, quod « quemadmodum civitas principalissimum maxime videtur et omnis alia constitutio, sic et homo; » unde subjungit quod « unusquisque homo vel est hic, scilicet intellectus, vel maxime et per hunc modum arbitror et Themistium in verbis supra positus, et Plotinum in verbis nunc inductis dixisse, quod homo est anima vel intellectus. » Quod enim homo non sit intellectus tantum, vel anima tantum, multipliciter probatur. Primo quidem ab ipso Gregorio Nysseno, qui inducta opinione Platonis, subdit : « Habet autem hic sermo difficile vel indissolubile quid. Qualiter enim unum esse potest indumento anima? non enim unum est unica cum induto. »

même être ? Car elle n'est pas une seule chose, étant unie avec son enveloppe terrestre. Secondement, parce qu'Aristote, dans le septième livre de la Métaphysique, dit que « l'homme et le cheval, et autres semblables, ne sont pas seulement une forme, mais un tout universel composé de matière et de forme, et individuel, composé de matière et de forme, comme, par exemple, Socrate. »

Il en est de même des autres choses, et il le prouve, parce que nulle partie du corps ne peut être complète sans quelque partie de l'ame ; et si on fait la soustraction de l'ame, on ne peut dire ni l'œil, ni la chair autrement qu'en général, ce qui n'auroit pas lieu si un homme ou Socrate étoit seulement intellect ou ame. Troisièmement, il s'ensuivroit que puisque l'intellect n'est exercé que par la volonté, comme ceci est prouvé dans le troisième livre de l'Ame, que l'intellect seroit soumis à la volonté, que l'homme ne garderoit son corps qu'autant qu'il le voudroit, et qu'il le dépouilleroit à son gré, ce qui est manifestement faux. Ainsi donc, il est évident que l'intellect n'est pas uni à Sortès seulement comme à un moteur, et que, quand bien même il en seroit ainsi, il ne serviroit de rien que Sortès comprît. Ceux donc qui veulent défendre cette proposition doivent avouer qu'ils n'y comprennent rien, et qu'ils ne méritent pas qu'on leur fasse l'honneur de discuter avec eux, ou bien que ce que dit Aristote est vrai, c'est-à-dire que le principe par lequel nous avons l'intelligence est l'idée et la forme. On peut aussi conclure de là que l'homme reçoit quelque idée, ou il ne reçoit ni idée, ni rien autre chose, sinon par la forme. Donc, ce par quoi l'homme est favorisé de la puissance des idées, est la forme. Or, quelque être que ce soit prend l'idée du principe de l'action propre de l'idée. Or l'opération propre de l'homme, en tant qu'homme, est de comprendre. Car c'est par là qu'il diffère des autres animaux ; c'est pourquoi Aristote place la suprême félicité

Secundo, quia Aristoteles in VII. *Metaphys.*, probat quod « homo, et equus, et similia, non sunt solum forma, sed totum quoddam ex forma et materia, universale, singulare vero ex ultima materia et forma, ut Socrates. »

Jam est et in aliis similiter, et hoc probavit per hoc quod nulla pars corporis potest diffiniri sine parte aliqua animæ, et recedente anima, nec oculus nec caro dicitur nisi æquivoce, quod non esset, si homo aut Socrates esset tantum intellectus aut anima. Tertio, sequeretur quod cum intellectus non moveat nisi per voluntatem, ut probatur in III. *De anima*, quod hoc esset subjectum voluntati, et abjiceret homo corpus cum vellet, et abjiceret cum vellet : quod manifeste patet esse falsum. Sic igitur

patet quod intellectus non unitur Sorti solum ut motor, et quod etiam si hoc esset, nihil proficeret ad hoc quod Sortes intelligeret. Qui ergo hanc positionem defendere volunt, aut confiteantur se nihil intelligere, et indignos esse cum quibus aliqui disputent, aut confiteantur quod Aristoteles concludit, scilicet quod « id quo primo intelligimus, est species et forma. » Potest etiam hoc concludi ex hoc quod hic homo in aliqua specie collocatur, speciem aut nunquam sortitur aliquid nisi ex forma. Id igitur per quod hic homo speciem sortitur, est forma. Unumquodque autem ab eo speciem sortitur, quod est principium propriæ operationis speciei. Propria autem operatio hominis in quantum est homo, est intelligere. Per hoc enim

dans cette opération. Mais, comme le dit Aristote, le principe de notre intelligence est l'intellect. Il faut donc qu'il soit uni à notre corps, comme forme, non de manière à ce que la puissance intellectuelle soit l'acte de quelque organe, mais parce qu'elle est une puissance de l'ame, laquelle est un acte du corps physique organisé.

De plus, d'après l'avis de ces philosophes, tous les principes de la philosophie morale sont détruits. Car on enlève tout ce qu'il y a en nous; il n'y a rien en effet, que par la volonté, d'où nous appelons volontaire ce qu'il y a en nous. Or la volonté est dans l'intellect, comme le prouve Aristote dans son troisième livre du *Traité de l'Âme*; et dès lors que l'intellect et la volonté sont dans les substances séparées, il arrive aussi que la volonté aime ou hait quelque chose en général, comme nous haïssons les voleurs, comme le dit Aristote dans sa *Rhétorique*. Si donc l'intellect n'est pas quelque partie d'un homme, ou n'est pas véritablement un avec lui, mais seulement avec lui par l'image des objets, ou en qualité de moteur, il n'y aura point de volonté dans un homme, mais dans l'intellect séparé; et alors cet homme ne sera pas le maître de ses actions, et elles ne seront, par conséquent, dignes ni d'éloge, ni de blâme; ce qui est détruire les principes de la philosophie morale. Ceci étant absurde et contraire à la vie humaine (car il ne faut plus ni préceptes, ni lois), il s'ensuit que l'intellect nous est tellement uni, qu'il ne fait plus qu'un avec nous, ce qui ne pourroit être en aucune façon, à moins qu'il ne soit, comme nous l'avons dit, une puissance de l'ame, qui nous est unie comme forme.

Il reste donc qu'on doit s'en tenir, sans hésiter, à cette opinion, à cause des rapports de la foi, comme on dit; mais encore, parce que

differt ab aliis animalibus, et ideo in hac operatione Aristoteles felicitatem ultimam constituit. «Principium autem quo intelligimus, est intellectus,» ut Aristoteles dicit. Oportet igitur ipsum uniri corpori ut formam, non quidem ita quod ipsa intellectiva potentia sit alicujus organi actus, sed quia est virtus animæ, quæ est actus corporis physici organici.

Adhuc, secundum istorum positionem, destruuntur moralis philosophiæ principia. Subtrahitur enim quicquid est in nobis; non enim est aliquid in nobis nisi per voluntatem, unde et hoc ipsum voluntarium dicitur, quod in nobis est. Voluntas autem in intellectu est, ut patet per dictum Aristotelis in III. *De anima*, et per hoc quod in substantiis separatis est intellectus et voluntas, et per hoc etiam quod contingit per voluntatem aliquid in universali amare vel odire, sicut odimus latronum genus,

ut Aristoteles dicit in sua *Rhetorica*. Si igitur intellectus non est aliquid hujus hominis, vel non est vere unum cum eo, sed unitur ei solum per phantasmata, vel sicut motor, non erit in hoc homine voluntas, sed in intellectu separato, et ita hic homo non erit dominus sui actus, nec aliquis ejus actus erit laudabilis vel vituperabilis, quod est divellere principia moralis philosophiæ. Quod cum sit absurdum, et vitæ humanæ contrarium (non enim esset necesse consiliari nec leges ferre), sequitur quod intellectus sic uniatu nobis, ut vere ex eo et nobis fiat unum, quod vero non potest esse nisi eo modo quo dictum est, ut sit etiam potentia animæ quæ unitur nobis ut forma.

Relinquitur igitur hic absque omni dubitatione tenendum propter relationem fidei, ut dicunt; sed quia hoc subtrahere est-niti contra manifeste apparentia. Ratio-

vouloir la combattre, c'est lutter contre l'évidence. Il n'est pas difficile de réduire à néant les difficultés qu'on nous oppose. Car on dit qu'il s'ensuit de notre manière de voir que l'intellect est une forme matérielle, et qu'elle n'est pas entièrement dépouillée de toute espèce de nature des objets sensibles, et, par conséquent, tout ce qui entre dans l'intellect y est reçu comme dans une matière, en particulier, et non en général. De plus, si l'intellect est une forme matérielle qui ne soit pas comprise en acte, il ne pourra pas se comprendre lui-même, ce qui est évidemment faux; car aucune forme matérielle n'est comprise en acte. Or la solution de ces difficultés nous est donnée par ce que nous avons dit plus haut; car nous ne disons pas que l'ame humaine est la forme du corps, selon la puissance intellectuelle, laquelle, d'après la doctrine d'Aristote, n'est l'acte d'aucun organe. Il reste donc que l'ame est immatérielle, quant à la puissance intellectuelle, comprenant immatériellement et se comprenant elle-même. Ce qui a fait dire à Aristote ces paroles remarquables, que « l'ame, non tout entière, mais quant à l'intellect, est le siège des idées. »

Mais si on nous objecte que la puissance de l'ame ne peut être plus immatérielle et plus simple que son essence, cette difficulté n'a de valeur qu'autant que l'ame humaine seroit la forme de la matière, de façon qu'elle n'existeroit pas dans sa propre essence, mais par une essence composée, comme cela a lieu pour les autres formes qui n'ont par elles-mêmes ni leur essence, ni leur force active, sans communication de matière, et qui sont, à cause de cela, mêlées à la matière. Mais l'ame humaine étant une forme dans son essence, qui communique avec la matière d'une certaine façon, mais sans l'absorber entièrement, parce que la sublimité de cette forme dépasse la capacité de la matière, rien n'empêche qu'elle ne soit quelque puissance et quelque

nes vero quas in contrarium adducunt, non difficile est solvere. Dicunt enim quod ex hac positione sequitur quod intellectus sit forma materialis, et non sit denudata ab omnibus naturis rerum sensibilibus, et per consequens quicquid recipitur in intellectu, recipitur sicut in materia individualiter, et non universaliter. Et ulterius, quia si est forma materialis, quod non est intellecta in actu, et ita intellectus non poterit se intelligere, quod est manifeste falsum; nulla enim forma materialis est intellecta in actu. Horum autem solutio apparet ex his quæ præmissa sunt; non dicimus animam humanam esse formam corporis secundum intellectivam potentiam, quæ secundum doctrinam Aristotelis nullius organi actus est: unde remanet quod anima quantum ad intellectivam potentiam sit immaterialis, et immaterialiter recipiens,

et seipsam intelligens: unde et Aristoteles signanter dicit de anima, quod « est locus specierum, non tota, sed intellectus. »

Si autem contra hoc objiciatur, quod potentia animæ non potest esse immaterialior aut simplicior quam ejus essentia, optime procederet, si essentia animæ humanæ sic esset forma materiæ, quod non per esse suum esset, sed per esse compositi, sicut est de aliis formis, quæ secundum se nec esse nec operationem habent præter communicationem materiæ, quæ propter hoc immerse materiæ dicuntur. Anima autem humana, quia secundum suum esse est forma, cui aliquantulum communicat materia non totaliter comprehendans ipsam, eo quod major est dignitas hujus formæ, quam capacitas materiæ, nihil prohibet quin habeat aliquam operationem vel virtutem, ad quam materia non attingit. Consideret

opération, hors de l'action de la matière. Mais que nos adversaires fassent donc attention que si ce principe intellectuel, par lequel nous comprenons, étoit distinct et séparé de l'ame, qui est la forme de notre corps, dans son essence, il seroit en lui-même intelligent et intelligible, et quelquefois intelligent et d'autres fois il ne le seroit pas. De plus il n'auroit pas besoin de se connoître à l'aide des actes et des choses intelligibles, mais il se connoitroit par lui-même, comme les autres substances séparées. Et il n'auroit pas également besoin, comme nous, d'images pour comprendre. Car il n'est pas dans l'ordre des choses que les substances supérieures aient recours aux inférieures, pour atteindre leurs principales perfections; de même que les corps célestes ne sont ni formés, ni appropriés à leurs fonctions par les corps inférieurs. On tombe dans une grossière erreur, quand on soutient que l'intellect est un principe séparé quant à la substance, lequel, pourtant, est complété par les idées qui lui viennent des objets extérieurs, et alors il devient intelligent en acte.

Après ces réflexions sur l'opinion qu'on avance, que l'intellect n'est pas l'ame qui est la forme de notre corps, ni une partie de l'ame, mais quelque chose de séparé, quant à la substance, il reste à examiner cette autre opinion, que l'intellect possible est un en toutes choses. On auroit peut-être quelque raison de faire cette affirmation de l'intellect actif, et plusieurs philosophes l'ont faite. Car ceci est vrai, si un seul agent a plusieurs fonctions, de même qu'un seul soleil perfectionne toutes les puissances visuelles des animaux; bien que ce ne soit point l'opinion d'Aristote, qui pense que l'intellect actif est quelque chose qui est adjoint à l'ame, ce qui fait qu'il le compare à la lumière. Mais Platon, en supposant que l'intellect est une substance séparée, l'a comparé au soleil, comme l'affirme Thé-

autem qui hoc dicit, quod si hoc intellectivum principium quo nos intelligimus, esset secundum esse separatum et distinctum ab anima, quæ est corporis nostri forma, esset secundum se intelligens et intellectum, nec quandoque intelligeret, quandoque non. Neque etiam indigeret ut seipsum cognosceret per intelligibilia et per actus, sed per essentiam suam, sicut aliæ substantiæ separatæ. Neque etiam esset conveniens quod ad intelligendum infligeret phantasmatis nostris. Non enim invenitur in rerum ordine, quod superiores substantiæ ad suas principales perfectiones indigeant inferioribus substantiis, sicut nec corpora cœlestia formantur aut perficiuntur ad suas operationes ex corporibus inferioribus. Magnam igitur improbitatem continet sermo dicentis, quod intellectus sit quoddam principium secundum substantiam

separatum, et tamen quod per species à phantasmatis acceptas perficiatur, et fiat actu intelligens.

His igitur consideratis quantum ad id quod ponunt, intellectum non esse animam, quæ est nostri corporis forma, neque partem ipsius, sed aliquid secundum substantiam separatum, considerandum restat de hoc quod dicunt, intellectum possibilem esse unum in omnibus. Forte enim de agente hoc dicere, aliquam rationem haberet, et multi philosophi hoc posuerunt. Nihil enim videtur inconveniens sequi, si ab uno agente multa perficiantur: quemadmodum ab uno sole perficiuntur omnes potentiæ visivæ animalium ad videndum, quamvis etiam hoc non sit secundum intentionem Aristotelis, qui ponit intellectum agentem esse aliquid in anima, unde comparat ipsum lumini. Plato autem ponens

mistiis. Il n'y a qu'un soleil, à la vérité, mais il y a plusieurs lumières répandues par le soleil pour éclairer. Quoi qu'il en soit néanmoins de l'intellect actif, plusieurs raisons nous prouvent qu'on ne peut pas soutenir que l'intellect possible est le même chez tous les hommes.

Premièrement d'abord, parce que si l'intellect possible est ce par quoi nous sommes intelligents, on est forcé de dire qu'un être intelligent en particulier est l'intellect, ou que l'intellect lui est formellement inhérent, non de telle manière qu'il soit la forme du corps, mais parce qu'il est une puissance de l'ame qui est la forme du corps. Mais si on nous dit qu'un homme en particulier est l'intellect, il s'ensuit que cet homme-là ne diffère pas d'un autre homme en particulier, et que tous les hommes n'en font qu'un, non par la participation de l'espèce, mais quant au même individu. Mais si l'intellect est en nous formellement, comme nous l'avons dit, il s'ensuit que chaque corps a une ame différente. De même, en effet, que l'homme est composé de corps et d'ame, de même un homme, Callias ou Sortès, par exemple, se compose de ce corps et de cette ame. Si les ames au contraire sont différentes et que l'intellect possible soit la puissance intellectuelle de l'ame, il faut qu'il diffère en nombre, car on ne peut imaginer comment la puissance de plusieurs choses soit une par le nombre. Que si l'on vient nous dire que l'homme est intelligent par l'intellect, comme par quelque chose qui lui est propre, qui est cependant une partie de lui-même, non comme forme ou comme moteur, nous répondrons que nous avons déjà démontré qu'avec cette supposition on ne peut pas soutenir que Sortès est intelligent, par-là même que l'intellect comprend, malgré qu'il soit seulement un moteur, de même que l'homme voit par-là même que l'œil voit. Et pour suivre la comparaison, supposons qu'il n'y ait qu'un

intellectum unum separatum, comparavit ipsum soli, ut Themistius dicit. Est enim unus sol, sed plura lumina diffusa à sole ad videndum. Sed quicquid sit de intellectu agente, dicere intellectum possibilem esse unum omnium hominum, multipliciter impossibile apparet.

Primo quidem, quia si intellectus possibilis est quo intelligimus, necesse est dicere quod homo singularis intelligens vel sit ipse intellectus, vel intellectus formaliter ei inhaereat, non quidem ita quod sit forma corporis, sed quia est virtus animæ, quæ est forma corporis. Si quis autem dicat quod hic homo singularis non sit alius ab illo homine singulari, et quod omnes homines sint unus homo, non quidem participatione speciei, sed secundum unum individuum. Si vero intellectus inest nobis formaliter, sicut jam dictum est, sequitur

quod diversorum corporum sunt diversæ animæ. Sicut enim homo est ex corpore et anima, ita hic homo, scilicet Callias aut Sortes, est ex hoc corpore et ex hac anima. Si autem animæ sunt diversæ, et intellectus possibilis est virtus animæ qua anima intelligit, oportet quod differat numero, quia nec fingere possibile est, quod diversarum rerum sit una numero virtus. Si quis autem dicat quod homo intelligit per intellectum possibilem, sicut per aliquid sui, quod tamen est pars ejus non ut forma, sed sicut motor, jam ostensum est supra, quod hac positione facta, nullo modo potest dici quod Sortes intelligat; sed dicimus quod Sortes intelligit per hoc quod intellectus intelligit, licet intellectus sit solum motor, sicut homo videt per hoc quod oculus videt. Et ut similitudinem sequamur, ponatur quod omnium homi-

œil seulement pour tous les hommes, tous les hommes ne feroient-ils qu'un seul voyant, ou plusieurs voyants?

Pour l'éclaircissement de cette vérité, il faut faire attention qu'on ne peut pas dire la même chose du premier moteur et de l'instrument. Car si plusieurs hommes se servent du même instrument, on dira qu'il y a plusieurs opérations, par exemple, lorsque plusieurs se servent d'une même fronde, pour lancer des pierres, ou d'un seul cricq pour les élever en l'air. Si au contraire le même agent principal emploie plusieurs instruments, il pourra arriver que les opérations seront différentes, à cause de la diversité des instruments. Quelquefois l'opération est une, quoiqu'on y ait fait servir plusieurs instruments. Ainsi donc l'unité de celui qui opère ne tient pas aux instruments, mais au principal objet qui les emploie. Ceci donc une fois posé, si l'œil étoit l'agent principal, qui se sert de toutes les puissances de l'ame et de toutes les parties du corps, comme d'instruments, plusieurs êtres ayant un seul œil, ne feroient qu'un seul voyant. Si donc l'œil n'est pas ce qui est le principal de l'homme, mais s'il y a quelque chose en lui de supérieur qui se serve de l'œil, qui est diversifié dans différents sujets, il y aura plusieurs voyants, mais avec un seul œil. Or, il est évident que l'intellect est ce qu'il y a de principal dans l'homme et qu'il se sert de toutes les puissances de l'ame et de tous les membres du corps, comme d'organes. C'est pourquoi Aristote a dit très-ingéneusement que « l'homme est surtout intellect. » Si donc il n'y a qu'un intellect pour tous les hommes, il s'ensuit qu'il n'y a qu'une seule intelligence, une seule volonté, et un seul usage de ces attributs, au gré de la volonté, selon la différence du caractère des hommes. Il s'ensuit encore, qu'il n'y a aucune différence entre les

num sit unus oculus numero, inquirendum restat utrum omnes homines sint unus videns, vel multi videntes.

Ad cujus veritatis inquisitionem considerare oportet, quod aliter se habet de primo movente, et aliter de instrumento. Si enim multi homines utantur uno et eodem instrumento numero, dicentur multæ operationes, puta cum multi utantur una machina ad lapidum projectionem vel elevationem. Si vero principale agens sit unum quod utatur multis instrumentis, nihilominus operans est unum, sed forte operationes diversæ propter diversa instrumenta. Aliquando autem est operatio una, licet ad eam multa instrumenta requirantur. Sic igitur unitas operantis attenditur non secundum instrumenta, sed secundum principale agens, quod utitur instrumentis. Prædicta igitur positione facta, si oculus esset principale in homine, qui uteretur

omnibus potentiis animæ et partibus corporis quasi instrumentis, multi habentes unum oculum essent unus videns. Si ergo oculus non sit principale hominis, sed aliquid sit in eo principalius quod utitur oculo, quod diversificatur in diversis, essent quidem multi videntes, sed uno oculo. Manifestum est autem quod intellectus est id quod est principale in homine, et quod utitur omnibus potentiis animæ et membris corporis tanquam organis: propter hoc Aristoteles subtiliter dixit quod « homo est intellectus maxime. » Si igitur sit unus intellectus omnium, ex necessitate sequitur quod unus intelligens, et per consequens unus volens et unus utens pro suæ voluntatis arbitrio omnibus illis, secundum quæ homines diversificentur ad invicem. Et ex hoc ulterius sequitur quod nulla differentia sit inter homines, quantum ad liberam voluntatis electionem; sed eadem sit om-

hommes, quant au libre usage de la volonté, mais qu'elle est la même pour tous, si l'intellect, en qui réside la souveraineté et la puissance de se servir de tous les autres attributs, est le même chez tous les hommes, ce qui est évidemment faux et impossible. Car ceci répugne à l'évidence et détruit toute science morale et tout ce qui tend à la conservation de la société, qui est naturelle à tout le monde, comme dit Aristote. Et puis, si tous les hommes comprennent par un seul intellect, de quelque façon qu'il leur soit uni, comme forme ou comme moteur, il s'ensuit nécessairement qu'il n'y a qu'un intellect pour tous les hommes, qui n'est en même temps que saisissable à un seul. Par exemple, si je comprends une pierre et vous également de votre côté, il faudra qu'il n'y ait pour vous et pour moi qu'une seule opération intellectuelle. Car cette opération ne peut pas être celle du même principe actif, qu'il soit forme ou moteur, à l'égard du même objet, à moins qu'il n'y ait qu'une même action de même espèce, dans le même temps, ce qui est prouvé par le sentiment du Philosophe, au cinquième livre de sa Physique. En sorte que, si plusieurs hommes n'avoient qu'un même œil, ils ne verroient tous que le même objet, dans le même temps. De même aussi, si tous les hommes n'avoient que le même intellect, il s'ensuivroit qu'il n'y auroit de la part de tous les hommes, qui comprendroient la même chose, dans le même temps, qu'une seule et unique action intellectuelle, et surtout lorsque rien de ce qui établit une différence entre les hommes ne différeroit dans l'opération intellectuelle. Car les images sont les préliminaires de l'action de l'intellect, comme les couleurs le sont de celle de la vue, en sorte que leur diversité ne fait pas la diversité de l'action de l'intellect, surtout pour un seul objet intelligible. Cependant, d'après cela, on dit que la science de celui-ci est différente de la science de

nium, si intellectus, apud quem solum residet principalitas et dominium utendi omnibus aliis, est unus et idem in diversis hominibus, quod est manifeste falsum et impossibile. Repugnat enim his quæ apparent, et destruit totam scientiam moralem, et omnia quæ pertinent ad conservationem civilem, quæ est omnibus naturalis, ut Aristoteles dicit. Adhuc, si omnes homines intelligunt uno intellectu, qualitercumque eis uniatur aut ut forma, sive ut motor, de necessitate sequitur quod omnium hominum sit unum numero ipsum intelligere, quod est simul et respectu unius intelligibilis. Puta si ego intelligo lapidem et tu similiter, oportebit quod una et eadem sit intellectualis operatio et mei et tui. Non enim potest esse ejusdem activi principii, sive sit forma, sive sit motor, respectu ejusdem objecti, nisi una numero

operatio ejusdem speciei in eodem tempore : quod manifestum est ex his quæ Philosophus determinat in V. *Physic.* Unde si essent multi homines habentes unum oculum, omnium visio non esset nisi una respectu ejusdem objecti in eodem tempore. Similiter ergo si intellectus sit unus omnium, sequitur quod omnium hominum idem intelligentium eodem tempore sit una actio intellectualis tantum, et præcipue cum nihil eorum secundum quæ ponuntur homines differre ab invicem, in operatione intellectuali diversificetur. Phantasmata enim præambula sunt actioni intellectus, sicut colores actioni visus : unde per eorum diversitatem non diversificatur actio intellectus, maxime unius intelligibilis ; secundum quæ tamen ponunt diversificari scientiam hujus à scientia alterius, in quantum hic intelligit ea quorum phan-

celui-là, en tant qu'il comprend ce dont il a l'idée, et l'autre en tant qu'il a l'idée de ce qu'il comprend. Mais dans deux hommes qui savent et qui comprennent la même chose, l'opération intellectuelle ne peut être modifiée, par la diversité des idées.

Il faut encore prouver que cette opinion répugne ouvertement au système d'Aristote. Car après avoir dit que l'intellect possible est séparé, et que tout est en puissance, il ajoute que sachant tout, en acte, comme on dit qu'on sait en acte, c'est-à-dire, de cette manière, et comme on dit que celui qui sait, est en acte en tant qu'il a cette faculté; il ajoute ensuite : Cela a lieu, quand on peut opérer par soi-même. Il y a donc puissance en un certain sens, mais non comme ceci avoit lieu avant qu'on connût ou qu'on sût. Et après avoir fait la question, si l'intellect est simple et passible, et s'il n'a rien de commun avec quoi que ce soit, comme le dit Anaxagore, comment il pourra comprendre, si cette action est quelque chose de passible? Pour résoudre cette difficulté, il répond : Que l'intellect est, en un certain sens, une puissance intelligible, mais qu'elle n'est rien en acte, avant d'avoir conçu. Il faut qu'il en soit de l'intellect, comme d'un tableau, sur lequel aucun caractère n'est tracé. Aristote pense donc que l'intellect possible est en puissance, avant qu'il sache et qu'il connoisse rien, comme un tableau sur lequel on n'a rien écrit. Mais il peut apprendre et acquérir, par son aptitude pour la science, par laquelle il peut opérer par lui-même, quoiqu'il soit alors en puissance, pour voir en acte. Sur quoi il faut remarquer trois choses.

Premièrement, que l'aptitude à la science est le premier acte de l'intellect possible, lequel est en acte par-là même, et peut opérer par lui-même. Mais la science n'est pas en raison des images présentes, comme

tasmata habet, et ille ea quorum phantasmata habet. Sed in duobus qui idem sciunt et intelligunt, ipsa operatio intellectualis per diversitatem phantasmatum nullatenus diversificari potest.

Adhuc autem ostendendum est, quod hæc positio manifeste apparet repugnans dictis Aristotelis. Cum enim dixisset de intellectu possibili, quod est separatus, et quod est in potentia omnia, subjungit quod cum sic singula sciat, scilicet in actu, ut sciens dicitur qui secundum actum, id est, hoc modo, scientia est actus, et sicut sciens dicitur esse in actu in quantum habet habitum : unde subdit, Hoc autem confestim accidit, cum possit operari per seipsum. Est quidem igitur et tunc potentia quodammodo, non tamen similiter, sicut ante addiscere, aut invenire. Et postea cum quævisset, si intellectus simplex est et impassibilis, et nulli nihil habet

commune, sicut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati aliquid est? Et ad hoc solvendum respondet dicens. Quoniam potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu nihil antequam intelligat. Oportet autem sit, sicut in tabula nihil est actu scriptum, quod quidem accidit in intellectu. Est ergo sententia Aristotelis, quod intellectus possibilis ante addiscere aut invenire est in potentia, sicut tabula in qua nihil est actu scriptum. Sed post addiscere et invenire secundum habitum scientiæ quo potest per seipsum operari, quamvis et tunc sit in potentia ad considerare in actu. Ubi tria notanda sunt.

Primo, quod habitus scientiæ est actus primus ipsius intellectus possibilis, qui secundum hunc fit actu, et potest per seipsum operari. Non autem scientia est solum secundum phantasmata illustrata, ut qui-

quelques-uns l'assurent, et une faculté que nous acquérons par la réflexion et le fréquent exercice, qui nous ramène à l'intellect possible, par les idées que nous avons. Il faut remarquer, secondement, qu'avant que nous ayons rien appris ou découvert, l'intellect possible est en puissance, comme un tableau nu. Troisièmement, que par nos connoissances ou nos découvertes, l'intellect possible est un acte; or, ceci ne sauroit exister, s'il n'y a qu'un intellect possible pour tous ceux qui existent, qui ont été ou qui seront. Car il est clair que les idées sont conservées dans l'intellect, car il est le siège des idées, comme le philosophe l'a dit plus haut, et de plus la science est un état permanent. Si donc quelqu'un l'a mis en acte avant nous, à l'égard de quelques idées intelligibles et l'a rendu parfait quant à la science, cette connoissance et ces idées demeurent en lui. Mais comme tout récipient doit être vide de ce qu'il reçoit, il est impossible que ce que j'apprends et ce que je découvre soit acquis dans l'intellect possible. Et si cependant on vient nous dire que, par les inventions de notre esprit, l'intellect possible devient de nouveau un acte, quant à quelque chose, par exemple, si je découvre quelque chose d'intelligible, que personne n'a encore trouvé, on ne peut pas en dire autant si j'apprends cette chose, parce que on ne peut m'apprendre une vérité, si elle n'a été connue d'abord par celui qui me l'enseigne. On a donc dit faux, quand on a soutenu que l'intellect étoit en puissance, avant qu'on m'ait enseigné ou que j'aie découvert quelque chose. Mais si on ajoute que tous les hommes ont toujours été, comme le dit Aristote, il s'ensuivra qu'il faudra dire qu'il n'y a pas eu un premier homme qui ait eu l'intelligence et que les idées intelligibles ne sont venues dans l'intellect possible, par les idées d'aucun homme, mais que les idées intelligibles sont toujours dans l'intellect possible. C'est donc à tort

dam dicunt, et quædam facultas quæ in nobis acquiritur ex frequenti meditatione et exercitio, ut continuemur cum intellectu possibili per nostra phantasmatum. Secundo notandum, quod ante nostrum addiscere et invenire, ipse intellectus possibilis est in potentia, sicut tabula in qua nihil est scriptum. Tertio, quod per nostrum addiscere seu invenire, ipse intellectus possibilis sit actu: hæc autem nullo modo possunt stare, si sit unus intellectus possibilis omnium qui sunt, et erunt, aut fuerunt. Manifestum est enim quod species conservantur in intellectu; est enim locus specierum, ut philosophus supra dixerat, et iterum scientia est habitus permanens. Si ergo per aliquem præcedentium hominum factus est in actu secundum aliquas species intelligibiles, et perfectus secundum habitum scientiæ ille habitus et illæ

species in eo remanent. Cum autem omne recipiens sit denudatum ab eo quod recipit, impossibile est quod per meum addiscere aut invenire, illæ species acquirantur in intellectu possibili. Et si tamen aliquis dicat, quod secundum nostrum invenire, intellectus possibilis secundum aliquid fiat in actu de novo, puta, si aliquid intelligibile invenio, quod à nullo præcedentium est inventum, tamen in addiscendo hoc contingere non potest: non enim possum addiscere, nisi quod docens scivit. Frustra ergo dixit quod ante addiscere aut invenire, intellectus erat in potentia. Sed et si quis addat homines semper fuisse secundum opinionem Aristotelis, sequeretur quod non fuerit primus homo intelligens, et sic per phantasmata nullius species intelligibiles sunt acquisitæ in intellectu possibili, sed sunt species intelli-

qu' Aristote a écrit que l' intellect actif rendoit intelligibles en acte, les choses intelligibles en puissance. Il a donc mal dit, quand il a prétendu que les images sont à l' intellect possible, ce que les couleurs sont à la vue, si l' intellect possible ne reçoit rien des images.

Quoiqu' il semble irrationnel que la substance séparée reçoive quelque chose de nos idées et qu' elle ne puisse se comprendre, qu' après notre réflexion, par les découvertes de notre esprit ou par notre intelligence, puisqu' Aristote ajoute après ces paroles : « Et alors il peut se comprendre lui-même par les forces de son esprit ou par les leçons d' autrui. Car la substance séparée est intelligente par elle-même, en sorte que l' intellect possible se comprendroit lui-même par sa propre essence, s' il étoit une substance séparée, et il n' auroit pas besoin pour cela des idées intelligibles qui lui surviendroient à l' aide de notre intelligence et de nos efforts.

Mais si on veut échapper à ces difficultés en disant, qu' Aristote dit tout cela de l' intellect possible, en tant que nous le continuons et en tant qu' il est en soi ; nous répondons d' abord, que ce n' est point là le sens des paroles d' Aristote ; bien mieux, il parle de l' intellect possible en tant qu' il est ce qu' il est lui-même et distinct de l' intellect actif. Mais si on insiste encore sur les paroles d' Aristote, supposons avec nos adversaires, que l' intellect possible a toujours eu ces idées intelligibles que nous prolongeons en nous, par nos idées. Il faudra que les idées intelligibles qui sont dans l' intellect possible et celles qui sont en nous, soient entendues de l' une de ces trois manières : 1° que les idées intelligibles qui sont dans l' intellect possible, soient reçues par celles qui sont en nous, comme le signifient les paroles d' Aristote, ce qui,

biles intellectus possibilis æternæ. Frustra ergo Aristoteles posuit intellectum agentem, qui faceret intelligibilia in potentia, intelligibilia actu. Frustra etiam posuit, quod phantasmata se habent ad intellectum possibilem sicut colores ad visum, si intellectus possibilis nihil à phantasmatibus accipit.

Quamvis et hoc ipsum irrationabile videatur, quod substantia separata à phantasmatibus nostris accipiat, et quod non possit se intelligere nisi post nostrum addiscere aut invenire sive intelligere, quia Aristoteles post verba præmissa subjungit: « Et ipse tunc seipsum potest intelligere, post addiscere aut invenire. » Substantia enim separata per seipsam est intelligibilis: unde per suam essentiam se intelligeret intellectus possibilis, si esset substantia separata, nec indigeret ad hoc speciebus intelligibilibus ei supervenientibus per nostrum intelligere aut invenire.

Si autem hæc inconvenientia velint evadere dicendo, quod omnia prædicta Aristoteles dicit de intellectu possibili secundum quod continuatur nobis, et non secundum quod in se est. Primo quidem dicendum est, quod verba Aristotelis hoc non sapiunt, immo de ipso intellectu possibili loquitur secundum id quod est proprium sibi, et secundum quod distinguitur ab agente. Si vero fiat vis de verbis Aristotelis, ponamus ut dicunt, quod intellectus possibilis ab æterno habuerit species intelligibiles, per quas continentur nobis secundum phantasmata quæ sunt in nobis. Oportet enim ut species intelligibiles quæ sunt in intellectu possibili, et phantasmata quæ sunt in nobis, aliquo horum trium modorum se habeant, quorum unus est, quod species intelligibiles quæ sunt in intellectu possibili, sint acceptæ à phantasmatibus quæ sunt in nobis, ut sonant verba Aristotelis, quod non potest esse se-

d'après la proposition énoncée, ne peut avoir lieu, comme nous en avons donné la preuve; 2° que ces idées ne soient point reçues par les nôtres, mais qu'elles les illuminent comme, par exemple, des images qui seroient dans l'œil iroient s'irradier sur les couleurs qui seroient sur un mur; 3° ou que les idées intelligibles qui sont dans l'intellect possible, ne sont point reçues par nos idées, ou qu'elles n'y ajoutent rien.

Si on admet la seconde manière, savoir que les idées intelligibles jettent du jour sur nos idées et qu'elles les fassent comprendre, il s'en suit d'abord que les idées intelligibles sont intelligibles en acte, non par l'intellect actif, mais par l'intellect possible, d'après ses idées. Secondement, que cette irradiation des idées ne pourra pas les rendre intelligibles en acte, car elles ne deviennent intelligibles en acte que par abstraction; or, ceci seroit plutôt une acceptation qu'une abstraction. Et de plus, comme toute acquisition est en raison du sujet qui reçoit, l'illumination des idées qui sont dans l'intellect possible, ne se fera pas sur les idées qui sont en nous à l'état intelligible, mais à l'état matériel et sensible, et de cette façon nous ne pourrons pas tout comprendre par une semblable irradiation. Or, si les idées de l'intellect possible n'éclairent point nos idées et n'en sont point reçues, elles seront tout-à-fait disparates et n'auront aucune relation avec les nôtres et n'ajouteront rien à leur intelligence, ce qui répugne ouvertement à la vérité. Ainsi, de toutes manières, il est impossible qu'il n'y ait qu'un intellect possible pour tous les hommes.

Il reste maintenant à répondre aux difficultés par lesquelles on prétend combattre la pluralité de l'intellect possible. La première est

cundum prædictam positionem, ut ostensum est. Secundus autem modus est, ut illæ species non sint acceptæ à phantasmatis, sed sint irradiantes super phantasmata nostra, puta si species aliquæ essent in oculo irradiantes super colores qui sunt in pariete. Tertius autem modus est, ut neque species intelligibiles quæ sunt in intellectu possibili, sint acceptæ à phantasmatis, neque imprimant aliquid supra phantasmata.

Si autem ponatur secundum, scilicet quod species intelligibiles illustrent phantasmata, et secundum hoc intelligantur, primo quidem sequitur quod phantasmata fiunt intelligibilia actu non per intellectum agentem, sed per intellectum possibilem secundum suas species. Secundo, quod talis irradiatio phantasmatum non poterit facere, quod phantasmata sint intelligibilia actu: non enim fiunt phantasmata intelligibilia actu, nisi per abstractionem, hæc

autem magis erit receptio, quam abstractio. Et iterum cum omnis receptio sit secundum naturam recepti, irradiatio specierum intelligibilium quæ sunt in intellectu possibili, non erit in phantasmatis quæ sunt in nobis intelligibiliter, sed sensibiliter et materialiter, et sic non poterimus intelligere universale per hujusmodi irradiationem. Si autem species intelligibiles intellectus possibilis neque accipiuntur à phantasmatis neque irradiant super ea, erunt omnino disparatæ, et nihil proportionale habentes, nec phantasmata aliquid facient ad intelligendum, quod manifeste veritati repugnat. Sic igitur omnibus modis impossibile est, quod intellectus possibilis sit unus tantum omnium hominum.

Restat autem nunc solvere ea, quibus pluralitatem intellectus possibilis nituntur excludere. Quorum primum est, quod omne quod multiplicatur secundum divi-

que tout ce qui se multiplie en raison de la division de la matière est une forme matérielle. D'où il suit que les substances séparées n'ont pas de pluralité dans l'unité d'espèce. Si donc il y avoit plusieurs intellects dans plusieurs hommes qui sont distincts en eux par la division de la matière, il faudroit nécessairement que l'intellect fût une forme matérielle, ce qui va contre les paroles d'Aristote et les preuves par lesquelles il démontre que l'intellect est séparé. Donc, s'il est séparé et qu'il ne soit pas une forme matérielle, il n'est point multiplié en raison de la multiplication des corps. Ils s'appuient surtout sur cette raison, que Dieu ne peut pas faire que plusieurs intellects de la même espèce soient dans plusieurs hommes. Car, disent-ils, il y auroit contradiction, parce qu'une matière qui pourroit se multiplier différencieroit de la nature de la forme séparée. On va trop loin, si l'on veut conclure de là qu'aucune forme séparée est une en nombre, ni quelque chose d'individuel. On fait ici une erreur de mots, car il n'y a d'unité en nombre que celle qui se tire du nombre. Or, toute forme dégagée de la matière n'a pas d'unité de nombre, parce qu'elle n'a pas en elle la cause du nombre, parce que la cause du nombre se prend dans la matière.

Mais pour commencer par les derniers, ils semblent ignorer le mot propre de ce que nous avons dit en dernier lieu. Car Aristote dit dans le quatrième livre de sa Métaphysique que « l'unité d'être de toutes les substances n'est pas par accident, et qu'il n'y a point d'unité hors de l'être. Si donc la substance séparée est un être, elle est une quant à sa substance, surtout quand Aristote vient dire dans son huitième livre de la Métaphysique, que « ce qui n'a pas de matière n'a pas de raison pour avoir l'unité et l'être. » Or, il dit dans le cinquième livre de sa Métaphysique, que « l'unité peut exister de quatre manières :

sionem materiæ, est forma materialis unde substantiæ separatæ à materia non sũnt plures in una specie. Si ergo plures intellectus essent in pluribus hominibus qui dividuntur ad invicem numero per divisionem materiæ, sequeretur ex necessitate, quod intellectus esset forma materialis, quod est contra verba Aristotelis et probationem illius, qua probat quod intellectus est separatus. Si ergo est separatus et non est forma materialis, nullo modo multiplicatur secundum multiplicationem corporum. Huic autem rationi in tantum innituntur, qui dicunt quod Deus non posset facere plures intellectus unius speciei in diversis hominibus. Dicunt enim quod hoc implicaret contradictionem, quia habere materiam ut numeraliter multiplicetur, est aliud à natura formæ separatæ. Procedunt autem ulterius ex hoc concludere volentes, quod nulla forma separata est una numero, nec aliquid individuum. Quod dicunt ex ipso vocabulo apparere, quia non est unum numero, nisi quod est unum de numero. Forma autem liberata à materia non est unum de numero; quia non habet in se causam numeri, eo quod causa numeri est à materia.

Sed ut à posterioribus incipiamus, videntur vocem propriam ignorare in hoc quod ultimo dictum est. Dicit enim Aristoteles in IV. *Metaphys.*, quod « cujusque substantiæ unum esse non secundum accidens, et quod nihil est aliud unum præter ens. » Substantia ergo separata si est ens, secundum suam substantiam est una, præcipue cum Aristoteles dicat in VIII. *Metaphys.*, quod « ea quæ non habent materiam, non habent causam ut sint unum et ens. » Unum autem in V. *Metaphys.*,

en nombre, en espèce, en genre et en proportion. » Et il ne faut pas dire qu'une substance séparée est une, seulement en espèce ou en genre, parce que cela n'est pas l'unité de l'être simplement. Il reste donc que toute substance séparée est une en nombre; et on ne dit point qu'une chose est une en nombre, parce qu'elle a l'unité du nombre, car le nombre n'est pas la cause de l'unité, mais, au contraire, parce qu'elle n'est point divisible en l'énumérant. Car l'unité est ce qui n'est point divisible; et, de plus, il n'est point vrai que la matière soit la cause de tout nombre. Car Aristote auroit vainement cherché le nombre des substances séparées. Il dit aussi dans le cinquième livre de sa Métaphysique, « qu'il est très-multiplié, non-seulement dans le nombre, mais encore dans le genre et dans l'espèce. » Il est faux encore que la substance séparée n'ait pas une existence personnelle et ne soit quelque chose d'individuel, autrement elle ne seroit capable d'aucune action, puisque les actes ne sont que le fait des êtres individuels, comme le dit le Philosophe, ce qui lui fait écrire contre Platon au septième livre de la Métaphysique, que « si les idées sont séparées, on ne pourra attribuer l'idée à plusieurs, et elle ne pourra être singularisée, ainsi que tous les autres individus qui sont uniques dans leur espèce, comme le soleil et la lune. Car la matière n'est pas le principe de l'individualisation dans les choses matérielles, à moins que plusieurs individus n'entrent en participation de la matière, puisqu'elle est le premier sujet qui n'a point son existence dans une autre, ce qui fait dire à Aristote, en parlant de l'idée, que « si elle étoit séparée, elle seroit une substance individuelle, qu'on ne pourroit attribuer à plusieurs. Les substances séparées sont donc individuelles et personnelles; ce n'est point la matière qui les fait ainsi, mais parce qu'elles ne sont pas nées dans un autre être,

dicitur quadrupliciter, scilicet numero, specie, genere, et proportione. Nec est dicendum, quod aliqua substantia separata sit unum tantum specie, vel genere, quia hoc non est esse simpliciter unum. Relinquitur ergo quod quælibet substantia separata sit unum numero; nec dicitur aliquid unum numero: quia sit unum de numero, non enim numerus est causa unius, sed è converso, quia in numerando non dividitur. Unum enim est id quod non dividitur: nec iterum hoc verum est, quod omnis numerus causatur à materia. Frustra enim Aristoteles quævisset numerum substantiarum separatarum. Ponit etiam Aristoteles in V. *Metaphys.*, quod « multum dividitur non solum numero, sed etiam specie et genere. » Nec etiam hoc verum est quod substantia separata non sit singularis, et individuum aliquod, alio-

quin non haberet aliquam operationem, cum actus sint solum singularium, ut Philosophus dicit. Unde contra Platonem dicit in VII. *Metaphys.*, quod « si ideæ sint separate, non prædicabitur de multis ideæ, nec poterit diffiniri, sicut nec alia individua quæ sunt unica in sua specie, ut sol et luna. » Non enim materia est principium individuationis in rebus materialibus nisi in quantum materia non est participabilis à pluribus, cum sit primum subjectum non existens in alio, unde et de ideæ Aristoteles dicit, quod « ideæ esset separata, esset quædam substantia individua quam impossibile esset prædicari de multis. » Individuæ ergo sunt substantiæ separate et singulares, non autem individuantur ex materia, sed ex hoc ipso quod non sunt natæ in alio esse, et per consequens nec participari à multis. Ex quo se-

et, par conséquent, elles ne peuvent être attribuées à plusieurs.

Il suit de là que si une forme est faite pour être reçue par un autre sujet, de manière qu'elle soit l'acte de quelque matière, elle peut être individualisée et multipliée, en raison de la matière. Or, nous avons démontré déjà que l'intellect est une puissance de l'ame, laquelle est un acte du corps. Il y a donc plusieurs ames dans plusieurs corps, et dans plusieurs ames plusieurs puissances intellectuelles, que l'on appelle intellect; mais il ne s'ensuit pas pourtant que l'intellect soit une vertu matérielle, comme on l'a prouvé. Si on nous objecte qu'étant multipliés à raison des corps, il s'ensuit qu'une fois les corps détruits, il ne reste pas plusieurs ames, nous répondrons que ce que nous avons déjà dit donne la solution de ces difficultés. Car chaque chose est un être, comme elle est une, comme dit Aristote au quatrième livre de la Métaphysique. Ainsi donc, de même que l'être de l'ame est dans le corps, en tant qu'elle est la forme du corps, et qu'elle n'est point avant le corps, elle reste cependant dans son être après la mort du corps, de façon que chaque ame garde son unité, et, par conséquent, plusieurs ames font une pluralité.

On fait vainement de savantes argumentations pour prouver que Dieu ne peut pas faire qu'il y ait plusieurs intellects de la même espèce, dans la persuasion que ceci renferme une contradiction. Supposé, en effet, qu'il ne fût point dans la nature de l'intellect d'être multiplié, il ne s'ensuivroit pas néanmoins qu'il y eût contradiction, si l'intellect étoit multiplié. Car rien n'empêche qu'une chose qui n'a pas dans sa nature la raison d'une autre chose, ne puisse pas cependant l'avoir d'une autre cause: ainsi un corps lourd n'a pas la puissance de se tenir en l'air, mais il n'y a pas contradiction à ce qu'un corps lourd soit élevé dans l'air; seulement il y auroit contradiction à ce qu'il se fût élevé en l'air par sa propre nature. De même donc, s'il n'y avoit qu'un

quitur, quod si aliqua forma nata est participari ab aliquo, ita quod sit actus aliqujus materiæ, illa potest individuari et multiplicari per comparationem ad materiã. Jam autem supra ostensum est, quod intellectus est virtus animæ quæ est actus corporis. In multis animabus sunt multæ animæ, et in multis animabus sunt multæ virtutes intellectuales, quæ vocantur intellectus, nec propter hoc sequitur quod intellectus sit virtus materialis, ut supra ostensum est. Si quis autem objiciat, quod si multiplicantur secundum corpora, sequitur quod destructis corporibus non remanent multæ animæ, patet solutio per ea quæ dicta sunt. Unumquodque enim sic est ens, sicut est unum, quod dicitur in IV. *Metaphys.* Sicut igitur esse animæ

est quidem in corpore, in quantum est forma corporis, nec est ante corpus, tamen destructo corpore adhuc remanet in suo esse, ita unaquæque anima remanet in sua unitate, et per consequens multæ animæ in sua multitudine. Valde autem ruditer argumentantur ad ostendendum quod Deus facere non posset quod sint multi intellectus ejusdem specie, credentes hoc includere contradictionem. Dato enim quod non esset de natura intellectus quod multiplicaretur, non propter hoc oporteret quod intellectum multiplicari includeret contradictionem. Nihil enim prohibet aliquid non habere in sua natura causam alicujus, quod tamen habet illud ex alia causa, sicut grave habet ex sua natura quod non sit sursum: tamen grave

intellect pour tout le monde, parce qu'il n'auroit pas la raison de se multiplier, il le pourroit cependant par une cause surnaturelle, sans que ceci impliquât contradiction, ce que nous disons non-seulement pour le cas présent, mais pour qu'on n'applique point à d'autres cas ce mode d'argumentation. Car on pourroit aussi bien dire que Dieu ne peut pas faire que les morts ressuscitent et que les aveugles voient.

Nos adversaires emploient un autre raisonnement pour appuyer leur erreur. Ils demandent si l'intellect en vous et en moi est parfaitement un ou deux en nombre, et un en espèce. S'il est un seulement, alors il n'y a qu'un intellect; s'il y en a deux en nombre et un en espèce, il s'ensuit que les intellects contiendront l'objet conçu. Car tout ce qui est deux en nombre et un en espèce est un seul intellect, parce qu'il n'y a qu'une quiddité, par laquelle ils sont conçus; et on iroit ainsi jusqu'à l'infini, ce qui est impossible. Il est donc impossible qu'il y ait deux intellects en vous et en moi; il n'y a donc, par conséquent, qu'un seul intellect en nombre dans tous les hommes.

Or il faut demander à ces hommes qui croient raisonner si habilement, si c'est contre la raison de l'intellect, en tant qu'il est intellect, ou en tant qu'il est l'intellect de l'homme, qu'il y a deux intellects en nombre et un seul en espèce; or il est évident, d'après la raison qu'ils nous donnent, que c'est contre la raison de l'intellect en tant qu'intellect. Car il est de la raison de l'intellect, en tant qu'intellect, qu'il ne faut pas qu'on fasse abstraction de ce qui fait qu'il est intellect. Donc, d'après leur propre raisonnement, nous pouvons conclure naturellement qu'il y a un seul intellect, et qu'il n'y en a pas un seul pour tous les hommes. Et si, d'après leur raisonnement, il

esse sursum non includit contradictionem, sed grave esse sursum, secundum suam naturalem contradictionem includeret. Sic ergo intellectus si naturaliter esset unus omnium, quia non haberet naturalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex supernaturali causa: nec esset implicatio contradictionis, quod non tantum dicimus propter propositum, sed magis ne hæc argumentandi forma ad alia extendatur: sic enim possent concludere quod Deus non potest facere quod mortui resurgant, et quod cæci ad visum reparentur. Adhuc autem ad munimentum sui erroris aliam rationem inducunt. Querunt enim utrum intellectum in me et in te sit unum penitus aut duo in numero, et unum in specie. Si enim unum intellectum, tunc unus erit intellectus, si duo in numero, et unum in specie, sequitur quod intellecta habebunt rem intellectam. Quæcunque enim sunt duo in numero, et unum in specie, sunt

unum intellectum, quia est una quidditas per quam intelliguntur, et sic proceditur in infinitum, quod est impossibile. Ergo impossibile est quod sint duo intellecta numero in me et in te. Est ergo unum tantum et unus intellectus numero tantum in omnibus hominibus. Quærendum est autem ab his qui tam subtiliter se argumentari putant, utrum esse duo intellecta in numero et unum in specie sit contra rationem intellecti in quantum est intellectum, aut in quantum est intellectum ab homine, et manifestum est secundum rationem quam ponunt, quod hoc est contra rationem intellecti, in quantum est intellectum. De ratione enim intellecti in quantum hujusmodi est quod non indigeat quod ab eo aliquid abstrahatur ad hoc quod sit intellectum. Ergo secundum eorum rationem simpliciter concludere possumus, quod sit unum intellectum tantum, et non solum unum intellectum ab omnibus. Et si est unum intellectum tantum

n'y a qu'un intellect, il s'ensuit qu'il n'y a qu'un intellect dans tout l'univers, et non-seulement dans tous les hommes. Par conséquent, notre intellect n'est pas une substance séparée, mais il est Dieu lui-même, et alors disparoit complètement la pluralité des substances séparées.

Mais si on vouloit répliquer et dire que l'intellect d'une substance séparée et l'intellect d'une autre n'est pas le même en espèce, parce que les intellects diffèrent en espèce, on commettrait encore une erreur. Parce que ce qui est compris est à l'égard de l'intellect et de l'action de l'intelligence comme l'objet est à l'acte et à la puissance : car l'objet ne reçoit pas l'idée de l'acte, ni de la puissance, mais au contraire. Il faut donc conclure simplement que l'intellect d'une chose, par exemple d'une pierre, est un, non-seulement dans tous les hommes, mais encore dans tous les intellects.

Reste à savoir ce que c'est que l'intellect. Car si l'on dit que l'intellect est une image immatérielle existant dans l'intellect possible, on ne s'aperçoit pas qu'on tombe dans l'idée de Platon, qui prétend qu'on ne peut avoir aucune connoissance des choses sensibles, tandis qu'on sait parfaitement ce qu'est une forme séparée. Car il ne fait rien à notre opinion, qu'on dise que la connoissance que l'on a d'une pierre est celle de la forme séparée d'une pierre qui est dans l'intellect : car il s'ensuit, dans tous les cas, qu'on a la connoissance non des choses qui sont présentes, mais encore des choses séparées. Comme Platon a prétendu que ces formes immatérielles existoient par elles-mêmes, il pouvoit soutenir également que les intellects tiroient la connoissance d'une vérité, d'une forme séparée. Mais ceux qui disent que ces formes immatérielles qu'ils prétendent être des intel-

secundum eorum rationem, sequitur quod sit unus tantum intellectus in toto mundo, et non solum in hominibus. Ergo intellectus noster non solum est substantia separata, sed etiam est ipse Deus, et universaliter tollitur pluralitas substantiarum separatarum. Si quis autem vellet respondere, quod intellectum ab una substantia separata, et intellectum ab alia non est unum specie, quia intellectus differunt specie, seipsum deciperet : quia id quod intelligitur, comparatur ad intelligere et ad intellectum, sicut objectum ad actum et potentiam : objectum autem non recipit speciem ab actu, neque à potentia, sed magis è converso. Est ergo simpliciter concedendum, quod intellectum unius rei, puta lapidis, est unum tantum non solum in omnibus hominibus, sed etiam in omnibus intellectibus. Sed inquirendum restat, quid sit intellectum. Si enim dicant, quod intellectum est una species immaterialis existens in intellectu possibili, latet ipsos quod quodammodo transeunt in dogma Platonis, qui posuit, quod de rebus sensibilibus nulla scientiæ potest haberi, sed omnis scientia habetur de forma una separata. Nihil enim refert ad propositum, utrum aliquis dicat, quod scientia quen habetur de lapide, habet de una forma lapidis separata, aut de una forma lapidis, quæ est in intellectu : utrobique enim sequitur quod scientiæ non sunt de rebus quæ sunt hic, sed de rebus separatis solum. Sed quia Plato posuit hujusmodi formas immateriales per se subsistentes, poterat etiam cum hoc ponere plures intellectus participantibus ab una forma separata unius veritatis cognitionem. Isti autem qui ponunt hujusmodi formas immateriales, quas dicunt esse intellecta, necesse habent ponere quod sit unus intellectus tantum

lects, sont forcés d'avouer qu'il n'y a qu'un intellect non-seulement pour tous les hommes, mais simplement. Il faut donc dire avec Aristote que l'intellect, qui est un, est la nature elle-même ou la quiddité des choses. Car il y a une science naturelle et d'autres connoissances des objets créés, mais non des idées intellectuelles. Car si l'intellect étoit non la nature de la pierre qui est dans l'objet, mais l'idée qui est dans l'intellect, il s'ensuivroit que je ne comprendrois pas l'objet qui est une pierre, mais seulement l'idée qui est séparée de la pierre. Il est vrai que la nature de la pierre, en tant qu'individualisée, est comprise en puissance, mais n'est conçue en acte que par l'intermédiaire des objets sensibles et des sens, les idées sont transmises à l'imagination, et les idées intelligibles, qui sont dans l'intellect possible, en sont tirées par la puissance de l'intellect actif. Ces idées ne sont point pour l'intellect possible, comme des intellects, mais comme des idées par lesquelles l'intellect conçoit. De même les images qui sont dans la vue, ne sont point les objets eux-mêmes, mais ce qui fait que l'œil voit, à moins que l'intellect se reflète sur lui-même, ce qui ne peut pas arriver pour les sens.

Si l'acte de l'intellect étoit une action qui se communiquât à une matière étrangère, comme, par exemple, le mouvement et le feu, il s'ensuivroit que l'intelligence seroit en raison du mode de la nature des individus, comme l'action du feu est en raison du combustible. Mais comme l'intelligence est un acte qui reste dans l'être intelligent, comme Aristote le dit au neuvième livre de sa *Métaphysique*, il s'ensuit que l'intelligence est en raison de l'être intelligent, c'est-à-dire selon la mesure de l'idée par laquelle l'intellect comprend. Or, comme elle est séparée des principes individualisateurs, elle ne représente pas l'objet individuellement et dans sa condition propre,

non solum omnium hominum, sed etiam simpliciter. Est ergo dicendum secundum sententiam Aristotelis, quod intellectum quod est unum, est ipsa natura, vel quidditas rei. De rebus enim est scientia naturalis et aliæ scientiæ, non de speciebus intellectis. Si enim intellectum esset non ipsa natura lapidis, quæ est in rebus, sed species quæ est in intellectu, sequeretur quod ego non intelligerem rem quæ est lapis, sed solum intentionem quæ est abstracta à lapide. Sed verum est quod lapidis natura prout est in singularibus, est intellecta in potentia, sed fit intellecta in actu per hoc quod species à rebus sensibilibus mediantibus sensibus usque ad phantasiam perveniunt, et per virtutem intellectus agentis species intelligibiles abstrahuntur quæ sunt in intellectu possibili. Hæ autem species non se habent, ad intel-

lectum possibilem, ut intellecta, sed sicut etiam species quæ sunt in visu non sunt ipsa visa, sed ea quibus visus videt, nisi in quantum intellectus reflectitur supra seipsum, quod in sensu accidere non potest.

Si autem intelligere esset actio transiens in exteriorem materiam, sicut comburere et movere, sequeretur quod intelligere esset secundum modum quo natura realiter habet esse in singularibus, sicut combustio ignis est secundum modum combustibilis. Sed quia intelligere est actio in ipso intelligente manens, ut Aristoteles dicit IX. *Metaphys.*, sequitur, quod intelligere sit secundum modum intelligentis, id est secundum exigentiam speciei, qua intellectus intelligit. Hæc autem cum sit abstracta à principiis individuans, non representat rem secundum condiciones in-

mais seulement la nature en général. Car rien n'empêche, si deux choses sont unies dans un objet, que l'une d'elles puisse arriver aux sens sans l'autre; ainsi la couleur du miel ou d'un fruit peut frapper les regards, sans que le goût soit affecté de leur saveur.

C'est donc une même chose qui est conçue par vous et par moi, mais elle l'est autrement par vous et autrement par moi, c'est-à-dire par une autre idée intelligente; autre est l'acte de mon intelligence, autre est celui de votre intelligence, autre est mon intellect, autre est le vôtre. C'est ce qui fait dire à Aristote qu'il y a une science particulière quant au sujet, comme on dit que la connoissance de la grammaire qu'a une personne est dans son esprit, mais non dans sa personne. En sorte que quand mon intellect sent qu'il comprend, il a l'idée d'un acte personnel et singulier, mais quand il voit simplement comprendre, il conçoit quelque chose en général, car l'individualisation ne répugne pas à l'intelligibilité, mais seulement la matérialité. Or comme il y a des individualités immatérielles, comme nous l'avons dit plus haut, des substances séparées, rien n'empêche de concevoir de telles individualités. On voit de là comment la même science peut être dans le disciple et le maître. Elle est la même quant à l'objet connu, mais non quant aux idées intelligibles, par lesquelles la science arrive à l'esprit de l'un et de l'autre. Sous ce rapport, la science est individualisée en vous et en moi, et il n'est pas nécessaire que la science qu'a le disciple lui soit donnée par le maître, comme l'eau reçoit la chaleur du feu, mais comme la santé qui est dans un remède, de la santé qui est dans l'idée du médecin. Car, de même qu'il y a dans le malade un principe naturel de santé, auquel le médecin donne des moyens pour perfec-

dividuales, sed secundum naturam universalem tantum. Nihil enim prohibet si aliqua duo contunguntur in re, quin unum eorum representari possit etiam in sensu sine altero : unde color mellis, vel pomi, videtur à visu sine ejus sapore. Sic igitur intellectus intelligit naturam universalem per abstractionem ab individualibus principis. Est ergo unum quod intelligitur à me et à te, sed alio intelligitur à me, et alio à te, id est, alia specie intelligibili, et aliud est intelligere meum, et aliud tuum. Alius est intellectus meus, et alius tuus. Unde et Aristoteles in *Prædicamentis*, dicit : « aliquam scientiam esse singularem, quantum ab subjectum, » ut quædam Grammatica in subjecto quidem est in anima, de subjecto vero nullo dicitur. Unde et intellectus meus quando intelligit se intelligere, intelligit quemdam singularem actum : quando autem intelligit intelligere

simpliciter, intelligit aliquid universale : non enim singularitas repugnat intelligibilitati, sed materialitas.

Unde cum sint aliqua singularia immaterialia, sicut de substantiis separatis supra dictum est, nihil prohibet hujusmodi singularia intelligi. Ex hoc autem apparet, quomodo sit eadem scientia in discipulo et doctore. Est enim eadem quantum ad rem scitam, non tamen quantum ad species intelligibles quibus uterque intelligit. Quantum enim ad hoc individuatur scientia in me et in illo; nec oportet quod scientia quæ est in discipulo causetur à scientia quæ est in magistro, sicut calor aquæ à calore ignis, sed sicut sanitas quæ est in materia, à sanitate quæ est in anima medici. Sicut enim in infirmo est principium naturale sanitatis, qui medicus auxilia subministrat ad sanitatem perficiendam : ita in discipulo est principium naturalis scien-

tionner la santé, de même y a-t-il dans le disciple le principe naturel de la science, qui est l'intellect actif et les premiers principes innés. Le maître lui vient en aide en déduisant les conséquences des principes naturels; de même le médecin cherche à guérir par les moyens qu'emploie la nature, c'est-à-dire par le froid et le chaud, et le maître conduit à la science par les mêmes voies que suivroit celui qui la découvreroit lui-même, c'est-à-dire en procédant du connu à l'inconnu; et de même que ce n'est pas la puissance du médecin qui rend la santé au malade, mais les forces de la nature, ainsi le disciple acquiert la science par ses propres facultés, et non en raison de celles du maître.

L'objection qu'on fait ensuite, que s'il restoit plusieurs substances intellectuelles après la destruction des corps, elles seroient sans but, comme le dit Aristote au onzième livre de sa Métaphysique, si les substances séparées n'animoient point de corps, se résout facilement, si on fait attention aux paroles d'Aristote. Car il dit avant de donner cette raison, « il faut laisser à de plus savants de dire pourquoi il est raisonnable d'admettre tant de substances et de principes immuables. » D'où l'on peut voir qu'il n'admet point de nécessité, mais une certaine probabilité. Ensuite, comme ce qui n'atteint pas le but auquel il est destiné, est inutile, on ne peut pas dire, même sous la simple probabilité, que les substances séparées seroient inutiles, si elles n'animoient point de corps, à moins qu'on admette que la fin des substances séparées est l'animation des corps, ce qui est tout-à-fait impossible, puisque la fin vaut mieux que les moyens. Donc Aristote ne veut point dire qu'elles seroient inutiles, si elles n'animoient point de corps, mais que toute substance immortelle a un but excellent par

tiæ, scilicet intellectus agens, et prima Principia per se nota. Doctor autem subministrat quædam adminicula deducendo consequens ex principiis per se notis, unde et medicus nititur sanare eo modo quo natura sanaret, scilicet calefaciendo et frigidando, et magister eodem modo inducit ad scientiam quo inveniens per seipsum scientiam acquireret, procedendo scilicet de notis ad ignota, et sicut sanitas infirmo fit non secundum potestatem medici, sed secundum facultatem naturæ, ita et scientia causatur in discipulo non secundum virtutem magistri, sed secundum facultatem addiscentis.

Quod autem ulterius objiciunt, quod si remaneret plures substantiæ intellectuales destructis corporibus, sequeretur quod essent otiosæ: sicut Aristoteles in XI. *Metaphys.*, argumentatur, quod si essent substantiæ separatæ non moventes corpus es-

sent otiosæ; si bene litteram Aristotelis considerassent, de facili possent dissolvere. Nam Aristoteles antequam hanc rationem inducat, præmittit: « Quare et substantias et principia immobilia tot esse rationale est suscipere, necessarium enim dimittatur fortioribus dicere. » Ex quo patet, quod ipse probabilitatem quamdam sequitur, non necessitatem inducit: deinde cum otiosum sit quod non pertingit ad finem ad quem est, non potest dici etiam probabiliter quod substantiæ separatæ essent otiosæ, si non moverent corpora, nisi forte dicatur quod motus corporum sint fines substantiarum separatarum, quod est omnino impossibile, cum finis sit potior his quæ sunt ad finem. Unde nec Aristoteles inducit, quod essent otiosæ si non moverent corpora, sed quod omnem substantiam impassibilem secundum se optimum finem sortitam esse oportet aestimare. Est enim

elle-même. Car la perfection d'une chose consiste à être non-seulement bonne en soi, mais encore à communiquer ses qualités aux autres. Or on ne sait pas comment les substances séparées communiquent la bonté aux êtres qui leur sont inférieurs, si ce n'est par le mouvement de certains corps; aussi c'est de là qu'Aristote déduit une espèce de probabilité qu'il n'y a d'autres substances séparées que celles que l'on connoît par les mouvements des corps célestes, bien que ceci ne soit pas nécessaire, comme il l'avoue lui-même.

Nous avouons que l'ame humaine séparée du corps n'a pas sa dernière perfection, puisqu'elle est une partie de la nature humaine. Car la partie n'est pas parfaite tant qu'elle est séparée du tout. Mais elle n'est pas inutile pour cela, parce que la fin de l'ame humaine n'est pas d'animer les corps, mais sa fin est l'intelligence, en laquelle consiste sa félicité, comme Aristote le prouve dans le dixième livre de sa Morale. Nos adversaires veulent appuyer leur erreur en disant que s'il y avoit plusieurs intellects pour plusieurs hommes, comme l'intellect est incorruptible, il s'ensuivroit qu'il y en auroit une infinité, puisque, d'après l'opinion d'Aristote, le monde est éternel, et qu'il y a toujours eu des hommes. Algazel répond ainsi dans sa Métaphysique : « Que dans ces deux cas, ce qui aura été sans l'autre, c'est-à-dire la quantité ou le nombre sans ordre, ne peut être sans l'infinité, comme le mouvement du ciel. » Il ajoute encore : « Nous convenons également que les ames humaines, qui sont susceptibles d'être séparées des corps, sont infinies en nombre, quoiqu'elles aient l'être simultanément, parce qu'il n'y a pas entre elles d'ordre naturel, en dehors duquel elles cessent d'être des ames, parce qu'il n'y en a aucune qui soit le principe des autres, puisqu'elles n'ont entre elles ni

perfectissimum uniuscujusque rei, ut non solum sit in se bonum, sed ut bonitatem aliis causet. Non erat autem manifestum qualiter substantiæ separatæ causarent bonitatem in inferioribus, nisi per motum aliquorum corporum, unde ex hoc Aristoteles quamdam probabilem rationem assumit ad ostendendum quod non sunt aliquæ substantiæ separatæ nisi quæ per motus celestium corporum manifestantur, quamvis hoc necessitatem non habeat, ut ipsemet dicit. Concedimus autem quod anima humana à corpore separatæ non habent ultimam perfectionem suæ naturæ, cum sit pars naturæ humanæ. Nulla enim pars habet omnimodam perfectionem, si à toto separetur.

Non autem propter hoc est frustra, quia non est animæ humanæ finis movere corpus, sed intelligere, in quo est sua felicitas, ut Aristoteles probat in X. *Ethic.* Ob-

jiciunt etiam ad sui erroris assertionem, quod si intellectus essent plures plurium hominum, cum intellectus sit incorruptibilis, sequeretur quod actu essent infiniti intellectus, secundum positionem Aristotelis, qui posuit mundum æternum, et homines semper fuisse. Ad hanc autem objectionem sic respondet Algazel in sua *Metaphys.* Dicit enim quod « in quocumque fuerit unum istorum sine alio, id est quantitas, vel multitudo sine orline, infinitas non removebitur ab eo sicut à motu cæli. » Et postea subdit : « Similiter etiam animas humanas quæ sunt separabiles à corporibus per mortem, concedimus esse infinitas numero, quamvis habeant esse simul, quoniam non est inter eas ordiuatio naturalis, quare mota desinant esse animæ, eo quod nullæ earum sunt causæ aliis, sed simul suut sine prius et posterius natura et situ. » Non enim intelligitur in eis prius et pos-

priorité, ni postériorité de nature et de position. » Car elles n'ont point d'antériorité et de postériorité les unes à l'égard des autres, quant au temps de leur création. Or dans leurs essences, en tant qu'essences, il n'y a aucun rang, puisqu'elles sont égales en être, mais elles ne le sont pas quant aux corps et aux lieux à la cause et l'effet.

Nous ignorons comment Aristote résoudroit ces objections, parce que nous n'avons pas cette partie de sa Métaphysique, qui traite des substances séparées. Car il dit dans son second livre de Physique, « qu'il appartient à la première philosophie d'examiner quelles sont les formes qui sont séparées et séparables quant à la matière. » Il est clair que cette question n'est nullement embarrassante pour les catholiques qui croient que le monde a eu un commencement. Il est évident qu'on dit une fausseté, quand on soutient que les philosophes Arabes et Péripatéticiens admettoient que l'intellect n'étoit pas multiplié à raison du nombre des créatures intelligentes, quoique les Latins ne l'aient pas cru. Algazel étoit Arabe et non Latin. Avicenne, qui étoit Arabe aussi, dit dans son livre de l'Ame : « Donc il n'y a pas une seule ame, mais plusieurs, et son essence est la même. » Pour ne pas passer sans parler des Grecs, nous allons rapporter ce que pense Thémistius dans son commentaire de l'Ame.

Pour résoudre la question qu'il se fait, si l'intellect actif est un ou multiple, il ajoute en réponse : « Faut-il croire qu'il n'y a qu'un intellect illuminateur, ou plusieurs qui sont éclairés, et ensuite plusieurs intellects sous illuminateurs. De même, bien qu'il n'y ait qu'un soleil, la lumière qui en sort et qu'il reflète en est comme séparée et divisée, et est ainsi répandue et distribuée dans divers rayons. C'est pourquoi Aristote ne compare pas l'intellect au soleil, mais à la lumière, tandis que Platon le compare au soleil. Donc les paroles de Thémistius

terius secundum tempus creationis suæ. In essentiis autem earum secundum quod sunt essentiæ, non est ordinatio ullo modo, sed sunt æquales in esse, è contrario spatiis et corporibus et causæ et causato.

Quomodo autem hæc Aristoteles solveret, à nobis sciri non potest, quia illam partem *Metaphysicæ* non habemus, quam fecit de substantiis separatis. Dicit enim Philosophus in II. *Physic.*, quod « de formis quæ sunt separatæ, in materia autem in quantum sunt separabiles, considerare, est opus philosophiæ primæ. » Quidquid autem circa hoc dicatur, manifestum est, quod ex hoc nullam angustiam catholici patiuntur, qui ponunt mundum incepisse. Patet autem falsum esse, quod dicunt hoc fuisse principium apud omnes philosophantes et Arabes et Peripateticos, quod intellectus non multiplicaretur numeraliter,

licet apud Latinos non. Algazel enim Latinus non fuit, sed Arabs, Avicenna etiam qui Arabs fuit, in suo libro *De anima* sic dicit : « Prudentia et stultitia, et opinio et alia his similia non sunt nisi in essentia animæ, ergo anima non est una, sed sunt multæ numero, et ejus species una est, » et ut Græcos non omitteremus, ponenda sunt circa hoc verba Themistii, in Commento *De anima*. Cum enim quæsisset de intellectu agente, utrum sit unus aut plures, subjungit solvens. An primum quidem intellectum illuminantem credi unum oportet, illuminatos vero et subinde illuminantes multos? Quemadmodum quanquam sol est unus, tamen lux quæ de sole prodit et mittitur, quasi abjungitur ab eo et dividitur, atque ita in multos obtutus distrahitur distribuiturque. Quamobrem Aristoteles intellectum non soli, sed lumini com-

prouvent que ni l'intellect actif dont parle Aristote, n'est un et illuminateur, ni que l'intellect possible n'est illuminé; mais il est vrai que le principe illuminateur est un, c'est-à-dire quelque substance séparée, ou Dieu, selon les catholiques, ou l'intelligence suprême, selon Avicenne. Thémistius prouve l'unité de ce principe séparé, par cela même que le maître et le disciple comprennent la même chose. Ce qui n'auroit pas lieu, s'il n'y avoit un seul principe illuminateur. Ce qu'il dit ensuite, que plusieurs ont douté de l'unité de l'intellect possible, est vrai. Il n'ajoute rien de plus sur ce sujet, parce que son intention n'étoit pas de parler des différentes opinions des philosophes, mais d'exposer celles d'Aristote, de Platon et de Théophraste. Et il finit en disant : « J'ai dit cela, pour montrer qu'il faut beaucoup d'étude et de recherches, pour se prononcer sur ce que dit le Philosophe. » Il est temps de faire voir ce que l'on peut recueillir de tout ce que nous avons rapporté de l'opinion d'Aristote, de Théophraste et surtout de Platon. Du reste, ce n'est point ici le lieu, et je laisse à d'autres de dire ce que l'on a pensé de l'ame. Mais je crois qu'il est facile de conclure, d'après les paroles que j'ai citées et l'analyse que j'ai faite de leurs ouvrages, sur cette matière, quelle fut l'opinion d'Aristote, de Théophraste et de Platon. Donc il est évident qu'Aristote, Théophraste et Platon lui-même n'eurent pas pour principe qu'il n'y avoit qu'un intellect possible pour tous les hommes. Il est également facile de voir qu'Averroës expose avec mauvaise foi l'opinion de Thémistius et de Théophraste, sur l'intellect possible et actif. C'est donc à juste titre que nous l'avons appelé le corrupteur de la philosophie péripatéticienne. Aussi il est étonnant que quelques-uns, en voyant seulement le Commentaire d'Averroës, osent soutenir

paravit : Plato autem soli. Ergo patet per verba Themistii, quod nec intellectus agens, de quo Aristoteles loquitur, est unus qui est illustrans, nec etiam possibilis qui est illustratus, sed verum est, quod principium illustrationis est unum, scilicet aliqua substantia separata, vel Deus secundum catholicos, vel intelligentia ultima, secundum Avicennam. Unitatem autem hujus principii separati probat Themistius per hoc, quod docens et addiscens idem intelligit. Quod non esset, nisi esset idem principium illustrans. Sed verum est, quod postea dicit quosdam dubitasse de intellectu possibili utrum sit unus. Nec circa hoc plus loquitur, quia non erat intentio ejus tangere diversas opiniones Philosophorum, sed exponere sententias Aristotelis, Platonis et Theophrasti : unde in fine concludit. Quod dixi pronunciare quidem de eo, quod dicit Philosophus, singularis est

studii et sollicitudinis. Quod autem maxime aliquis utique ex verbis quæ collegimus, accipiat de his sententiam Aristotelis et Theophrasti, magis autem ipsius Platonis hoc promptum est pro palare. Cæterum querere quid quisque de anima senserit, et loci et curæ alterius est. At quanam fuerit opinio Aristotelis, quæ Theophrasti, et quæ etiam Platonis, facile arbitror colligi posse ex verbis his, quæ supra de libris eorum prompsimus, præteximusque. Ergo patet, quod Aristoteles et Theophrastus, et ipse Plato non habuerunt pro principio, quod intellectus possibilis sit unus in omnibus. Patet etiam, quod Averroës perversè refert sententiam Themistii et Theophrasti de intellectu possibili et agente : unde merito supra diximus eum philosophiæ Peripateticæ perversorem ; unde mirum est quomodo aliqui solum commentum Averroës videntes, prouun-

qu'il a écrit que tous les philosophes Grecs ou Arabes, excepté les Latins, pensoient ainsi. Il est encore plus étonnant, ou plutôt ceci mérite toute notre indignation, qu'un homme, qui se dit chrétien, ose parler avec tant d'irrévérence de la foi chrétienne. Par exemple, lorsqu'on vient nous dire que les Latins n'admettent point ceci dans leurs principes, c'est-à-dire qu'il n'y a qu'un seul intellect, parce que leur religion s'y oppose.

Il y a deux maux en cela : d'abord, on doute si c'est contre la foi ; secondement, parce qu'on insinue qu'on n'est point de cette religion, et parce qu'ensuite on ajoute peu après : Voilà la raison pour laquelle les catholiques semblent penser de la sorte, où on appelle seulement opinion un article de foi. Ce qui suit accuse encore une plus grande témérité, savoir, que Dieu ne peut pas faire qu'il y ait plusieurs intellects, parce que ceci implique contradiction. Mais ce qu'on ajoute plus bas est bien plus grave : la raison me fait croire nécessairement qu'il n'y a qu'un intellect, mais par la foi, je crois fermement le contraire. Donc on pense que la foi nous impose des croyances dont le contraire est une conclusion nécessaire. Or, comme il n'y a pas de conclusion nécessaire, à moins d'une vérité nécessaire, dont le contraire est faux et impossible, il s'ensuit, d'après ce dire, que la foi a pour objet le faux et l'impossible, ce que Dieu même ne peut pas faire et ce qui blesse des oreilles catholiques. Ce qui est encore audacieusement téméraire, c'est de mettre en doute non des questions de philosophie, mais des articles de foi, par exemple, si l'ame souffre du feu de l'enfer, et soutenir que l'opinion des docteurs, à cet égard, doit être réprouvée. On pourroit donc ainsi soumettre au jugement de la raison, les mystères de la Trinité, de l'Incarnation, et autres semblables, dont on ne sauroit parler qu'en bégayant !

ciare præsumunt, quod ipse dicit hoc sensisse omnes Philosophos Græcos et Arabes, præter Latinos. Est etiam majori admiratione vel etiam indignatione dignum, quod aliquis Christianum se profitens tam irreverenter de Christiana fide loqui præsumerit. Sicut cum dicit, quod Latini pro principiis eorum hoc non recipiunt, scilicet quod si unus intellectus tantum, quia forte lex eorum est in contrarium.

Ubi duo sunt mala. Primo, quia dubitat an hoc sit contra fidem. Secundo, quia alienum se innuit ab hac lege, et quod post modum dicit ; hæc est ratio per quam Catholici videntur habere hanc positionem. Ubi sententiam fidei positionem nominat. Nec minoris præsumptionis est, quod postmodum asserere audeat Deum facere non posse, quod sint multi intellectus, quia implicat contradictionem. Adhuc autem

gravius est, quod postmodum dicit. Per rationem concludo de necessitate, quod intellectus est unus numero, firmiter tamen teneo oppositum per fidem. Ergo sentit, quod fides sit de aliquibus, quorum contraria de necessitate concludi possunt. Cum autem de necessitate concludi non possit, nisi verum necessarium cujus oppositum est falsum et impossibile, sequitur secundum ejus dictum, quod fides sit de falso et impossibili. Quod etiam Deus facere non potest. Quod fidelium aures ferre non possunt : non caret etiam magna temeritate, quod de his quæ ad Philosophiam non pertinent, sed sunt puræ fidei, disputare præsumit, sicut quod anima patiatur ab igne inferni, et dicere sententias doctorum de hoc esse reprobandas. Pari ergo ratione posset disputare de Trinitate, de incarnatione et aliis hujusmodi, de quibus non nisi balbutiens loqueretur.

Voilà ce que nous avons écrit pour réfuter l'erreur que nous avons exposée, non par les enseignements de la foi, mais par les paroles et les raisonnements des philosophes. Que si quelqu'un, fier de son faux savoir, veut combattre ce que nous avons dit, qu'il ne nous attaque pas dans l'ombre, ni en présence d'enfants qui ne sont pas capables de décider des questions difficiles, mais qu'il lance, s'il en a le courage, un écrit dans le public, et il trouvera non-seulement moi, qui suis le dernier de tous, mais beaucoup d'autres écrivains, nobles tenants de la vérité, qui sauront réfuter ses erreurs et éclairer son ignorance.

Fin du divin seizième Opuscule du bienheureux Thomas d'Aquin, sur l'unité de l'intellect, contre les disciples d'Averroës, qui prétendent qu'il n'y a qu'un seul intellect pour tous les hommes.

BANDEL. Curé. Chanoine honoraire de Limoges.

<p>Hæc igitur sunt quæ in destructionem prædicti erroris conscripsimus, non per documenta fidei, sed per ipsorum Philosophorum rationes et dicta. Si quis autem gloriabundus de falsi nominis scientia velit contra hæc quæ scripsimus aliquid dicere, non loquatur in angulis, nec coram pueris qui nesciunt de causis arduis indicare, sed contra hoc scriptum scribat, si audeat, et</p>	<p>inveniet non solum me, qui aliorum sum minimus, sed multos alios, qui veritatis sunt cultores, per quos ejus errori resistetur, vel ignorantia consuletur.</p> <p><i>Explicit divinum Opusculum sextundecimum beati Thomæ Aquinatis de unitate intellectus, contra Averroystas dicentes unum esse intellectum omnium hominum.</i></p>
---	--

OPUSCULE XVII.

TRAITÉ DU MÊME DOCTEUR CONTRE L'ERREUR PESTIFÉRÉE DE CEUX QUI EMPÊCHENT LES HOMMES D'ENTRER EN RELIGION, DANS LEQUEL L'AUTEUR EXPOSE SA MANIÈRE DE VOIR.

CHAPITRE PREMIER.

Le but de la religion chrétienne paroît être, surtout, d'éloigner les hommes des objets terrestres, pour les attacher davantage aux objets spirituels. De là, Jésus-Christ, auteur et consommateur de la foi, venant en ce monde, a appris aux fidèles et par ses paroles et par sa conduite à mépriser les choses du siècle. Il l'a d'abord fait par sa conduite, parce que, comme le dit saint Augustin dans son livre pour catéchiser les ignorants : « Le Seigneur Jésus fait homme a méprisé les biens de la terre, pour montrer qu'on devoit les mépriser, et il en a supporté tous les maux, afin qu'on n'y cherchât pas le bonheur, ni qu'on craignît d'y trouver l'infortune. » Né en effet d'une mère qui conçut sans avoir été souillée par l'homme et qui demeura toujours pure, elle étoit cependant mariée à un artisan, il fit disparaître toute marque de noblesse charnelle. Né dans la ville de Bethléem, qui parmi toutes les villes de la Judée étoit la plus petite, sa volonté fut que personne ne se glorifiât de la grandeur d'une cité terrestre. Il s'est fait pauvre lui, le créateur de toutes choses, lui à qui tout appartient, de peur que quiconque croiroit n'osât s'élever à l'occasion des richesses

OPUSCULUM XVII.

EJUSDEM DOCTORIS OPUS CONTRA PESTIFERAM DOCTRINAM RETRAHENTIUM HOMINES A RELIGIONIS INGRESSU, IN QUO AUTHORIS INTENTIO MANIFESTATUR.

CAPUT I.

Christianæ religionis propositum in hoc præcipue videtur consistere, ut à terrenis homines abstrahat, et spiritualibus faciat esse intentos. Hinc est, quod auctor fidei et consummator Jesus in hunc mundum veniens sæcularium rerum contemptum et facto et verbo suis fidelibus demonstravit. Facto siquidem, quia sicut dicit Augustinus in libro *De catechizandis rudibus*. Omnia bona terræ contempsit homo factus Dominus Jesus, ut contemnenda monstraret,

et omnia terrena mala sustinuit quæ sustinenda præcipiebat, ut neque in illis quæretur felicitas: neque in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quamvis a viro intacta concepit semperque intacta permanserit, tamen fabro desponsata erat, omnem typum carnalis nobilitatis extinxit. Natus in civitate Bethleem, quæ inter omnes Judææ civitates erat exigua, noluit quemquam de terrenæ civitatis sublimitate gloriari. Pauper factus est, cujus sunt omnia, et per quem facta sunt omnia, ne quisquam cum in eum crederet.

terrestres. Il ne permit pas que les hommes le fissent roi, parce qu'il leur apprenoit la voie de l'humilité. Il eut faim, lui, qui rassasie toutes les créatures; il eut soif, lui par qui toute boisson a été créée; il fut fatigué par le chemin, lui qui s'est fait la voie qui nous conduit au ciel; il a été crucifié, lui, qui a mis fin à nos tourments; il est mort, lui, qui a ressuscité les morts. Ses paroles nous donnent le même enseignement, car dès le début de sa prédication, c'est le royaume des cieux qu'il promet à ceux qui font pénitence, et il ne promet jamais, comme dans l'ancien Testament, quelques royaumes terrestres. Il apprit à ses disciples que la première béatitude consiste dans la pauvreté d'esprit. C'est aussi en elle qu'est, dit-il, être le chemin de la perfection, répondant à un jeune homme qui l'interrogeoit : « Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous avez, donnez-le aux pauvres, venez et suivez-moi. » C'est cette voie qu'ont suivies ses disciples, vivant comme si temporellement ils ne possédoient rien, mais comme ayant tout par la vertu spirituelle. Ayant la nourriture et le vêtement ils étoient contents. Mais ce désir pieux et salutaire, le démon, cet ennemi du salut des hommes, ne cesse depuis les temps les plus reculés, de l'entraver par les hommes charnels, ennemis de la croix de Jésus-Christ et sages de la terre. Saint Augustin dit en effet dans son livre de la conduite des chrétiens : « L'homme et la femme, et tout âge et toute dignité du siècle, ont été changés à l'aspect de la vie éternelle. Les uns négligent les biens temporels, se précipitent vers les spirituels, les autres cèdent à leurs vertus, ceux qui se conduisent de la sorte louent ce qu'ils n'osent imiter. Mais il en est encore un petit nombre qui murmurent et sont tourmentés d'une folle envie, ou ce sont ceux qui cherchent dans l'Eglise leur propre bien qui est de paroître catholiques, ou ce sont les hérétiques qui cherchent leur gloire dans le nom même de Jésus-Christ. Ils s'en éleva autre fois du nombre de ceux-ci

de terrenis divitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis ostendebat viam. Esurivit qui omnes pascebat, sitivit, per quem omnis potus creatus, ab itinere fatigatus est, qui seipsum nobis viam fecit in cœlum, crucifixus est, qui cruciatus nostros finivit, mortuus est, qui mortuos suscitavit : hoc idem in verbis ostendit, nam in suæ prædicationis exordio, non aliqua regna terrena, sicut in veteri testamento, sed regnum cœlorum pœnitentibus repromisit, discipulis primam beatitudinem in spiritu paupertate constituit, in qua etiam perfectionis iter esse monstravit, dicens quærenti juveni : « Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quæ habes et da pauperibus, et veni sequere me. » Hanc viam ejus discipuli sunt

secuti, tanquam temporaliter nihil habentes, sed spiritali virtute omnia possidentes. Habentes enim alimenta et quibus tegebantur, his erant contenti. Hoc autem tam pium tanque salubre studium diabolus humanæ salutis æmulus, per homines carnales inimicos crucis Christi terrena sapientes, ab antiquis temporibus impedire non cessat. Dicit enim Augustinus in libro *De agone Christiano* : « Masculi et fœminæ et omnis ætas et omnis sæculi dignitas, ad speciem vitæ æternæ commutata est. Alii neglectis temporalibus bonis, convolant ad divina, alii cedunt eorum virtutibus, qui hæc faciunt, et laudant, quod imitari non audent. Pauci autem adhuc murmurant et inani livore torquentur, aut qui sua quærent in ecclesia quam Catholici videantur,

en divers lieux; tous étoient en proie au même délire; c'étoit Jovien à Rome, Vigilance dans les Gaules qui jusque-là n'avoient point été soumises au monstre de l'erreur. Le premier avoit la présomption d'égaliser à la virginité l'état de mariage; le second, à la pauvreté l'état des richesses; perfidie manifeste, qui anéantissoit les conseils évangéliques dans toute leur étendue. Si en effet on met sur la même ligne les richesses et la pauvreté, la virginité et le mariage, c'est inutilement que le Seigneur a donné le conseil de garder la pauvreté et son Apôtre la virginité. C'est dans ce but que l'illustre docteur saint Jérôme a réfuté l'une et l'autre erreur d'une manière efficace. Mais comme on le lit dans l'Apocalypse, une des têtes de la bête qui avoit été comme coupée, est guérie de la blessure mortelle qu'elle avoit reçue. De nouveaux Vigilances s'élèvent dans les Gaules, qui par la ruse éloignent, et cela de diverses manières, les hommes de l'observance des conseils. Ils soutiennent d'abord que personne ne doit s'imposer l'observation des conseils par l'entrée en religion, que, préalablement il ne soit exercé à garder les commandements. Leur assertion ferme la voie de la perfection et aux enfants et aux pécheurs et aux nouveaux convertis. Ils ajoutent de plus, que personne ne doit entrer dans la voie de l'observation des conseils, sans avoir d'abord pris l'avis d'un grand nombre de personnes; il n'est pas un homme sensé qui ne voie quels obstacles ou prépare aux hommes qui veulent prendre la voie de la perfection, vu que les conseils des hommes charnels, dont le nombre est de beaucoup plus grand, éloignent bien plutôt des choses spirituelles les hommes, qu'ils ne l'y portent. Ils s'efforcent de plus d'entraver l'obligation où est l'homme d'entrer en religion, obligation qui fortifie son esprit pour entrer dans la voie de la perfection. Enfin, ils ne

aut ex ipso Christi nomine gloriam quærentes hæretici. » Ex horum siquidem numero insurrexerunt ab olim diversis quidem locis, sed pari vesania Jovinianus Romæ, Vigilantius in Gallia, quæ antea errorum monstris caruerant, quorum primus virginitati matrimonium, secundus paupertati, divitum statum præsumpserunt æquare, manifesta perfidia, evangelica et apostolica consilia, quantum in ipsis est, reddentes inania. Si enim divitiæ paupertati, virginitati matrimonium comparantur ex æquo, frustra vel Dominus de paupertate servanda, vel ejus Apostolus de virginitate custodienda, dedit consilium. Unde insignis doctor Hieronymus utrumque eorum efficaciter confutavit.

Sed sicut in *Apocalypsi* legitur, unum de capitibus bestię, quod quasi occisum fuerat, à plaga suæ mortis curatur. Insurgunt enim iterato in Gallia novi Vigilant-

tii, à consiliorum observantia multipliciter et astute homines retrahentes. Primo namque proponunt, nullos consiliorum observantiam per religionis introitum debere assumere, nisi prius in mandatorum observantia exercitatos, per quorum dictum et pueris et peccatoribus, et noviter conversis ad fidem arripiendæ perfectionis via præcluditur. Addunt insuper, quod consiliorum viam nullus debeat assumere, nisi prius multorum consilio requisito, per quod quantum impedimentum assumendæ perfectioni paretur hominibus, nullus sanæ mentis ignorat, dum carnalium hominum consilia, quorum major est numerus, facilius à spiritualibus homines retrahunt, quam inducant. Conantur insuper impedire obligationem hominum ad religionis ingressum, quam firmatur animus ad perfectionis viam assumendam. Demum paupertatis affectioni derogare multipliciter non

rougissent pas de déroger d'une foule de manières à l'affection de la pauvreté. Pharaon fut l'image de leurs cruels efforts, lui qui, comme il est écrit au livre de l'Exode, ch. V, réprimandoit Moïse et Araon qui vouloient tirer le peuple de Dieu de l'Égypte : « Pourquoi, dit-il, Moïse et Araon, attirez-vous le peuple loin de son travail. » Origène dit dans son commentaire sur ce point : « Aujourd'hui, si Moïse et Araon, c'est-à-dire, la parole du Prophète et du Prêtre sollicitent l'ame au service de Dieu, à quitter le siècle, à renoncer à tout ce qu'elle possède, à s'appliquer à l'observation de la loi et de la parole de Dieu ; vous entendez aussitôt les amis de Pharaon s'écrier d'une voix unanime : Voyez comme ils séduisent les hommes, comme ils pervertissent les adolescents. Et il ajoute ensuite : « Les paroles que Pharaon faisoit alors entendre, sont celles que redisent maintenant ses amis. » Ce sont donc là les conseils par lesquels ils s'efforcent d'entraver le progrès de ceux qui tendent à la perfection. Mais suivant le sentiment de Salomon, il n'est pas de conseil contre Dieu duquel, aidés du secours des armes spirituelles qui sont sa puissance, nous ne puissions triompher : efforçons-nous de décréditer ces conseils dont nous avons parlé, ainsi que la superbe de la présomption qui s'élève contre la science de Dieu.

Nous traiterons donc dans l'ordre suivant, de chacun des points dont nous venons de parler. Nous dirons d'abord les choses sur lesquelles ils s'efforcent de fonder leur sentiment, ensuite nous tacherons de montrer ce qu'il y a dans chacune d'elles qui répugne à la vérité et de quelle manière, vu que celle-ci est conforme à la piété ; nous montrerons ensuite que les raisons dont ils se servent pour prouver leur assertion sont vaines et frivoles.

verentur. Horum autem conatum nefarium præfiguravit Pharaon, qui, ut legitur *Exod.*, V, oburgans Moysen et Aaron volentes populum Dei Ægypto educere : « Quare, inquit, Moyses et Aaron, sollicitatis populum ab operibus suis? » Ubi dicit Glossa Origenis : « Hodie quoque si Moyses et Aaron, id est, propheticus et sacerdotalis sermo animam sollicitet ad servitium Dei, exire de sæculo, renuntiare omnibus quæ possidet, attendere legi et verbo Dei, continuo audies unanimes et amicos Pharaonis dicentes : « Videte quomodo seducuntur homines et pervertuntur adolescentes. » Et postea subdit : « Hæc erant tunc verba Pharaonis, hæc nunc amici ejus loquuntur. Hæc igitur sunt eorum consilia quibus im-

pedire conantur, tendentium ad perfectionem profectum. » Sed secundum Salomonis sententiam, non est consilium contra Dominum, de cujus confisi auxilio spiritualibus armis quæ sunt potentia Deo, prædicta consilia nitentur destruere et præsumptionis altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.

De singulis igitur præmissorum hoc ordine prosequemur, ut primo ponamus ea quibus suam intentionem fundare nituntur, post hæc ostendere conabimur secundum quid et quomodo singulorum prædictorum repugnat veritati, quæ secundum pietatem est, deinde ostendemus ea quibus utuntur ad suæ opinionis assertionem, inania et frivola esse.

CHAPITRE II.

Raisons au moyen desquelles ils s'efforcent d'établir qu'il est des personnes qui ne doivent être admises en religion qu'après avoir été exercées sur les commandements.

Mais ils s'efforcent d'une foule de manières, de montrer que les hommes ne doivent embrasser les conseils que quand ils se sont exercés à garder les préceptes. Notre Sauveur en effet, quand il a donné le conseil d'embrasser la pauvreté, a d'abord proposé à un jeune homme, que s'il vouloit entrer dans la vie, il eût à garder les commandements; et comme ce jeune homme lui avouoit qu'il les avoit observés, il lui donna le conseil de garder la pauvreté. Il suit donc de là que, l'observation des préceptes doit précéder la voie des conseils. Ils tirent la même conséquence de ce que dit saint Matthieu dans son dernier chapitre : « Leur enseignant à garder tout ce que je vous ai commandé. » Bède dit dans son commentaire, « l'ordre convenable est : Premièrement, d'instruire celui qui écoute, ensuite de le pénétrer des mystères de la foi, et alors de lui apprendre à garder les commandements. » De là, ils veulent tirer cette conséquence; c'est qu'il faut garder les commandements avant d'embrasser les conseils. On lit encore dans le Psaume CXVIII : « J'ai compris par vos commandements. » Le commentateur dit sur ce point : « Je ne dis pas que j'ai compris les commandements eux-mêmes, mais j'ai compris par eux; parce que celui-ci en les observant est parvenu au sommet de la sagesse. De ceci ils veulent tirer la même conséquence que plus haut. Ils déduisent la même chose de ce qui est dit ailleurs, Psaume CXXX : « Que mon ame soit réduite au même état que l'enfant lorsque la mère l'a sevré. » Le commentateur dit : « Comme il y a cinq temps dans la génération et l'alimentation de la chair, il en est de même de la partie spirituelle.

CAPUT II.

Rationes quibus astruere quidam nituntur, non deberi aliquos ad religionem admitti antequam fuerint in præceptis exercitati.

Nituntur autem ostendere multipliciter, quod consiliorum viam non debent arripere nisi prius fuerint in observantia mandatorum exercitati. Salvator enim noster ubi consilium de paupertate sectanda dedit, primo adolescenti proposuit, ut si vellet vitam ingredi, servaret mandata, et tunc profitenti se à juventute mandata servasse, consilium servandæ paupertatis dedit. Videtur igitur quod observantia mandatorum viam consiliorum præcedere debeat. Item inducunt quod *Matth.*, ult., super illud : « Docentes eos servare omnia quæcumque

mandavi vobis, » dicit Glossa Bedæ : « Congruus ordo. Primo enim docendus est auditor, deinde fidei sacramentis imbuendus, tunc ad servanda mandata instruendus. » Ex quo volunt accipere, quod observantia mandatorum præcedere debeat consiliorum assumptionem. Adhuc in *Psal.* CXVIII legitur : « A mandatis tuis intellexi. » Ubi dicit Glossa : « Non mandata ipsa dico me intellexisse, sed à mandatis, quia ea faciendo venit iste ad altitudinem sapientiæ. » Ex quo etiam idem quod prius volunt concludere. Item inducunt quod alibi in *Psal.* CXXX, super illud : « Sicut ablactatus est super matre sua, » dicit Glossa : « Sicut quinque tempora notantur in carnali procreatione et alitione, ita et in spirituali.

« Nous sommes d'abord conçus dans le sein de notre mère, nous y sommes ensuite nourris jusqu'à ce que nous naissions à la lumière; puis notre mère nous porte dans ses bras et nous nourrit de son lait jusqu'à ce que nous ayant sevrés nous prenions place à la table paternelle; » il ajoute après: « La sainte Eglise observe en effet cinq temps. » L'Eglise conçoit en quelque sorte l'enfance dans la quatrième série de la quatrième semaine. Alors en effet ils sont en quelque manière imbus du christianisme par l'exorcisme et la catéchisation; ils sont ensuite comme nourris dans le sein de l'Eglise jusqu'au samedi saint, où par le baptême ils sont comme engendrés à la lumière; puis ils sont comme portés dans les bras de l'Eglise et nourris de son lait jusqu'à la Pentecôte; dans ce temps il n'y a plus rien de difficile, il n'est besoin ni de se lever la nuit, ni de jeûner. Après cela confirmés par le divin Paraclet, ils commencent à jeûner et à observer les autres points difficiles de la loi.

Mais un grand nombre de personnes, tels que les hérétiques et les schismatiques pervertissent cet ordre, et se sèvent avant le temps, ce qui occasionne leur mort. Comme donc il est plus difficile de garder les conseils que les commandements, il paroît être pervers l'ordre par lequel l'homme qui ne s'est pas encore exercé à observer les commandements, veut suivre les conseils. Ils tentent encore de prouver leur assertion par l'ordre des miracles par lesquels le Sauveur a nourri les foules. On lit premièrement en effet dans saint Matthieu, ch. XIV : « Il a rassasié cinq mille hommes avec cinq pains et deux poissons; » ensuite comme on le voit dans saint Matthieu, ch. XV : « Il en a dans une autre circonstance rassasié quatre mille, au moyen de sept pains et de sept poissons. » Les cinq mille signifient ceux qui sous l'habit séculier savent user avec justice des biens extérieurs. Les

» Prius enim concipimur in utero; deinde ibidem alimur, donec in lucem edamur; deinde manibus matris gestamur et lacte nutrimur quousque ablactati ad mensam patris accedamus. » Et postea subdit : « Hæc quinque tempora sancta servat Ecclesia. » In quarta enim feria quartæ hebdomadæ, quasi Ecclesiæ infantia concipitur. Tunc enim per exorcismum et catechismum rudimentis christianis imbuuntur. Deinde quasi in utero Ecclesiæ aluntur usque ad sabbatum sanctum, in quo per baptismum ad lucem generantur. Deinde quasi manibus Ecclesiæ gestantur et lacte nutriuntur usque ad Pentecosten, quo tempore nulla difficultia inducuntur, non media nocte surgitur, non jejunatur. Postea Spiritu Paracleto confirmati, quasi ablactati incipiunt jejunare, et alia difficultia servare.

Multi vero hunc ordinem pervertunt, ut

hæretici et schismatici, se ante tempus à lacte separantes : unde exstinguuntur. Cum ergo observatio consiliorum sit difficilior quam observatio mandatorum, videtur perversus esse ordo, et ad hæresim vel schisma pertinere, quod aliquis accedat ad observandum consilia prius in præceptis observandis non exercitatus. Hoc etiam idem probare nituntur per ordinem miraculorum, quibus Salvator turbas pavit. Primo enim, ut legitur *Matth.*, XIV, « satiavit quinque millia hominum ex quinque panibus et duobus piscibus. » Postea vero « satiavit quatuor millia hominum de septem panibus et septem pisciculis, » ut habetur *Matth.*, XV. Significantur autem per quinque millia hi qui in sæculari habitu exterioribus uti recte noverunt. Nam qui mundo integre renuntiant, quatuor millia et septem panibus, id est, evangelica per-

quatre mille et les sept pains sont la figure de ceux qui renoncent complètement au monde, c'est-à-dire qui grands par la perfection évangélique sont réconfortés par la grace spirituelle. De là, ils veulent tirer cette conséquence, c'est qu'il en est quelques-uns qui doivent d'abord se nourrir de l'observation des préceptes, et arriver ensuite à la perfection des conseils. Ils tirent la même conséquence de ce que dit saint Jérôme dans son commentaire sur le premier chap. de saint Matthieu.

« Il est, dit-il, quatre qualités desquelles sont formés les enseignements évangéliques, ce sont les préceptes, les commandements, les témoignages et les exemples. Les préceptes sont la source de la justice, les commandements celle de la charité, les témoignages celle de la foi, les exemples celle de la perfection. » Leur intention est donc de conclure, qu'il faut commencer par la justice des préceptes pour arriver à la perfection des exemples qui leur paroît consister dans les conseils. Ils concluent la même chose de ce que dit saint Grégoire dans son sixième livre de morale, « que, Jacob n'obtint Rachel qu'après s'être uni à Lia; parce que tout homme parfait s'incorpore d'abord à la fécondité de la vie active, avant de s'unir au repos de la vie contemplative. » Les préceptes, eux, nous portent à la vie active, parce que le commentaire du dix-neuvième chap. de saint Matthieu, où sont énumérés les préceptes, dit : « Voici la vie active. » Le commentaire fait aussitôt observer qu'il est dit après, « si vous voulez être parfait etc., voilà la vie contemplative. » Il est prouvé de là, que quelqu'un ne doit passer à l'état de religion qu'après s'être exercé à garder les commandements. Ils s'emparent aussi de ce que dit saint Grégoire sur Ezéchiel : « Personne ne devient parfait de suite, mais dans une conversion sincère, il commence par les plus petites choses pour arriver aux plus grandes. » Les préceptes du décalogue paroissent être ces petites choses et les

fectione sublimes et spirituali gratia reficiuntur. Ex quo volunt accipere, quod prius debent aliqui nutrire in observantia mandatorum, et postmodum perducii ad perfectionem consiliorum.

Item inducunt quod Hieronymus dicit super *Matth.*, in principio : « Quatuor, inquit, sunt qualitates, de quibus sancta evangelica contexitur præcepta, mandata, testimoniâ, exempla, in præceptis justitia, in mandatis charitas, in testimoniis fides, in exemplis perfectio. » Volunt igitur concludere, quod à justitia præceptorum sit procedendum ad perfectionem exemplorum, quæ in consiliis videtur consistere. Inducunt etiam quod Gregorius dicit in VI. *Moral.* : « Post Liæ amplexus, ad Rachelem Jacob pervenit, quia perfectus quisque ad fecunditatem activæ vitæ ante jungitur, et post ad requiem contemplativæ

copulatur. » Status autem religionis qui consiliorum observantiam profitetur, pertinet ad vitam contemplativam. Præcepta autem dirigunt nos ad vitam activam, quia *Matth.*, XIX, ubi enumerantur præcepta legis, dicit Glossa : « Ecce vita activa. » Ubi autem postea subjicitur : « Si vis perfectus esse, etc., » dicit Glossa : « Ecce vita contemplativa. » Non videtur ergo esse transeundum ad religionis statum, nisi prius aliquis fuerit in vita activa exercitatus per observantiam præceptorum. Assumunt etiam quod Gregorius dicit super *Ezech.* : « Nemo repente fit summus, sed in bona conversione à minimis quis inchoat, ut ad magna perveniat. » Minima autem videntur esse præcepta Decalogi, magna autem videntur esse consilia, quæ pertinent ad perfectionem vitæ. Dicit enim Augustinus in lib. *De sermone Domini in*

conseils les grandes, eux qui appartiennent à la perfection de la vie. Saint Augustin dit en effet dans son commentaire du discours du Seigneur, sur la montagne :

« Les préceptes qui se trouvent dans la loi sont réputés les moins importants; pour ceux que Jésus-Christ a enseignés, ils sont tenus pour très-grands. Personne donc ne doit se livrer à l'observation des conseils, sans s'être exercé à celle des préceptes. » Saint Grégoire dit, et il est écrit dans les Décrets, Distinction, XLVIII, *Sicut* : « Nous savons que l'on ne place pas sur des murs nouvellement construits le pied de la charpente qu'ils n'aient perdu leur humidité première, de peur que, chargés avant qu'ils ne soient consolidés, ils n'entraînent la chute de la construction tout entière. » On y lit encore d'après saint Grégoire : « Celui-là cherche à tomber qui veut monter dans un lieu élevé, à travers les précipices, laissant de côté les degrés qui y conduisent. » Ils concluent de là, qu'il est dangereux pour quelqu'un d'avoir la présomption d'atteindre la perfection des conseils, si d'abord il ne s'est exercé à des choses moins difficiles, savoir l'observation des préceptes. Ils ajoutent encore que dans l'ordre de la nature, les préceptes précèdent les conseils comme plus communs et comme ne changeant pas la conséquence d'être. On peut en effet observer les préceptes sans les conseils, mais il est impossible de garder les derniers sans les préceptes. Ce qui fait, disent-ils, qu'il est contre l'ordre de tendre aux conseils avant de s'être livré à l'observation des préceptes. Ils disent de plus que, si les conseils précèdent les préceptes, il n'est pas possible à ceux qui ne les gardent pas de se sauver, parce que, d'après cela, ils ne pourroient même pas observer les préceptes. Telles sont donc les principales raisons au moyen desquelles ils cherchent à établir qu'il n'y a que ceux qui se sont exercés à garder les préceptes qui doivent tenter, par l'entrée en religion, d'atteindre l'état de perfection.

monte : « Illa quæ præcepta sunt in lege, dicuntur minima; quæ autem Christus dicturus est, sunt maxima. Nullus ergo debet ad observantiam majorum, id est consiliorum accedere, nisi prius in minoribus, hoc est præceptis exercitatus. » Item Gregorius dicit et habetur in *Decretis*, dist. 48, cap. *Sicut* : « Scimus quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à novitatis suæ humore siccentur, ne si ante pondera quam solidentur, accipiant, cunctam simul ad terram fabricam deponant. » Ibidem etiam habetur ex dictis Gregorii : « Casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. » Unde concludunt periculosum esse, quod aliquis summam perfectionem consiliorum attin-

gere præsumat, nisi prius in minoribus, hoc est in mandatis fuerit exercitatus. Adjiciunt etiam quod naturæ ordine mandata præcedunt consilia, utpote magis communia, à quibus non convertitur consequentia essendi. Possunt enim præcepta consiliis observari, consilia vero sine præceptis nequaquam. Unde inordinatum esse concludunt ad consilia tendere, non præmisso exercitio mandatorum. Addunt etiam quod si consilia præcepta præcederent, salus esse non posset his qui consilia non observant, quia secundum hoc nec præcepta observare valerent. Hæc igitur sunt quibus maxime utuntur ad ostendendum, quod statum perfectionis per religionis ingressum assumere non debent nisi qui sunt in observantia mandatorum exercitati.

CHAPITRE III.

L'assertion de laquelle nous venons de parler ne concerne pas les enfants.

Et parce que la question présente est une question morale, il faut surtout sur ce point observer si ce que l'on dit s'accorde avec les œuvres : montrons donc d'abord que, ce que nos adversaires s'efforcent d'établir ne concorde nullement avec les œuvres justes. Il y a trois sortes d'hommes qui ne peuvent pas avoir l'exercice des préceptes. Ce sont d'abord les enfants; ils n'ont pu l'avoir à défaut de temps. Ce sont en second lieu, ceux qui se sont récemment convertis; ils ne purent avant s'exercer en aucune manière à observer les préceptes; parce que comme dit l'Apôtre, épître aux Romains, ch. XIV : « Tout ce qui n'est pas de la foi est péché. » Il dit encore, épître aux Hébreux, ch. XI : « Sans la foi, il est impossible de plaire à Dieu. » Troisièmement, ce sont les pécheurs qui ont passé leur vie dans le péché. Il est évident que ce qu'ils soutiennent est faux pour chacune des sortes d'hommes dont nous venons de parler. Si nécessairement en effet l'exercice des préceptes devoit précéder la voie de la perfection que quelqu'un embrasse par son entrée en religion, il seroit contre l'ordre, et l'Eglise ne devoit pas souffrir que les parents, pendant que leurs enfants sont encore jeunes, les offrissent à Dieu en religion, pour les élever dans l'observance des conseils avant qu'ils eussent pu s'exercer à garder les préceptes : cependant la coutume de l'Eglise dont l'autorité est grande, est contraire; l'Ecriture nous fournit aussi une foule de preuves opposées. Saint Grégoire dit en effet et on lit, livre vingtième, question première, chapitre *Addidistis*, « si un père où une mère ont soumis dès leurs jeunes ans leur fils ou leur fille à la dis-

CAPUT III.

Quod prædicta assertio locum non habet in pueris.

Et quia præsens quæstio ad mores pertinet, in quibus præcipue considerandum est, utrum quod dicitur, operibus congruat, ostendamus, primo hoc quod asserere nituntur à rectis operibus discordatæ. Sunt autem tria genera hominum, qui præceptorum exercitationem non habent. Primo quidem pueri, qui propter defectum temporis mandatorum exercitium non potuerunt habere. Secundo, sunt nuper ad fidem conversi, antequam nullum in præceptorum observantia exercitium esse potest, quia « omne quod non est ex fide, peccatum est, » ut Apostolus dicit, *ad Rom.*, XIV; et « sine fide impossibile est placere Deo, » ut dicitur *ad Hebr.*, XI. Tertio,

peccatores qui in peccatis vitam duxerunt. In singulis autem præmissorum generibus manifeste apparet falsum esse quod dicitur. Si enim ex necessitate præceptorum viam consiliorum præcederet, quam quis arripit per religionis ingressum, inordinatum valde esset, nec ab Ecclesia sustinendum, quod parentes pueros in annis minoribus constitutos, offerant Deo in religione nutriendos sub consiliorum observantia, antequam in præceptis exercitari potuerint, ejus contrarium et Ecclesiæ consuetudo habet, quæ maximum habet auctoritatis pondus, et multipliciter Scripturarum auctoritatibus comprobatur. Dicit enim Gregorius et habetur XX, quæstione prima, cap. *Addidistis* : « Si pater vel mater filium filiamve intra septa monasterii in infantia annis sub regulari tradiderunt disciplina, utrum liceat eis postquam pubertatis an-

cipline de la règle dans une communauté religieuse, nous ne voulons nullement traiter la question de savoir si, après avoir atteint l'âge de puberté, il leur est permis d'en sortir et de contracter mariage; peu importe à la question s'ils sont obligés d'observer perpétuellement la règle; parce que si l'exercice des préceptes avoit dû nécessairement précéder celui des conseils, il n'eût été nullement permis d'appliquer à l'exercice des conseils ceux qui préalablement n'auroient pas pratiqué les préceptes. Mais cette coutume de confier les enfants à des communautés religieuses est établie à la fois et par les statuts ecclésiastiques et par l'exemple des saints.

Saint Grégoire raconte dans son second livre des Dialogues que les nobles et les hommes pieux de la ville de Rome, commencèrent d'accourir vers saint Benoît et de lui confier leurs enfants pour qu'il les nourrit dans le service de Dieu tout-puissant. Alors aussi Euticius lui confia son fils Maurus, jeune homme de grande espérance; le patricien Tertulus lui confia Placide; comme Maurus le plus jeune d'entre eux brilloit par ses bonnes mœurs, il devint l'aide de son maître; pour Placide il menoit encore la vie d'un enfant. Le bienheureux Benoît, lui-même, enfant encore, méprisant les études littéraires, après avoir quitté la maison paternelle et renoncé à la fortune de son père, désireux de plaire à Dieu seul, chercha un état où il pût converser saintement, ainsi que nous l'apprend saint Grégoire dans le même livre. On y trouve aussi que cette coutume vient des Apôtres. Saint Denis à la fin de sa Hiérarchie ecclésiastique dit : « Les enfants poussés en haut vers un état saint en contracteront l'habitude, éloignés de toute erreur, et exempts des souillures du monde. Cette pensée est venue à l'esprit de nos divins chefs, et il leur a paru bon de recevoir les enfants. » Bien que saint Denis ne parle ici que de la réception des enfants dans

nos impleverint, egredi et matrimonio copulari, hoc omnino devitamus;» nec refert quantum ad propositum pertinet, utrum sint obligati ad regularem observantiam perpetuo tenendam, quia si præceptorum exercitium ex necessitate observantiam consiliorum præcederet, nullo modo liceret regulari consiliorum observantiæ aliquos applicare, qui nondum essent in præceptis exercitati. Hæc autem consuetudo pueros religioni tradendi non solum ecclesiasticis statutis quam pluribus, sed etiam sanctorum exemplis comprobatur. Narrat enim Gregorius in II. *Dialog.* lib., quod « cœperunt ad beatum Benedictum Romanæ urbis nobiles et religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. » Tunc quoque bonæ spei suas soboles Euticius Maurum, Tertulus vero Patricius Placidum tradidit : ex quibus Maurus

junior cum bonis polleret moribus, magistri adjutor cœpit existere. Placidus vero puerilis adhuc indolis annos gerebat. Ipse etiam beatus Benedictus adhuc puer existens, despectis litterarum studiis, relicta domo, rebusque patris, soli Deo placere desiderans sanctæ conversationis habitum quæsit, ut Gregorius in eodem libro narrat. Hic etiam mos ab ipsis Apostolis sumpsisse invenitur exordium. Dicit enim Dionysius in fine *Eccles. hierarch.* : « Sursum acti infantes ad habitum sanctum habebunt consuetudinem ab omni semoti errore, et immundæ vitæ expertes. Hoc divinis nostris ducibus ad mentem venit, et visum est suscipere infantes. » Et quamvis ibi loquatur Dionysius de fuscatione infantium ad christianam religionem in baptismo assumendam, tamen ratio ibi inducta etiam proposito competit, quia

la religion chrétienne par le baptême, la raison cependant qu'il en apporte convient aussi à notre assertion, parce que dans l'un et l'autre cas, il est avantageux d'élever les enfants dans la pratique des choses que plus tard ils devront observer, afin qu'ils y soient formés. Et pour aller plus loin, cette assertion est prouvée par l'autorité du Maître lui-même. On lit en effet dans saint Matthieu, ch. XIX, « que des enfants furent présentés à Jésus-Christ afin qu'il les bénit et qu'il pria sur eux, mais ses disciples les grondoient ; Jésus leur dit : laissez les petits enfants, ne les empêchez pas de venir à moi, le royaume des cieux est peuplé d'enfants. » Saint Chrysostôme dit sur ce point : « Quel est celui qui méritera d'approcher Jésus-Christ, si on éloigne de lui l'enfance candide ? S'ils doivent devenir saints, pourquoi empêchez-vous les enfants de s'approcher de leur père ? S'ils doivent devenir pécheurs, pourquoi les condamnez-vous avant d'avoir vu leurs fautes ? » Il est évident en effet que l'homme s'approche surtout de Jésus-Christ par la voie des conseils, ainsi que nous l'apprend saint Matthieu, ch. XIX, par ces paroles : « Vendez tout ce que vous avez, donnez-le aux pauvres et suivez-moi. » Il ne faut donc pas empêcher les enfants de s'approcher de Jésus-Christ par l'observation des conseils. Mais comme dit Origène sur le même endroit, « il en est quelques-uns qui, avant d'apprendre la justice envers les enfants, blâment ceux qui par une doctrine simple offrent à Jésus-Christ les petits enfants et ceux qui sont un peu plus grands, c'est-à-dire, ceux qui sont moins instruits. » Le Seigneur exhortant ses disciples qui déjà étoient hommes, de condescendre aux besoins des enfants, leur recommande de se faire enfants avec les enfants, afin de les lui gagner. « Le royaume des cieux est peuplé d'enfants. » Lui-même, tout Dieu qu'il étoit, il s'est fait enfant. Nous devons observer de ne pas dédaigner, par l'appréciation d'une sagesse plus parfaite, comme grands les petits enfants de l'Eglise, les

utrobique pueros expedit nutriri in his quæ postmodum sunt observaturi, ut ad horum habitus informetur. Et ut ulterius procedatur, hoc etiam ipsius Domini autoritate firmatur. Legitur enim *Matth.*, XIX, quod « oblati sunt Christo parvuli, ut inanus eis imponeret et oraret; discipuli autem increpabant eos. Jesus autem ait eis: Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire. Talium est enim regnum cælorum. » Ubi dicit Chrysostomus: « Quis mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infantia? Nam si sancti futuri sunt, quid negatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, ut quid sententiam condemnationis profertis antequam culpam videatis? » Manifestum est autem quod maxime appropinquat homo Christo

per viam consiliorum, secundum illud *Matth.*, XIX: « Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et sequere me. » Non sunt igitur pueri retrahendi, ne per observantiam consiliorum Christo appropinquent. Sed sicut Origenes ibidem dicit, quidam priusquam discant rationem justitiæ, de pueris reprehendunt eos qui per simplicem doctrinam pueros et infantes, id est, minus adhuc eruditos offerunt Christo. Dominus autem hortans discipulos suos viros jam constitutos condescendere utilitatibus puerorum, ut flant pueris quasi pueri, ut pueros lucentur, dicit: « Talium esse regnum cælorum. » Nam et ipse cum in forma Dei esset, factus est puer. Hoc ergo debemus attendere, ne æstimatione sapientiæ excellentioris contempnamus quasi

empêchant de venir à Jésus-Christ. Et pour nous étendre encore à des autorités qui nous appartiennent, on lit de saint Jean-Baptiste en saint Luc, ch. I : « L'enfant croissoit, et il étoit fortifié par l'esprit, et il étoit dans le désert jusqu'au jour de sa manifestation au peuple d'Israël. » Bède dit sur ces paroles : « Prédicateur futur de la pénitence, pour soustraire plus facilement ses auditeurs aux atteintes du monde en les instruisant, il passe la première partie de sa vie dans le désert, de peur, comme le dit saint Grégoire de Nysse, qu'accoutumé aux faussetés de ce genre qui se glissent par les sens, il ne commît quelque confusion ou quelque erreur dans le discernement du bien véritable. Et pour cela les grâces furent si abondantes en lui, qu'il en reçut plus que les Prophètes, parce que depuis le commencement jusqu'à la fin, il offrit anx regards de Dieu son désir pur et exempt de toute passion. »

Il n'est donc pas seulement permis, mais il est même avantageux à quelqu'un de quitter dès l'enfance le siècle, et de vivre dans le désert de la religion, afin de bien mériter une grace plus abondante. C'est pour cela qu'il est écrit dans les Lamentations de Jérémie, ch. III : « Il est bon à l'homme de porter le joug dès sa jeunesse. » La cause paroît en venir de ce qui suit : « Et il s'associera seul, et il se taira, parce qu'il s'est imposé ce joug ; » il nous est par-là donné de comprendre que ceux qui, dès leur jeunesse, s'imposent à eux-mêmes le joug de la religion qu'ils portent sur eux, sont plus aptes à garder les observances de la religion qui consistent dans le repos et le silence, loin des soucis et du tumulte du monde, suivant ces paroles du livre des Proverbes, ch. XXII : « Le jeune homme suit sa première voie, il ne la quittera même pas dans sa vieillesse. » De là vient ce que dit saint Anselme dans son livre des Similitudes ; il compare aux anges ceux qui, dès leur enfance, sont élevés dans les monastères ; pour

magni pusillos Ecclesiæ prohibentes pueros venire ad Jesum. Et ut adhuc ad propria nos extendamus, de Joanne Baptista legitur *Luc.*, I : « Puer crecebat, et confortabatur spiritu, et erat in desertis usque ad diem ostensionis suæ ad Israel. » Ubi dicit Beda : « Prædicator penitentiae futurus, ut liberius auditores suos à mundi illecebris erudiendo subtollat, primævam in desertis transegit vitam, ne, ut Gregorius Nysenus dicit, hujusmodi fallaciis quæ per sensus ingeruntur, assuetus, quamdam confusionem ac errorem incurreret erga veri boni discretionem : et ideo ad tantum divinarum gratiarum elevatus est apicem, ut plusquam prophetis sibi gratia infunderetur, quia mundus experts cujuslibet passionis desiderium suum à principio usque

ad finem divinis aspectibus obtulit. » Non solum igitur licitum est, sed etiam valde expediens ad majorem gratiam optime promerendam, ut aliqui à pueritia sæculum deserentes, in deserto religionis vivant. Unde *Thren.*, III, dicitur : « Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua. » Et causa videtur assignari, cum subditur : « Sedebit solitarius, et tacebit, quia levabit se super se ; » per quod datur intelligi, qui ab adolescentia sua jugum religionis portando se super se levant, ad observantias religionis, quæ in quiete consistit, à mundanis curis, et silentio, à turbaram tumultibus magis redduntur idonei, secundum illud *Proverb.*, XXII : « Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. » Et inde est quod An-

ceux qui se convertissent après dans un âge plus avancé, il les compare aux hommes. Cette assertion est confirmée non-seulement par l'autorité de l'Écriture, mais encore par le sentiment des philosophes. Le Philosophe dit dans le deuxième livre de l'Éthique : « Il n'y a pas peu de différence à accoutumer de suite l'enfant à vivre de telle ou telle manière; mais bien plutôt elle est grande, totale, c'est-à-dire que tout consiste en ce que quelques enfants soient instruits dès leur enfance sur ce qu'ils doivent observer pendant leur vie. » Le même Philosophe dit dans le huitième livre de sa Politique que « le législateur doit surtout s'occuper de l'éducation à donner aux jeunes enfants, qu'il faut instruire chacun suivant sa qualité. » L'habitude où sont les hommes de se livrer dès leur jeunesse aux emplois ou aux arts qu'ils doivent exercer pendant leur vie en est aussi une preuve manifeste. Comme il faut élever dès leur enfance dans la cléricature ceux qui doivent être clercs, il faut de même élever dans l'exercice militaire ceux qui doivent être soldats, ainsi que le dit Végétius dans son Traité de l'art militaire, et ceux qui doivent être forgerons, en leur apprenant leur art dès l'enfance. Pourquoi donc la règle ne seroit-elle en défaut que sur ce point, à savoir que ceux qui doivent être religieux ne puissent, dès leur jeune âge, s'exercer aux pratiques religieuses? Bien plus, il est nécessaire, quand une chose est plus difficile, que l'homme s'accoutume dès ses jeunes ans avec plus de soin à en porter le poids. Ainsi donc, il est évident que leur assertion ne peut concerner les enfants, quand ils disent qu'il faut s'exercer à garder les commandements avant de passer aux conseils en entrant en religion.

selmus in lib. *De similitudinibus*, eos qui sunt à pueritia in monasteriis nutriti, angelis comparat; eos vero qui postmodum imperfecta ætate convertuntur, hominibus. Hoc etiam non solum sacræ Scripturæ authoritatibus, sed etiam philosophorum sententiis confirmatur. Dicit enim Philosophus in II. *Ethic.*: « Non parum differt sic vel sic ex juvene confestim assuescieri; sed multo magis aut omne, id est totum in hoc consistit, quod aliqui à pueritia erudiantur in hoc quod per totam vitam debetur servare. » Et in VIII. *Polit.* dicit idem Philosophus, quod « legislatori maxime negotiandum est circa juvenum disciplinam, quos oportet erudire secundum quod convenit ad unamquamque qualitatem. » Hoc etiam ex communi hominum consuetudine manifeste apparet, secundum

quam homines à pueritia applicantur in illis officiis vel artibus, in quibus vitam sunt acturi. Sicut qui futuri sunt clerici, mox à pueritia in clericali erudiantur; qui futuri sunt milites, oportet quod à pueritia in militaribus exercitiis nutriantur, sicut Vegetius dicit in libro *De re militari* qui futuri sunt fabri, fabrilem artem à pueritia discunt. Cur igitur in hoc solo regula fallat, ut qui futuri sunt religiosi, non à pueritia in religione exercentur? Quinimmo necesse est ut quanto aliquid est difficilius, tanto ad illud portandum magis homo à pueritia consuescat. Sic igitur manifeste apparet, quod in pueris locum non habet, quod dicunt oportere aliquem prius in mandatis exerceri, quam ad consilia transeat, religionem intrando.

CHAPITRE IV.

Que l'assertion sus-énoncée ne concerne pas les nouveaux convertis à la foi.

Il nous faut voir maintenant si ce qu'ils disent peut s'appliquer à ceux qui sont nouvellement convertis. Il paroît absurde de prime-abord de leur interdire l'état de religion avant de s'être exercés sur les préceptes; puisqu'il est constant que les disciples de Jésus-Christ, aussitôt après leur conversion à la foi, furent admis dans le collège du même Jésus-Christ, dans lequel apparut le premier modèle des conseils de la perfection, et qui, à coup sûr, l'emporta sur quelque état religieux que ce soit. Paul lui-même, le dernier des Apôtres par sa conversion, le premier dans la prédication, à peine converti à la foi, embrassa la voie de la perfection évangélique. Il dit dans son Epître aux Galates, chap. 1^{er} : « Mais lorsqu'il a plu à Dieu qui m'a choisi particulièrement dès le ventre de ma mère, et qu'il m'a appelé par sa grace, de me révéler son Fils, afin que je l'annonçasse parmi les nations, je l'ai fait aussitôt sans prendre conseil de la chair et du sang. » L'exemple de Jésus-Christ lui-même nous le prouve. On lit, en effet, dans saint Matthieu, ch. IV, « qu'après son baptême Jésus-Christ fut conduit dans le désert par l'esprit, » comme le dit le commentaire, « alors, c'est-à-dire après le baptême, prêchant aux baptisés qu'ils doivent quitter le monde et s'occuper en repos de Dieu. » Cette vérité est encore établie par l'exemple louable d'un grand nombre qui, aussitôt après s'être convertis de l'infidélité, quelle qu'elle soit, à la foi de Jésus-Christ, entrent en religion. Quel est le contradicteur assez méchant pour oser leur conseiller de rester dans le monde, plutôt que de s'appliquer à garder, dans l'état religieux,

CAPUT IV.

Quod prædicta assertio locum non habet in his qui de novo convertuntur ad fidem.

Nunc videre oportet, utrum hoc locum habere possit in his qui nuper ad fidem sunt conversi, quibus si quis religionis habitum interdicit tanquam in præceptis non exercitatis, primo aspectu absurdum apparet, cum constat Christi discipulos statim in sua conversione ad fidem, esse assumptos ad Christi collegium, in quo primum exemplar consiliorum perfectionis apparuit, et absque dubio cujuscumque religionis statum excessit. Ipse quoque Paulus inter Apostolos conversione novissimus, prædicatione primus statim ad fidem conversus, viam perfectionis evangelicæ sumpsit. Dicit enim *ad Galat.*, I : « Cum

autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, ut vocaret per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carni et sanguini. » Hoc etiam ex ipsius Christi exemplo nobis ostenditur. Legitur enim *Matth.*, IV, post baptismum Christi, quod « tunc Jesus ductus est in desertum à Spiritu ; » ut dicit Glossa : « Tunc, id est, post baptismum, docens baptizatos de mundo exire, et in quiete Deo vacare. » Hoc etiam ex multorum laudabili consuetudine approbatur : qui ab infidelitate quacumque ad fidem Christi conversi, statim habitum religionis assumunt. Quis autem erit tam impiohus disputator, qui audeat eis consulere, ut potius in sæculo remaneant, quam in religione perceptam baptismi gratiam stu-

la grace qu'ils ont reçue dans le baptême? Quel est l'homme d'un esprit sensé qui détournera de ce propos celui qui, par le baptême, a revêtu Jésus-Christ, de peur qu'il soit digne de le revêtir par une parfaite imitation? Il est donc encore évident pour cette seconde espèce d'hommes, que ce qu'ils disent, à savoir, qu'il faut éloigner de l'entrée en religion ceux qui ne se sont pas auparavant exercés sur les préceptes, est tout-à-fait déraisonnable et digne de pitié.

CHAPITRE V.

Que l'assertion énoncée plus haut ne peut pas s'appliquer aux pécheurs convertis par la pénitence.

Voyons enfin si ce qu'ils disent peut s'appliquer au troisième genre d'hommes, c'est-à-dire à ceux qui font pénitence de leurs péchés et qui ne sont pas encore exercés sur les commandements. Il semble qu'ici on peut rapporter ce qui est écrit dans l'Évangile, touchant la conversion de saint Matthieu, que le Seigneur appela à sa suite de l'emploi lucratif qu'il occupoit, et qui, bien qu'il ne fût pas de suite mis au nombre des Apôtres, ne laissa cependant pas d'embrasser aussitôt la perfection des conseils. Il est dit en saint Luc, ch. V, « qu'ayant tout laissé, il se leva et le suivit; » et, comme ajoute saint Ambroise sur le même passage, « celui qui enlevait le bien d'autrui laissa le sien propre. »

Il est évident, d'après cela, que les pécheurs qui se repentent, quelque grands que soient les péchés qu'ils ont commis, peuvent embrasser la voie des conseils. Bien plus, pour dire la vérité d'une manière plus expresse, il leur est surtout avantageux d'embrasser la voie des conseils pour arriver à la perfection. Saint Grégoire, exposant dans une Homélie ce que nous lisons dans saint Luc, chap. III : « Faites de dignes fruits de pénitence, » s'exprime comme il suit :

deant conservare? Quis sanæ mentis ab hoc proposito eum impediât, ne Christum quem per sacramentum baptismi jam induit, perfecta imitatione induere mereantur? Apparet igitur et in hoc secundo hominum genere derisibile omnino esse, quod dicunt homines ab ingressu religionis arcendos ante exercitium præceptorum.

CAPUT V.

Quod prædicta assertio locum non habet in peccatoribus per penitentiam conversis.

Denique videamus, an in tertio genere hominum, scilicet de peccatis penitentium nondum in præceptis exercitatorum, conveniens esse possit quod dicunt. Ubi assumendum videtur, quod in Evangelio legi-

tur de conversione Matthæi, quem Dominus de telonei lucris ad sui-sequelam vocavit, et quamvis non statim sit in apostolatam assumptus, statim tamen consiliorum perfectionem assumpsit. Dicitur enim *Luc.*, V, quod « relictis omnibus, surgens secutus est eum; » et sicut Ambrosius ibidem dicit, « propria dereliquit, qui rapiebat aliena. » Ex quo manifeste apparet, quod statim penitentes post quamcumque immanitatem peccatorum, viam consiliorum possunt arripere. Quinimmo ut verius dicatur, eis competit ad perfectionem viam consiliorum assumere. Gregorius enim in quadam Homilia exponens illud quod habetur *Luc.*, III : « Facite dignos fructus penitentiam, » dicit : « Quisquis illicita nulla commisit,

« Quiconque n'a pas commis de fautes peut de droit user des choses licites. » Mais si quelqu'un est tombé dans le péché, il doit autant se priver des choses licites, qu'il se souvient en avoir fait d'illicites; » et après cela il ajoute, « par cela donc, il est convenable que celui qui s'est causé de plus grands dommages par le péché, cherche de plus grands biens dans la pénitence; comme les hommes, dans l'état de religion, s'abstiennent des choses licites, et qu'ils cherchent l'intérêt des œuvres parfaites; » il est évident que, s'éloignant du péché, ce n'est pas dans l'observation des préceptes qu'ils se sont exercés, mais bien plutôt dans la transgression de ces mêmes préceptes; ils doivent donc embrasser la voie des conseils en entrant en religion, ce qui est l'état parfait de pénitence. De là, comme il est écrit dans la trente-troisième question, chapitre II, commençant par ces mots, *admonere*, le pape Etienne avertit en ces termes un certain Astulfé qui avoit commis des péchés graves : « Recevez avec reconnoissance notre conseil. Entrez dans un monastère, humiliez-vous sous la main de l'abbé, aidé des prières d'un grand nombre de frères; faites en toute simplicité d'esprit ce qui vous sera commandé. » Il ajoute ensuite : « A moins que vous ne veuillez faire une pénitence publique, demeurant chez vous au milieu du monde, ce que vous ne doutez pas devoir être pour vous et plus pénible, et plus dur, et plus grave, nous vous exhortons à agir de la sorte; » il ajoute encore des choses excessivement graves; cependant il dit que l'entrée en religion est plus utile et préférable à tout cela. Ainsi donc il est évident que ceux qui, loin de s'exercer dans l'observation des préceptes, ont vécu dans le péché, sont salutairement instruits d'entrer en religion, eux qui sont détournés de la voie des conseils par l'admirable sagesse de ceux dont le sentiment est réfuté par celui de l'Apôtre, qui dit, Epître aux

huic jure conceditur, ut licitis utatur. At si quis in culpam lapsus est, tanto licita debet abscindere, quanto se meminit illicita perpetrasse; » et postmodum subdit : « Per hoc ergo cujuslibet conscientia convenitur, ut tanto majora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. » Quia igitur in statu religionis homines etiam à licitis abstinere et perfectorum operum lucra quærunt, manifestum est quod à peccatis recedentes non in observantia præceptorum, sed potius in eorum transgressionem exercitati, debent viam consiliorum assumere, religionem intrando, quæ est perfectæ pœnitentiæ status. Unde, ut habetur XXXIII. quæst., II. cap. *admonere*, Stephanus Papa Astulphum quemdam, qui gravia peccata portaverat, admonet dicens : « Placeat tibi consilium

nostrum. Ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis, et multorum fratrum precibus adjutus, observa cuncta simplici animo quæ tibi fuerint imperata; » et postea subdit : « Sin autem pœnitentiam publicam, permanens in domo tua, vel in hoc mundo vis agere quod pejus tibi et gravius esse non dubites, ita ut agere debeas, exhortamur. » Et subjungit quædam gravissima, quibus tamen omnibus et utilius et melius esse dicit religionis ingressum. Sic igitur patet quod non exercitati in præceptis, sed potius in peccatis conversati salubriter admonentur ad religionis ingressum, qui tamen per horum admirabilem sapientiam à consiliis assumendis arcentur, quorum in hoc sententia, Apostoli sententia confutatur, qui dicit, *Rom.*, VI : « Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mem-

Romains, ch. VI : « Je parle humainement à cause de la foiblesse de votre chair. Comme vous avez fait servir les membres de votre corps à l'impureté et à l'injustice pour commettre l'iniquité, faites-les servir maintenant à la justice pour votre sanctification. » Il est dit dans le commentaire sur ce point : « Parce que vous devez plus de soumission à la justice qu'au péché. » Habacuc dit, chap. IV : « Votre esprit vous a porté à vous égarer en vous détournant de Dieu, mais en retournant à lui de nouveau, vous vous porterez avec dix fois plus d'ardeur à le rechercher ; » parce qu'après les péchés par lesquels l'homme s'est éloigné de Dieu transgressant ses préceptes, il doit mettre la main à l'œuvre pour des choses plus importantes, et ne pas se contenter de celles qui le sont moins. L'exemple d'un grand nombre de saints vient à l'appui de notre assertion. Plusieurs, en effet, de l'un et de l'autre sexe, après les crimes et les forfaits les plus graves dans lesquels ils avoient passé leur vie, embrassant immédiatement et sans exercice préalable des préceptes, la voie des conseils, se livrèrent à l'exercice de la religion la plus étroite.

A l'autorité et à l'exemple des saints vient se joindre sur ce point, et pour le prouver, l'enseignement des philosophes. Le Philosophe dit dans son deuxième livre de l'Éthique : « Nous éloignant beaucoup du péché, nous viendrons dans le milieu de la vertu. » Il faut donc que ceux qui se sont éloignés de Dieu par le péché, soient ramenés à la droiture de la justice par la pratique des œuvres parfaites de la vertu. Il demeure donc démontré, d'après ce que nous venons de dire, que dans aucun des genres d'hommes dont il a été question, ne peut avoir lieu ce qu'ils soutiennent, à savoir, qu'il est des personnes qui ne peuvent entrer en religion qu'après s'être exercé dans la pratique des préceptes.

bra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem ; » ubi dicit Glossa : « Humanum dico, quia plus servitutis debetis justitiæ, quam peccato. » Et *Baruch*, IV, dicitur : « Sicut fuit sensus vester, ut erraretis à Deo, decies tantum, iterum convertentes requireretis eum, quia videlicet post peccata quibus homo à Deo recessit, ejus præcepta transgrediens, ad majora debet inanum extendere, et non esse mediocribus contentus. » Huic etiam rei multa exempla sanctorum suffragantur. Plurimi enim utriusque sexus post gravia facinora et flagitia perpetrata, in quibus totam vitam suam consumpse-

rant, statim consiliorum viam assumentes, nullo præmisso præceptorum exercitio religioni arctissimæ se dederunt. Nec solum hoc autoritatibus sanctorum et exemplis, sed etiam philosophicis documentis comprobatur. Dicit enim Philosophus in II. *Ethic.* : « Multum enim abducentes à peccato, in medium veniemus, quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt. » Oportet igitur eos qui per peccata sunt distorti, ad rectitudinem reduci, perfectiora virtutis opera observando. Patet igitur ex præmissis, quod in nullo genere hominum locum habere potest, quod dicunt, non debere aliquos ad religionem transire, nisi prius in præceptis exercitati.

CHAPITRE VI.

Destruction de la source de l'erreur énoncée plus haut.

Il faut, pour extirper radicalement cette erreur, en trouver et la source et l'origine. Cette erreur paroît venir de ce qu'ils estiment que la perfection consiste surtout dans les conseils, et que les préceptes sont disposés pour les conseils, comme l'imparfait l'est pour le parfait, et qu'il est nécessaire de passer des préceptes aux conseils, comme de l'imparfait on arrive au parfait. Mais en énonçant simplement cela des préceptes, ils sont dans l'erreur. Il est manifeste, en effet, que les principaux préceptes sont d'aimer Dieu et le prochain, selon ce que dit le Seigneur en saint Matthieu, chap. XXII : « Vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur, » voilà le premier et le plus grand commandement de la loi ; le second lui est semblable : « Vous aimerez votre prochain comme vous-même. » Mais dans ces deux commandements consiste essentiellement la perfection de la vie chrétienne ; ce qui fait dire à l'Apôtre, Epître aux Colossiens, ch. III : « Ayez par-dessus tout cela la charité qui est le lien de la perfection. » Le commentaire dit sur ce point que toutes les autres choses ne rendent parfait qu'autant qu'elles ont pour but la charité ; mais que, pour elle, elle unit tout ensemble. De là vient que le Seigneur, après avoir donné le précepte de l'amour du prochain, ajoute, comme il est écrit en saint Matthieu, ch. V : « Soyez parfaits comme votre Père céleste est parfait. » Saint Matthieu dit sur cela, chap. XIX : « Voici que nous avons tout laissé et que nous vous avons suivi. » Saint Jérôme dit : « Parce qu'il ne suffit pas de tout quitter, » mais il ajoute, ce qui est la perfection, et nous vous avons suivi. » Les Apôtres suivoient moins le Seigneur par les mouvements du corps

CAPUT VI.

Destructio radicitus erroris præmissi.

Ad hunc autem errorem radicitus extirpandum, oportet ejus radicem sive originem invenire. Videtur autem ex hoc prædictus error procedere, quod existimant in consiliis principaliter perfectionem existere, et præcepta ad consilia ordinari sicut imperfectum ordinatur ad perfectum, et sic necesse fit à præceptis ad consilia transire, sicut ab imperfecto ad perfectum pervenitur. Cum autem hoc simpliciter de præceptis enuntiant, falluntur. Manifestum est enim præcipua præcepta esse de dilectione Dei et proximi, secundum quod Dominus dicit, *Matth.*, XXII, quod primum et maximum mandatum legis est : « Dili-

ges tuos ; » secundum autem simile est huic : « Diliiges proximum tuum sicut teipsum. » In his autem duobus præceptis essentialiter consistit vitæ christianæ perfectio. Unde Apostolus dicit, *ad Coloss.*, III : « Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. » Ubi dicit Glossa, quod « cætera perfectum faciunt, in quantum scilicet ad charitatem ordinantur, charitas autem omnia ligat. » Et inde est quod cum Dominus, *Matth.*, V, præcepta de proximi dilectione dedisset, subjunxit : « Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est ; » et *Matth.*, XIX, super illud : « Ecce nos dereliquimus omnia et secuti sumus te, » dicit Hieronymus : « Quia non sufficit totum relinquere, jungit quod perfectum est, et secuti sumus te. » Sequebantur autem

que par les affections de l'esprit. Ce qui fait dire à saint Ambroise, sur ces paroles de saint Luc, ch. V : « Il lui dit, suivez-moi ; » « qu'il lui commande de le suivre, non pas par les mouvements du corps, mais par les affections de l'esprit. » Il est donc évident que la perfection de la vie chrétienne consiste principalement dans l'affection de l'amour de Dieu. Et cela est raisonnable, parce que la perfection d'une chose consiste à atteindre la fin de cette même chose.

Mais la fin de la vie chrétienne, c'est la charité vers laquelle tout doit tendre, d'après ces paroles de la première Epttre à Timothée, ch. 1^{er} : « La fin du précepte, c'est la charité. » Le commentaire dit sur ce point : « La charité est la fin, la perfection du précepte, c'est-à-dire l'accomplissement de tous les préceptes, c'est l'amour de Dieu et du prochain. » Mais il faut observer qu'il importe de juger différemment de la fin et des moyens qui y conduisent. On peut assigner une certaine mesure aux moyens qui conduisent à la fin, en tant qu'ils conviennent à cette même fin. Pour la fin, elle ne compte aucune mesure, et chacun l'atteint autant qu'il le peut ; comme un médecin modère ses remèdes pour ne pas aller trop loin, et ramène le plus parfaitement qu'il lui est possible la santé. Ainsi donc le précepte de l'amour de Dieu, qui est la fin dernière de la vie chrétienne, ne connaît pas de borne, au point que l'on ne peut pas dire, l'amour de Dieu, qui tombe sous le précepte, doit avoir telle intensité ; mais qu'un plus grand amour, qui tombe sous le précepte, excède les limites du précepte ; mais il est commandé à chacun d'aimer Dieu autant qu'il le peut ; ce que nous apprend la forme même du précepte, lorsqu'il est dit : « Vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur. » Chacun l'observe comme il peut, l'un d'une manière plus parfaite, l'autre d'une manière moins parfaite. Celui-la ne l'observe pas du

Apostoli Dominum, non tam passibus corporis, quam affectibus mentis. Unde super illud *Luc.*, V : « Ait illi : Sequere me, » dicit Ambrosius : « Sequi jubet, non corporis gressu, sed mentis affectu. » Patet igitur quod præcipue in affectu charitatis ad Deum perfectio christianæ vitæ consistit. Et hoc rationabiliter : cujuslibet enim rei perfectio in assentione sui finis consistit. Finis autem christianæ vitæ, est charitas ad quam sunt omnia ordinanda, secundum illud I. *ad Timoth.*, I : « Finis præcepti charitas est. » Ubi dicit Glossa : « Charitas est finis, id est perfectio præcepti, id est præceptorum omnium, quorum impletio est dilectio Dei et proximi. » Oportet autem considerare quod aliter judicandum est de fine et de his quæ sunt ad finem. In his enim quæ sunt ad finem, præfigenda est quædam mensura, secundum quod congruit

fini. Sed circa ipsum finem nulla mensura adhibetur, sed unusquisque ipsum assequitur, quantum potest : sicut medicus medicinam quidem moderatur, ne superexcedat, sanitatem autem inducit quanto perfectius potest. Sic igitur præceptum dilectionis Dei, quod est ultimus finis christianæ vitæ, nullis terminis coarctatur, ut possit dici quod tanta dilectio Dei cadat sub præcepto ; inajor autem dilectio limites præcepti excedens sub consilio cadat ; sed unicuique præcipitur ut Deum diligat quantum potest, quod ex ipsa forma præcepti apparet cum dicitur : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. » Unusquisque autem hoc observat secundum suam mensuram, unus quidem perfectius, alius autem minus perfecte. Ille autem totaliter ab observantia hujus præcepti deficit, qui Deum in suo amore non omnibus

tout qui, dans son amour, ne préfère pas Dieu à tout. Mais celui qui le préfère à tout comme fin dernière, remplit le précepte d'une manière plus ou moins parfaite, selon qu'il est plus ou moins entravé par l'amour des objets étrangers; ce qui fait dire à saint Augustin dans son livre quatre-vingtième, que « le poison de la charité, c'est l'espérance d'acquérir ou de retenir les biens temporels; » ce qu'il faut ainsi interpréter : si on les espère comme fin dernière; son alimient, au contraire, c'est la décroissance de la cupidité : la perfection consiste à ne pas en avoir.

Il est encore un autre moyen d'observer parfaitement ce précepte; mais il ne sauroit être pratiqué par l'homme qui est dans la voie. Saint Augustin dit dans son livre de la Perfection de la justice, « que ce précepte de la perfection de la charité, vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur, etc..., ne s'accomplira d'une manière parfaite que dans cette plénitude de charité qui existe dans la céleste patrie; » il ajoute ensuite : « Pourquoi cette perfection ne seroit-elle pas commandée à l'homme, bien qu'il ne lui soit pas possible de l'avoir dans la vie présente? » Tous les autres préceptes, ainsi que les conseils, sont disposés pour ceux de l'amour de Dieu et du prochain, comme pour leur fin. Ce qui fait dire à saint Augustin dans son Catéchisme : « Toutes les choses que Dieu commande, et parmi lesquelles se trouve celle-ci, vous ne commettrez point l'adultère, et toutes celles qui ne sont point ordonnées, mais vers lesquelles portent les conseils spirituels, et parmi lesquelles se trouve celle-là : Il est bon à l'homme de ne pas toucher la femme, lorsqu'on les rapporte à l'amour de Dieu et du prochain, à cause de Dieu elles obtiennent leur parfait accomplissement. » Cependant autre est la disposition des commandements de la loi par rapport à celui de la charité, autre est celle des conseils. Une chose est disposée (*ad finem*) à

præfert. Qui vero ipsum præfert omnibus, ut ultimum finem, implet quidem præceptum vel perfectius vel minus perfecte, secundum quod magis vel minus detinetur aliarum rerum amore; unde Augustinus dicit in lib. LXXXIII. *Question.* : « Charitatis venenum est spes adipiscendorum, aut retinendorum temporalium, quod est intelligendum, si sperentur tanquam ultimus finis : nutrimentum ejus est imminutio cupiditatis; perfectio, nulla cupiditas. »

Est autem et alius modus perfectus observantiæ hujus præcepti, qui non potest observari in via. Dicit enim Augustinus in libro *De perfectione justitiæ*, quod « in illa plenitudine charitatis quæ erit in patria, charitas præceptum illud implebitur, diliges dominum Deum tuum ex toto corde

tuo, etc., » et postea subdit : « Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita non habeat? » Non enim recte curritur, si quo currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur si nullis præceptis ostenderetur? Ad hæc igitur præcepta dilectionis Dei et proximi omnia alia præcepta et consilia ordinantur, sicut ad finem. Unde Augustinus dicit in *Ench.* : « Quæcumque mandat Deus ex quibus unum est, non mæchaberis, et quæcumque non jubentur, sed spirituali consilio moventur, ex quibus unum est, bonum homini est mulierem non tangere, tunc recte fiunt cum referuntur ad diligendum Deum, et proximum propter Deum. »

Aliter tamen ad præcepta charitatis ordinantur alia præcepta legis : aliter autem

une fin, quand sans elle on ne peut pas l'obtenir, comme la nourriture a pour fin la conservation de la vie; mais une chose est disposée pour la fin (*in finem*), quand par elle on obtient et plus facilement, et plus sûrement, et plus parfaitement cette fin; comme la nourriture nécessairement tend à conserver la vie, la médecine, au contraire, est conservatrice de la santé, elle a pour but de la conserver d'une manière et plus parfaite et plus sûre.

Les autres préceptes de la loi sont donc disposés, relativement à la charité, de la première manière; il ne peut, en effet, nullement remplir les préceptes de la charité, celui qui, ou honore les dieux étrangers, puisque par là il s'éloigne de l'amour de Dieu, ou qui commet le vol ou l'homicide, choses par lesquelles il s'éloigne de l'amour du prochain. Pour les conseils, ils sont disposés, relativement à la charité, de la seconde manière. Quant au conseil de la virginité, c'est le sentiment expresse de l'Apôtre qui montre qu'il est disposé (*ad dilectionem*) à l'amour de Dieu. Il est dit dans la première Epître aux Corinthiens, ch. VII : « Celui qui n'est pas marié s'inquiète des choses de Dieu, comment il lui plaira; pour celui, au contraire, qui est marié, il s'inquiète des choses du monde, comment il plaira à son épouse. » Pour ce qui est du conseil de la pauvreté, le Sauveur dit lui-même qu'il dispose à le suivre, ainsi qu'on le voit dans saint Matthieu, ch. XIX; mais suivre le Sauveur, voilà précisément ce en quoi consiste l'affection de l'amour, comme nous l'avons prouvé. L'affoiblissement de la cupidité, voilà ce qui perfectionne la charité; mais le mépris que l'on a et de la cupidité et de l'amour des richesses, voilà ce qui la diminue, quelquefois même la détruit complètement. Saint Augustin dit dans sa lettre à Paulin et à Théradius que « l'on aime d'une manière plus étroite les biens terrestres que l'on a acquis, que ceux que l'on désire seulement et nous étreignent moins étroi-

consilia. Ad finem enim aliquid ordinatur, ut sine quo finis haberi non potest, sicut cibus ad vitam conservandam, aliquid vero ordinatur ad finem, sicut per quod et facilius, et securius, et perfectius finis obtinetur, sicut ad vitam corporis conservandam ordinatur cibus ex necessitate: medicina vero conservativa sanitatis, ut perfectius et securius sanitas habeatur. Primo ergo modo, ad charitatem ordinantur alia legis præcepta, nullo enim modo potest præcepta charitatis implere, qui vel alios Deos colit, per quod disceditur à Dei dilectione, vel qui homicidium aut furtum committit, quæ dilectioni proximi adversantur. Secundo autem modo ordinantur ad charitatem consilia; et de consilio quidem virginitatis expresse est Apos-

toli sententia ostendentis, quod ad dilectionem Dei ordinatur. Dicit enim I. ad Cor., VII: « Quisine uxore est, sollicitus est quæ sunt Dei quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. » De consilio vero paupertatis ipse Salvator dicit, quod ad sui sequelam ordinantur, ut patet *Matthæi*, XIX. Quæ quidem sequela in affectu charitatis consistit, ut ostensum est. Charitas autem per cupiditatis minutionem perficitur, cupiditas vero et divitiarum amor per abjectionem earum diminuitur, vel etiam totaliter aufertur. Dicit enim Augustinus epistola ad Paulinum et Therasium quod terrena diliguntur arctius adepta, quam concupita constringunt. Aliud est enim jam nolle incor-

tement. Autre chose, en effet, est ne vouloir pas présentement s'incorporer les choses qui manquent, autre chose est se séparer de celles que l'on possède. Mais l'un et l'autre conseil, de la nature de leur institution, portent à l'amour du prochain ; car de même, en effet, que les choses que le Seigneur commande en saint Matthieu, ch. V, comme appartenant à l'amour du prochain, doivent être observées pour la préparation de l'esprit ; il est évident que l'esprit, qui n'a nul souci de ce qui lui est propre, est préparé d'une manière plus parfaite à l'observation de ces mêmes choses. Celui qui, dans son esprit, a résolu de ne rien posséder, est mieux préparé à abandonner sa tunique ou son manteau à celui qui le lui enlève, s'il le faut, que celui qui a l'intention de posséder quelque chose dans le siècle présent. Mais parce que la charité n'est pas seulement la fin, mais encore la source de toutes les vertus et des préceptes qui nous sont donnés touchant les actes de vertu, il s'ensuit que, comme l'homme, par l'observation des conseils, fait plus de progrès dans l'amour de Dieu et du prochain, de même aussi il parvient à observer d'une manière plus exacte les choses qui sont prédisposées de nécessité pour la charité. Celui, en effet, qui s'est proposé de garder la continence ou la pauvreté à cause de Jésus-Christ, est bien plus éloigné de l'adultère et du vol. Dans l'état de religion, on ajoute encore une foule d'observances, telles que les veilles, les jeûnes et l'éloignement de la vie séculière, toutes choses qui éloignent davantage du vice, et qui portent plus facilement à la perfection de la vertu ; et ainsi l'observance des conseils est disposée pour l'observation des autres préceptes ; cependant elle n'y est pas disposée comme (*ad finem*) à sa fin. Un homme, en effet, ne garde pas la continence pour éviter l'adultère, ni la pauvreté pour éviter le vol, mais bien pour s'avancer dans l'amour de Dieu. Les choses les plus importantes ne sont pas disposées pour celles qui le sont moins, comme elles le sont pour la foi (*ad fidem*).

porare quæ desunt, aliud jam incorporata divellere. Utrumque etiam consilium ad dilectionem proximi ordinatur. Cum enim ea quæ Dominus præcepit, *Matth.*, V, ad dilectionem proximi pertinentia, sint in præparatione animi observanda ; manifestum est, quod magis ad horum observantiam præparatur animus qui circa propria non sollicitatur : facilius enim tollenti tunicam et pallium dimittere est paratus, si necesse fuerit, qui nihil habere in suo animo destinavit, quam qui habet animum aliquid in hoc sæculo possidendi. Quia vero charitas non solum finis est, sed etiam radix omnium virtutum, et præceptorum quæ de actibus virtutum dantur, consequens est, ut sicut per consilia homo pro-

ficat ad perfectius diligendum Deum et proximum, ita etiam proficiat ad Perfectius observanda, quæ de necessitate ad charitatem ordinantur. Qui enim continentiam aut paupertatem servare proposuit propter Christum, longius ab adulterio, et furto recessit. Adduntur etiam in religionis statu multæ observantiæ, puta vigiliarum, jejuniorum, et sequestrationis à sæcularium vita, per quæ homines magis à vitiis arcentur, et ad virtutis perfectionem facilius promoventur, et sic consiliorum observatio ad aliorum observantiam præceptorum ordinatur, non tamen ordinatur ad ea sicut ad finem : non enim aliquis virginitatem servat, ut adulterium vitet, vel paupertatem, ut à furto desistat, sed ut in Dei dilectionem profi-

Il est donc évident que les conseils appartiennent à la perfection de la vie, non parce que la perfection consiste surtout dans ces mêmes conseils, mais parce qu'ils sont une voie ou des instruments qui nous conduisent à la perfection de la charité. Ce qui fait dire à saint Augustin dans son livre des Mœurs de l'Eglise, parlant de la vie religieuse : « L'attention tout entière doit veiller à dompter la concupiscence et conserver l'amour des frères. » Il dit encore au même endroit : « On y garde surtout la charité ; la vertu, les entretiens, les habits, les regards mêmes, tout y est adapté à la charité. »

lemnitas ordinis sacri secundum Ecclesie determinationem exigitur ad hujusmodi votum completum pubertatis tempus, id est, in puero quatuordecim annos, et in puella duodecim : ita quod professio ante hoc tempus facta, quantumcumque aliquis sit doli capax, non facit profitentem esse monachum, vel cujuscumque ordinis fratrem. Hoc enim communiter Ecclesia, licet Innocentius III aliter sensisse dicatur.

CAPUT XIII.

Solutio rationum inductarum.

His igitur visis, facile est ad omnia objecta respondere. Quod enim primo inducitur de verbis Prosperi : « Sic jejunare debemus, ut non nos necessitate jejunandi

subdamus, » intelligitur de necessitate coactionis, quæ voluntario repugnat. Unde subdit : « ne jam non devoti sed inviti rem non voluntarie faciamus; » non autem loquitur de necessitate voti, per quam magis augetur devotio quæ à devovendo nominatur.

Quod vero secundo propositum est, quod necessarium est minus meritorium, intelligendum est de necessitate quæ ab aliquo imponitur contra voluntatem ipsius. Sed cum aliquis sibi ipsi necessitatem imponit benefaciendi, ex hoc laudabilior redditur, quia per hoc se facit quodammodo servum justitiæ, ut Apostolus monet *ad Rom.*, VI. Unde et Augustinus dicit in *Epistola ad Paulinam et Armentarium* : « Felix necessitas quæ ad meliora compellit. »

Quant à leur troisième objection, savoir qu'il ne faut pas convertir les juifs contre leur volonté libre, elle n'appartient pas évidemment à la présente proposition. L'affermissement de la volonté dans le bien n'est pas opposé à la liberté de la volonté, autrement Dieu ni les saints n'auroient une volonté libre. La nécessité de coaction qui vient de la violence ou de la crainte est opposée à la liberté; c'est pour cela que le canon *de Judæis* dit distinctement : « Le saint Synode ordonne de ne forcer désormais personne à croire. » Mais le vœu et le serment ne font pas violence à l'homme, ils ne font qu'affermir sa volonté dans le bien. C'est pour cela que le vœu, loin de contrarier la volonté de l'homme, ne fait que l'affermir; et son action dès lors commence à être en rapport avec l'obligation qu'il contracte. Nulle personne sensée, par conséquent, ne peut dire qu'il est illicite d'amener par ce moyen les juifs à s'obliger volontairement par vœu ou par serment à recevoir le baptême.

Pour ce qui est de leur quatrième objection, savoir qu'il arrive quelquefois que ceux qui s'obligent par vœu ou par serment à entrer en religion, se retirent; et que tombant dans le désespoir, ils se livrent à toutes sortes d'iniquités, et qu'ainsi ils deviennent deux fois plus fils de l'enfer que ceux qui les y ont conduits, on la réfute par les paroles de l'Apôtre, qui dit Epître aux Romains, ch. III : « Est-ce que leur incrédulité a anéanti la foi de Dieu. » Nous pouvons de ces paroles tirer cette conséquence : ce n'est pas par cela même que quelques-uns abusent de ce qui est bon, que ceux qui persévèrent dans le bien en éprouvent quelque préjudice. Ainsi qu'il est dit dans le commentaire sur le même passage, ce n'est pas parce que quelques-uns n'ont pas voulu croire, que pour cela il sera porté préjudice aux autres juifs, et qu'ils seront réputés indignes de recevoir ce que Dieu a promis aux fidèles. Ce n'est pas non plus parce que quelques-uns de ceux qui font

Quod vero tertio propositum est de judæis convertendis libera voluntate, patet ad propositum non pertinere. Libertati enim voluntatis non opponitur confirmatio voluntatis in bono : alioquin nec Deus, nec beati liberam voluntatem haberent : opponitur autem ei necessitas coactionis ex violentia vel metu procedens, et ideo signanter dicit Canon de Judæis, « præcipit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. » Per votum autem aut juramentum non infertur homini vis, sed ex eis voluntas hominis confirmatur in bonum, unde per hoc non redditur homo invitus, sed magis firmiter volens, et jam incipit homo quodammodo facere in quantum se obligat ad faciendum. Et per hunc etiam modum nullus sanæ mentis diceret esse

illicitum inducere judæos, ut se propria voluntate obligarent vel juramento, vel voto, ad accipiendum baptismum.

Quod autem quarto propositum est, quod aliquando voto aut juramento se ad religionem obligantes retrocedunt, et in desperationem incidentes tradunt se omni iniquitati, et sic fiunt filii gehennæ duplo, quam illi qui eos inducunt, refellitur per verbum Apostoli quod dicit, *Rom.*, III : « Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit? » Ex quo accipere possumus, quod per hoc, quod quidam bonis abutuntur, nullum fit præjudicium illis qui perseverant in bono. Sicut etiam Glossa dicit ibidem, quod non ideo, quia aliqui judæorum credere noluerunt, idcirco præjudicabitur cæteris judæis, ne digni dicantur

vœu ou qui jurent d'entrer en religion, s'en repentent plus tard et deviennent plus mauvais, qu'il en résulte quelque préjudice pour ceux qui persévèrent dans le vœu qu'ils ont fait; donc ceux qui portent les hommes à faire vœu d'entrer en religion ne les rendent pas, autant qu'il est en leur pouvoir, les fils de l'enfer, mais bien plutôt fils du royaume, surtout comme il y en a plus d'entre eux qui accomplissent leur vœu avançant dans la perfection, qu'il n'y en a qui se retirent y renonçant; à moins que par hasard, ce qu'à Dieu ne plaise, par leurs mauvais exemples ils ne les portassent à pécher; c'est ce que prouvent les commentaires de saint Jérôme et de saint Chrysostôme. Cependant ce que dit saint Paul dans son Epître à Tite, ch. V, paroît venir à l'appui de cette raison: « N'admettez pas les jeunes veuves. » Il en donne la raison lorsqu'il ajoute: « Elles sont dignes de condamnation pour avoir violé leur premier engagement, par lequel elles avoient promis à Dieu la continence. » Mais comme le dit saint Jérôme dans sa lettre sur la monogamie à Gernuchia, l'Apôtre veut un second mariage, préférant la bigame à la fornication, « à cause de celles qui, après avoir commis la fornication, font injure à leur époux Jésus-Christ; » permettant par indulgence, sans l'imposer, ce second mariage; car il vaut mieux être bigame que débauché, avoir un second mari, que d'en avoir plusieurs d'adultères. L'Apôtre ne défend donc pas simplement aux jeunes veuves de faire vœu de continence, puisqu'il dit dans sa première Epître aux Corinthiens, ch. VII: « Qu'il leur est avantageux de persévérer ainsi dans le veuvage; » mais il défend de recevoir aux gages de l'Eglise celles qui vivent dans la licence. C'est ce qui lui fait dire: « N'admettez pas les jeunes veuves qui, après avoir vécu dans la luxure, veulent prendre le Christ pour époux. »

Mais quant à leur sixième objection, à savoir, qu'il est quelques

tur accipere, quod Deus promisit fidelibus. Similiter etiam nec ideo, quia aliqui voventes, vel jurantes religionem intrare, post votum pœnitent et deteriores fiunt, idcirco aliquid præjudicatur illis, qui voventes in voto perseverant, et ideo qui homines inducunt ad vovendum religionis ingressum, non faciunt eos filios gehennæ quantum in eis est, sed potius filios regni, præsertim cum plures ex talibus proficiant votum implentes, quam deficiant à voto recedentes: nisi forte, quod absit, pravis exemplis eos ad peccandum inducerent, ut patet per expositionem Hieronymi et Chrysostomi. Videtur tamen huic rationi suffragari, quod Apostolus dicit I. ad Timot., V: « Adolescentiores viduas devota. » Ut rationem assignat, cum subdit: « Habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt, » qua scilicet Deo

continentiam promiserunt. Sed sicut Hieronymus dicit in *Epistola de Monogamia ad Gernuchiam*: « Propter has quæ fornicatæ sunt in injuriam viri sui Christi fecerunt, » vult Apostolus alterum matrimonium, præferens bigamiam fornicationi, secundum indulgentiam duntaxat, non secundum imperium, quia multo telerabilius est bigamam esse, quam scortum secundum habere virum, quam plures habere adulteros. Non ergo Apostolus prohibet simpliciter adolescententes viduas continentiam vovere: cum I. ad Corinth., VII, dicat, « quod bonum est eis, si sic in viduitate permanerint, » sed eas prohibet recipi ad stipendia Ecclesiæ, quæ in lascivia vivunt. Unde dicit: « Adolescentiores viduas devota, quæ cum luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt. »

Quod vero sexto proponunt, quod aliqui

hommes qui, après avoir fait vœu d'entrer en religion, demeurèrent dans le siècle et furent de bons évêques, cette assertion évidemment est fautive, ainsi que le prouve le décret d'Innocent, lequel traite du vœu et du rachat, où on lit ce qui suit : « Vous nous avez fait savoir par vos lettres que vous aviez fait solennellement dans l'Eglise de Grenoble le vœu de prendre l'habit régulier, et que vous aviez ensuite promis entre les mains de l'évêque de la même Eglise que deux mois après être de retour du siège Apostolique vous accompliriez le vœu que vous avez fait. Et comme après le temps fixé vous n'aviez pas pris soin d'accomplir ce que vous aviez promis par vœu, violant enfin d'une manière flagrante votre vœu, vous avez été appelé au gouvernement de l'Eglise de Genève. » Il est dit plus bas : « Pour nous, nous avons jugé d'après votre explication que, si vous désirez guérir votre conscience, il vous faut résigner le gouvernement de l'Eglise sus-nommée et rendre au Seigneur le vœu que vous lui avez fait. » Il est manifeste, d'après ce que nous venons de voir, qu'ils ne peuvent pas en sûreté de conscience retenir l'Episcopat ou l'Archidiaconat ceux qui ont fait vœu d'entrer en religion, et qu'ainsi, s'ils le retiennent, ils ne sont ni bons évêques, ni bons archidiacres, puisqu'ils transgressent leur vœu.

On répond à leur septième objection, s'avoir qu'il ne faut provoquer personne au service de Dieu par l'intervention des charges qu'il lui sera possible d'obtenir, par le chapitre même qu'ils apportent à leur appui. Il suit en effet, après ce que nous avons rapporté, à moins que par hasard quelqu'un ne se propose en général de nourrir les pauvres, à aucun desquels, de quelque profession qu'ils fussent, on ne refusoit les choses nécessaires à la vie. Il est évident, d'après cela, qu'il ne leur convient nullement de blâmer ceux qui procurent des bourses aux écoliers pauvres et qui les nourrissent pendant leurs études, afin que

post votum de ingressu religionis emissum, in sæculo remanentes facti sunt boni episcopi, manifeste veritati contrariatur, ut patet per decretum Innocentii quæ habetur de voto et voti redemptione, quæ sic dicit : « Per tuas nobis litteras intimasti, te in Gratianopolitana Ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solemniter emisisse, et postea promisisse in manibus prælati ejusdem Ecclesiæ, te infra duos menses postquam ab Apostolica sede redisses, votum, quod emiseras, impleturum. Cumque termino ipso transacto non curasses, quod voveras adimplere, tandem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen Ecclesiæ Gebennensis. » Et infra : « Nos igitur tuæ descriptioni consulimus, ut si tuam sanare desideras conscientiam, regi-

men resignes Ecclesiæ memoratæ, ac reddas Altissimo vota tua. » Ex quo patet manifeste, quod non possunt bona conscientia vel Episcopatum vel Archidiaconatum retinere, qui voverunt religionem intrare, et ita si retinent, non sunt boni Episcopi, vel Archidiaconi, cum sint voti transgressores.

Quod autem septimo propositum est, quod non sunt aliqui ad Dei cultum muneris interventu provocandi, solvitur per idem in cap. quod ad hoc inducunt. Sequitur enim post præmissa, nisi forte de pauperum alimento quis in corde proponat quorum nulli cujuscumque professionis esset, victualia negabantur. Ex quo patet, quod inconvenienter redarguunt eos, qui pauperibus scholaribus bursas procu-

plus tard ils deviennent plus aptes à la religion. Mais quand on conférerait quelques bénéfices temporels à quelqu'un, afin par là de capter son affection et de le porter à mieux faire, cela ne seroit pas défendu ; ce seroit, s'il intervenoit un pacte ou une convention quelconque, une chose illicite. C'est ce qui fait qu'il est ajouté dans le même chapitre : pourvu qu'il n'y ait toutefois aucun pacte, ou toute convention cessant ; autrement, s'il n'étoit pas permis de provoquer quelqu'un par des bénéfices temporels à un bien spirituel quel qu'il soit, il ne seroit pas permis de distribuer, comme on le fait dans quelques Eglises, certaines choses à ceux qui viennent à l'office divin.

Leur huitième objection, qui consiste à dire qu'il est contre la fidélité d'exposer des jeunes gens à des fardeaux trop lourds, tels que les jeûnes, les veilles et autres choses de ce genre, contient une fausseté manifeste. On fait en effet connoître dès le principe à ceux qui sont reçus en religion ou qui y sont obligés, ce qu'il y a de plus difficile. Ce n'est cependant pas agir contre la fidélité, si, pour provoquer quelques individus à la religion dont les difficultés sont manifestement spirituelles, on leur promet les consolations de l'esprit à l'exemple du Seigneur qui disoit : « Chargez-vous de mon joug, et apprenez de moi que je suis doux et humble de cœur, et vous trouverez le repos pour vos ames. » S. Mat., ch. XI. Dans ces paroles, il signale et le fardeau temporel par cela même qu'il dit mon joug, et la consolation spirituelle quand il promet le repos. Saint Augustin dit de là dans son livre de la parole du Seigneur : « Ceux qui ont supporté le joug du Seigneur avec intrépidité, souffrent des périls si grands, qu'ils ne paroissent pas appelés du travail au repos, mais bien du repos au travail. » L'Esprit saint assurément est là qui adoucit, par l'affluence des délices de Dieu et l'espérance de la béatitude future, toutes les souff-

rant, et eos in studio nutriunt, ut postmodum sint religioni aptiores. Sed et si qua alia beneficia terrena alicui conferantur, ut ex hoc ejus familiaritate captata provocetur ad melius, non est illicitum : esset autem illicitum, si aliqua pactio vel conventio interveniret. Unde et in eodem cap. subditur : Dum tamen omnis absit pactio, et omnis cesset conventio : alioquin si non liceret aliquem per temporalia beneficia provocare ad aliquod spirituale bonum, illicitum esset, quod in quibusdam ecclesiis quædam distribuuntur his, qui ad officium divinum accedunt.

Quod vero octavo propositum est contra fidelitatem esse quod juvenes inducantur ad graviora onera, scilicet jejunia, vigiliæ et hujusmodi, manifestam continet falsitatem. His enim quia qui in religione recipiuntur vel ad eam obligantur in prin-

cipio, graviora religionis onera manifestantur. Nec tamen est contra fidelitatem, si ad provocandos aliquos ad religionem cujus asperitates sunt manifeste spirituales, eis alias consolaciones repromittant exemplo Domini qui dicebat *Matth.*, XI : « Tolle jugum meum super vos, et discite à me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. » In quibus verbis et corporale onus signatur, per hoc quod jugum nominat, et spirituales consolatio, in hoc, quod quietem promittit. Unde Augustinus dicit in libro *De verbis Domini* : « Qui jugum Domini intrépida cervice subgerunt, tam difficilia pericula patiuntur, ut non à laboribus ad quietem, sed à quiete ad laborem vocari videantur. » Sed profecto adest Spiritus sanctus, qui in affluentia deliciarum Dei in spe futuræ beatitudinis omnia præsen-

frances présentes, qui révèle ce qu'il y a de grave et de difficile. Ils montrent donc assez leur ignorance touchant les délices spirituelles, en pensant qu'ils sont trompés ceux qui pour Jésus-Christ embrassent des choses pénibles pour le corps.

La neuvième objection qu'ils proposent concerne le statut du pape Innocent, qui ne donne aucune force à leur proposition; la raison, c'est que ce statut a été fait pour le vœu solennel que l'on émet en faisant profession, mais non pour le vœu simple par lequel certaines personnes s'obligent par dévotion à entrer en religion.

Ils objectent en dixième lieu que les parents de ceux qui n'ont pas atteint l'âge de puberté et qui ont fait des vœux de ce genre peuvent les rétracter. Cette objection n'a nulle valeur, car tout ce qui peut être révoqué n'a pas été fait illicitement; autrement il faudroit dire que les mineurs qui n'ont pas vingt-cinq ans ont péché dans ce qu'ils ont fait de contraire à leur intérêt, parce qu'ils peuvent être entièrement réintégrés dans leurs droits. Ainsi donc ceux qui n'ont pas atteint l'âge de puberté ne pèchent pas s'ils font vœu d'entrer en religion ou même s'ils prennent l'habit religieux sans la permission de leurs parents, bien que ces derniers puissent révoquer ce qu'ils ont fait; autrement, si c'étoit un péché, les canons qui donnent aux parents la faculté de le révoquer le défendroient aussi.

Les raisons que onzièmement ils tirent de l'ensemble des décrétales et des sommes des Juristes ne sont d'aucune valeur pour la proposition, parce qu'ils parlent du vœu solennel qui fait ou moine ou profès d'une religion quelconque, sur lequel les docteurs de droit canon ont été divisés d'opinion; bien qu'il semble discordant et dérisoire que des professeurs de la doctrine sacrée apportent comme autorité les petits commentaires des juristes ou disputent sur ces mêmes commentaires.

tia deliniret, aspera et omnia gravia revelaret. Satis ergo spiritualium deliciarum in expertos se indicant, eos decipi arbitantes, qui ea quæ sunt corpori gravia propter Christum suscipiunt.

Quod vero nono propositum est de statuto Innocentii Papæ ad propositum non facit, quia statutum illud est editum de voto solemnii, quod per professionem emittitur, non autem de voto simplici, quo aliqui ad religionem ex devotione se obligant.

Quod vero decimo propositum est posse parentes hujusmodi vota impuberum retractare, efficaciam non habet, non enim omne id quod revocari potest, illicite committitur, alioquin oporteret dicere, quod minores 25 annis peccarent in omnibus quæ cum suo damno facerent, quia pos-

sunt in integrum restitui. Sic igitur impuberes non peccant, si votum religionis emittant, vel si etiam habitum religionis assumant absque parentum licentia, quamvis hoc possit per parentes revocari: alioquin si hoc esset peccatum, prohiberetur per Canones, per quos parentibus revocandi facultas conceditur.

Ea vero quæ undecimo de apparatu decretalium et summis juristarum proponuntur, ad propositum non faciunt, quia loquuntur de voto solemnii, quod monachum facit, vel cujuscumque religionis professum, de quo fuerunt inter Doctores juris Canonici opiniones diversæ: quamvis inconsonum et derisibile videatur, quod sacræ doctrinæ professores juristarum glossulas in auctoritatem inducant, vel de eis disceptent.

La douzième raison qu'ils apportent et qui concerne le jurement n'a non plus aucune valeur pour leur proposition, parce que les canons ne défendent pas aux enfants de jurer, mais ils reconnoissent qu'ils ne sont pas forcés de jurer.

Leur treizième preuve renferme une erreur. Les enfants en effet sont liés par la profession de foi que sacramentellement ils choisirent dans le baptême. Ce qui fait que de nouveau ils peuvent se lier et choisir un état de perfection, quoique cela se dise improprement d'une autre chose, parce que les enfants dans le sacrement même de baptême embrassent la religion chrétienne, et sont rattachés de nouveau à Dieu par le choix qu'ils en font, séparés qu'ils étoient de lui par le péché de leur premier père. Enfin les oreilles pieuses ne peuvent pas tolérer cette conclusion toute profane qui accuse les enfants de folie. Qui pourroit souffrir qu'on accusât de folie le jeune Benoît, qui, ayant quitté la maison paternelle et ses biens, désireux de plaire à Dieu seul, alla chercher l'état d'une conversation sainte et le désert? Quel est celui, à moins qu'il ne soit hérétique, qui osera blasphémer saint Jean-Baptiste, duquel on lit en saint Luc, ch. I : « Qu'enfant il croissoit et étoit conforté par l'Esprit, et il étoit dans le désert jusqu'au jour de sa manifestation au peuple d'Israël. » De tels insulteurs montrent évidemment qu'ils sont imbéciles, puisqu'ils tiennent pour folie ce qui est l'esprit de Dieu, qui, ainsi que le dit saint Ambroise, commentant saint Luc, « n'est pas arrêté par l'âge, n'est pas éteint par le trépas, ni exclu par le sein de la mère. » Et ainsi saint Grégoire dit dans une homélie de la Pentecôte : « c'est lui qui remplit cet enfant qui jouait de la harpe s'accompagnant de la voix et fait un Psalmite, il remplit un pasteur de gros bétail qui déracinoit un sycomore et il en fit un Prophète, il remplit un enfant appliqué à l'abstinence et il

Illud etiam quod duodecimo de juramento proponitur, ad propositum non facit, quia non prohibent Canones pueros jurare, sed discernunt : quod jurare non cogantur.

Quod vero tertio decimo proponitur, falsitatem continet. Pueri enim ligati sunt professione fidei christianæ, quam etiam in baptismo sacramentaliter elegerunt. Unde possunt iterato ligari et eligere perfectionis statum, quamvis et propter aliud hoc incongrue dicatur, quia et in ipso sacramento baptismi pueri christianam religionem suscipiunt, et religantur Deo, ipsum iterum eligentes, a quo per peccatum primi parentis fuerunt separati. Demum profanam conclusionem pueros stultitiæ argumentem piorum aures ferre non valent. Quis enim puerum Benedictum stultitiæ argui patiat, quod relicta domo rebus-

que patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conversationis habitum et desertum quæsit? Quis nisi hæreticus blasphemet Joannem Baptismam, de quo legitur *Luc.*, I, quod « puer crescebat et confortabatur spiritu, et erat in desertis usque ad diem ostensionis suæ ad Israel? » Manifeste tales insultatores animales se esse demonstrant, dum stultitiæ reputant ea quæ sunt spiritus Dei, qui sicut Ambrosius dicit super *Lucam* : « Non coercetur ætatis, non obitu extinguatur, non alvo matris excluditur. » Et sic Gregorius dicit in *Homilia Pentecostes* : « Qui implet citharædum puerum et psalmistam facit, implet pastorem armentarium sicomoros vellitentem et prophetam facit, implet puerum abstinentem et judicem senum facit, implet piscatorem et prædicatorem facit, implet persecutorem et doctorem gentium

le fait le juge des vieillards, il remplit un pêcheur et il en fait un Prédicateur, il remplit un persécuteur et il en fait un docteur des nations, il remplit un publicain et il en fait un Évangéliste. » J'emploierai au contraire les paroles de l'Apôtre dans son Eptre aux Corinthiens, où il dit, ch. III : « Si quelqu'un parmi vous est un homme sage suivant le siècle, qu'il devienne insensé pour être sage. » Il est insensé suivant la sagesse du monde, laquelle est aux yeux de Dieu, folie ; mais il ne l'est pas suivant la sagesse de Dieu qui, comme on le lit au livre des Proverbes, ch. I, s'adresse en ces termes aux enfants : « O enfants, jusqu'à quand aimerez-vous l'enfance. » Et il ajoute, « retournez, écoutez mes remontrances, je vais vous communiquer mon esprit. »

CHAPITRE XIV.

Raisons qui s'opposent à la perfection des religieux qui n'ont pas leurs biens en commun.

Il nous reste maintenant à examiner de quelle manière ils s'efforcent d'éloigner les hommes de la religion, en dérogeant à la perfection de l'état religieux, surtout de ceux qui ne possèdent rien en commun. Ils apportent à l'appui de leur thèse ce que dit saint Prosper dans son livre de la Vie Comtemplative, où on lit ce qui suit, ch. XII, quest. I : « Il est avantageux de posséder les biens de l'Eglise et de mépriser les siens propres par amour de la perfection. » Les biens de l'Eglise ne sont pas en effet des biens propres, mais des biens communs, et pour cela, quiconque après avoir quitté et vendu tout ce qu'il possédoit, méprisé sa fortune, lorsqu'il est devenu le préposé d'une Eglise, il devient aussi le dispensateur de tous les biens quelle possède. Enfin saint Paulin, comme vous le savez parfaitement vous-même, après avoir vendu les immenses biens qu'il possédoit, les donna aux pauvres. Mais étant devenu évêque, loin de mépriser les biens de l'Eglise, il en

facit, implet publicanum et evangelistam facit. » Utar ergo è contrario verbis Apostoli dicentis I. ad Cor., III. « Si quis inter videtur sapiens vos esse in hoc sæculo, stultus fiat ut sit sapiens. » Stultus quidem secundum sapientiam mundi, quæ stultitia est apud Deum : non autem secundum sapientiam Dei, qua sicut legitur *Proverb.* I, parvulus alloquitur dicens : « Usquequo parvulus diligitis infantiam ? » Et post : « Convertimini ad correptionem meam, en proferam vobis spiritum meum. »

CAPUT XIV.

Rationes contra perfectionem religiosorum, non habentium possessiones in communi.

Nunc restat considerandum, quomodo homines à religione retrahere conantur, reli-

gionis perfectioni derogando, maxime eorum, qui in communi possessiones non habent. Inducunt enim illud, quod dicit Prosper in libro *De vita contemplativa*, et habetur, XII. quæst. I : « Expedit facultates Ecclesiæ possideri, et proprias, perfectionis amore contemni. » Non enim proprias sunt sed communes Ecclesiæ facultates, et ideo quisquis omnibus quæ habuit dimissis, aut venditis fit rei suæ contemptor, cum Præpositus factus fuerit Ecclesiæ, omnium quæ habet Ecclesia efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, ut ipsi melius nostis, ingentia prædia quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogavit. Sed cum factus esset Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensavit, quo facto satis ostenditur, et propria

fut le dispensateur très-fidèle; ce fait démontre assez qu'il faut mépriser ses biens propres en les abandonnant; mais qu'il est permis de posséder les biens de l'Eglise qui sont assurément des biens communs. Ils veulent tirer de là cette conclusion, qu'il n'appartient pas à la perfection de ne rien posséder en commun. Ils apportent encore pour le prouver les exemples des saints. Le bienheureux Grégoire, d'après ce que nous lisons de lui, construisit au moyen de ses biens un monastère dans l'enceinte de Rome, il en bâtit six en Sicile.

Saint Benoît aussi, l'admirable précepteur des moines, reçut d'immenses richesses pour son monastère; ce que n'auroient fait d'aucune manière les imitateurs d'un si grand homme, si les possessions en commun dérogeaient en quelque chose à la perfection évangélique et apostolique. Ils veulent de ce fait conclure qu'il n'appartient pas à une plus grande perfection que quelques hommes ne possèdent rien en commun. Ils ajoutent aussi que les Apôtres, auxquels le Seigneur avoit dit de ne rien posséder et de ne rien porter en voyage, possédoient certaines choses en temps de nécessité. C'est pourquoi sur ces paroles de saint Luc, ch. XXII : « Mais maintenant que celui qui a un sac le prenne ainsi que sa besace, » le commentaire ajoute que le danger étant imminent et toute la nation persécutant le pasteur et le troupeau, il donne une règle appropriée au temps, leur permettant d'emporter les choses nécessaires à la vie. Mais au temps de la persécution, la perfection des Apôtres ne s'affoiblit pas; donc posséder des biens en commun ne diminue pas la perfection. Ils disent de plus que Jésus-Christ a institué l'ordre des disciples auxquels succèdent les évêques et les clercs qui ont des possessions; que quant aux ordres religieux qui ne possèdent rien, vivant dans la pauvreté, ils furent postérieurement institués par d'autres. Mais ce que Jésus-Christ a éta-

debere propter defectionem contemni, et sine impedimento perfectionis, posse Ecclesiæ facultates (quæ sunt profecto communia) possidere. Ex hoc accipere volunt non pertinere ad perfectionem, non habere possessiones communes. Inducunt etiam ad hoc aliorum sanctorum exempla. Nam Beatus Gregorius de facultatibus suis, intra urbis Romane mœnia, unum monasterium, in Sicilia vero sex legitur construxisse.

Beatus etiam Benedictus, monachorum præceptor almificus, amplas possessiones pro suo monasterio recepit, quod tanti viri Evangelicæ perfectionis æmulatores nullo modo fecissent, si possessiones communes in aliquo Apostolicæ et Evangelicæ perfectioni derogarent. Et ex hoc concludere volunt non pertinere ad majorem perfectionem, quod aliqui possessionibus

careant. Addunt etiam quod Apostoli quibus Dominus mandaverat, ut nihil possiderent, nec aliquid deferrent in via, tempore necessitatis aliqua possidebant. Unde super illud *Luc.*, XXII : « Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram, » dicit Glossa, quod « instante mortis articulo, et tota illa gente pastorem simul gregem persequente congruam temporis regulam decernit, permittens ut tollant victui necessaria. » Non autem persecutionis tempore, Apostoli minoris perfectionis fuerunt : igitur possidere communia perfectionem non diminit. Dicunt insuper quod Christus ordinem discipulorum instituit, quibus succedunt Episcopi et clerici possessiones habentes, ordines autem religiosorum absque possessionibus in paupertate viventium postea ab aliis sunt instituti. Quod autem Christus instituit per-

bli doit être plus parfait; donc il semble qu'il est plus parfait d'avoir des possessions en commun que de vivre sans en avoir d'aucune espèce. Ils ajoutent encore cet argument, à savoir qu'il n'est pas probable que la perfection que Jésus-Christ a établie se soit comme endormie et ait été abandonnée depuis le temps des Apôtres jusqu'à nos jours où quelques ordres ont commencé à vivre sans possessions communes. D'où ils veulent conclure qu'il n'est pas de la perfection évangélique, de ne rien posséder en commun.

Ils disent aussi que si quelques hommes après les temps apostoliques n'eurent pas de propriétés communes, ils vivoient du travail de leurs mains, ainsi que nous le lisons des Pères des déserts d'Égypte. C'est pourquoi ceux qui n'ont pas de possessions communes et qui cependant ne vivent pas du travail de leurs mains, paroissent tout-à-fait s'éloigner de la perfection évangélique. Ils donnent encore comme preuve de leur assertion que le renoncement aux richesses n'a été établi que pour faire disparaître les sollicitudes des biens temporels; suivant ces paroles de saint Luc, ch. XII : « Ne vous inquiétez pas de votre vie, de ce que vous mangerez, etc. » Saint Paul dans son Épître aux Corinthiens, dit, ch. VII : « Je veux que vous soyez sans inquiétude; » mais ceux qui ne possèdent rien ont plus d'inquiétude pour se procurer les choses nécessaires à la vie que ceux qui ont en commun des biens suffisants pour pourvoir à leur subsistance : donc ne pas posséder des biens en commun, c'est diminuer la perfection évangélique.

Ils ajoutent encore sur ce point que de tels religieux sont dans la nécessité de se mêler des affaires d'un grand nombre de personnes qui leur fournissent les choses nécessaires à la vie, et qu'ainsi sont multipliés pour eux les soucis des affaires temporelles qui s'opposent à la perfection évangélique. Par cela même donc qu'ils ne possèdent

fectius esse. Perfectius igitur esse videntur communes possessiones habere, quam absque possessionibus vivere. Arguunt insuper, quod non est credibile, quod perfectio quam Christus instituit, obdormisset intermissa à tempore Apostolorum usque ad hæc tempora, in quibus aliqui ordines incœperunt sine communibus possessionibus vivere. Unde concludere volunt, quod communibus possessionibus carere ad perfectionem evangelicam non pertineat.

Dicunt etiam, quod si qui post Apostolorum tempora communibus possessionibus caverunt, vivebant de opere manuali, sicut legitur de sanctis Patribus in Ægypto. Unde illi qui possessionibus communibus carent, et tamen de opere ma-

nuali non vivunt, videntur omnino ab Evangelica perfectione deficere. Inducunt etiam, quod divitiarum abrenuntiatio introducta est ad tellendam sollicitudinem temporalium rerum, secundum illud *Luc.*, XII : « Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, » etc., et *I. Corinth.*, VII : « Volo vos sine sollicitudine esse, » sed major sollicitudo imminet victus querendis his, qui possessiones non habent, quam his qui sufficientiam victus jam habent per possessiones communes : ergo communibus possessionibus carere diminuit evangelicam perfectionem. Circa hoc etiam addunt, quia tales religiosi necesse habent de negotiis multorum se intromittere, qui eis necessaria victus ministrant, et sic multiplicantur in eis temporalium sollicitu-

rien en commun, ils semblent éprouver un dommage par rapport à la perfection.

Ils disent en dernier lieu, qu'il est impossible que quelqu'un ne possède rien en commun ou en propre, parce qu'il faut qu'ils mangent, qu'ils boivent, qu'ils se vêtissent, ce qu'ils ne peuvent faire s'ils ne possèdent rien. Par là, ils s'efforcent de déroger à la perfection des personnes qui ne possèdent rien en commun.

CHAPITRE XV.

Réfutation de l'erreur précédente.

Mais il faut observer que les détracteurs de la pauvreté de laquelle nous venons de parler, ne s'opposent pas peu, et à la doctrine de Jésus-Christ et à sa vie; lui qui par sa parole a enseigné à suivre la pauvreté en tout et qui en a donné l'exemple. L'Apôtre dit en effet de lui dans sa deuxième Epître aux Corinthiens, ch. VIII : « Qu'il s'est fait pauvre pour nous lorsqu'il étoit riche. » Comme le dit le commentateur sur ces mots, il embrassa la pauvreté et il n'abandonna pas les richesses; riche intérieurement et pauvre extérieurement, la divinité se cachoit dans ses richesses et l'homme apparaissoit dans la pauvreté. Grande devient donc par là la dignité de ceux qui suivent la pauvreté de Jésus-Christ; ce qui fait que l'on conclut un peu plus bas sur le même sujet : que personne donc ne le méprise, pauvre dans son humble demeure, il est riche dans sa conscience; et pour commencer par son entrée même dans le monde, il fit choix d'une mère pauvre, et choisit une patrie plus pauvre encore, il manqua d'argent; et ce sont là les enseignements qu'il vous donne dans une étable, ainsi qu'on le lit dans une instruction synodale du concile d'Ephèse, et un peu plus bas on lit ce qui suit : « Considérez la grande pauvreté de la demeure

dines Evangelicæ perfectioni adversantes. Videntur igitur ex hoc ipso quod possessionibus communibus carent, detrimentum perfectionis pati. Dicunt denique hoc esse impossibile, quod aliquis nihil in communi, vel proprio possideat, quia necesse est quod comedant, et bibant, et induantur, quod facere non possunt, si nihil haberent. Ex his igitur derogare nituntur perfectioni possessiones non habentium in communi.

CAPUT XV.

Confutatio erroris præmissi.

Oportet autem attendere, quod prædicti paupertatis impugnatores, doctrinæ Christi, nec non et vitæ ipsius non modicum adversantur, qui in omnibus paupertatem et servandam verbo docuit, et exemplo mons-

travit. Dicit enim de ipso Apostolus, II. ad Corinth., VIII, quod « propter nos egenus factus est, cum dives esset. » Paupertatem enim assumpsit, ut Glossa ibidem dicit, et divitias non amisit intus dives foris pauper latens Deus in divitiis, apprensus homo in paupertate. Ex quo his qui Christi paupertatem sequuntur, magna dignitas accrescit, unde post pauca ibidem concluditur. Nemo igitur se contemnat, pauper in cella, dives in conscientia, et ut ab exordio introitus ejus in mundum incipiamus, pauperulam elegit matrem, pauperiorem patriam eligens sit pecuniis egens, et hæc tibi exponat præsepe, ut legitur quodam synodali sermone Ephesini concilii et post pauca subditur. Respice « pauperimum habitaculum ejus qui dicit

de celui qui est la richesse du ciel; assis dans une étable, il a pour trône les chérubins; voyez enveloppé de langes celui qui par un grain de sable borne la mer; contemplez ici-bas sa pauvreté, en haut dans le ciel ses immenses richesses. » Mais si ce n'est pas pour lui, mais pour nous qu'il s'est fait pauvre, ainsi que le dit l'Apôtre, ne pouvait-il pas choisir une mère qui eût d'immenses possessions? Naitre dans sa propre maison, s'il ne servoit de rien à la perfection de la vie chrétienne de n'avoir aucune possession terrestre, bien plus de n'avoir pas une maison propre à soi. Qu'ils soient donc confondus les détracteurs de la pauvreté dont la gloire brille admirablement au berceau même de Jésus-Christ. Et de peur que l'on ne pense que la pauvreté qu'il a supportée dans son enfance lui a servi quand il a eu atteint l'âge mur, voyons ce qu'il dit lui-même.

Nous lisons dans saint Matthieu ce qui suit, ch. VIII : « Le fils de l'homme, dit-il, n'a pas eu où reposer sa tête; » c'est ainsi que le montre saint Jérôme, comme s'il disoit : « Pourquoi désirez-vous me suivre à cause des richesses et des avantages du siècle, moi dont la pauvreté est si grande que je n'ai pas même une toute petite demeure, et que le toit qui m'abrite ne m'appartient pas. » Saint Chrysostôme dit, expliquant le même passage : « Voyez de quelle manière le Sauveur a prouvé par ses œuvres la pauvreté qu'il avoit enseignée. Il ne possédoit ni table, ni chandelier, ni maison, ni rien autre chose de ce genre : mais cette pauvreté que le Seigneur a enseignée et qu'il a pratiquée appartient à la perfection. » Donc être privé de tous les biens terrestres appartient à la perfection de la vie chrétienne. Allant ensuite plus avant, nous trouvons une preuve de la pauvreté de Jésus-Christ, dans ce qui arriva lorsqu'on lui demandoit le tribut, il dit à Pierre : « Allez à la mer, jetez l'hameçon et prenez le premier poisson qui se sera présenté, ayant ouvert sa bouche vous y trouverez un

cœlum, unde præsepe sedenti super Cherubim, vide pannis obsitum cum, qui pelagus arenæ junxit : vide deorsum paupertatem, divitias ejus sursum considerans. » Si autem non propter se, sed propter nos egenus factus est secundum Apostolum, numquid non poterat matrem multas possessiones habentem eligere, atque in domo propria nasci, si nihil ad perfectionem Christianæ vitæ pertineret terrenas possessiones non habere, quinimmo propria domo carere? Confundantur igitur paupertatis detractores, cujus gloria in ipsis Christi cunabulis præclare refulget. Et ne putetur paupertatem quam in infantia sustinuit, in perfecta ei servisse ætate.

Videamus quid ipse de se dicat, *Matth.*, VIII : « Filius, inquit, hominis non habet

ubi caput suum reclinet, » quasi dicat, ut Hieronymus exponit : « Quid me propter divitias et sæculi lucra cupis sequi, cum tantæ sim paupertatis, ut nec hospitium quidem habeam et tecto utar non meo. » Et Chrysostomus idem exponens dicit : « Aspice qualiter paupertatem quam Dominus docuerat, per opera demonstravit. Non erat ei mensa, non candelabrum, non domus, nec quicquam aliud talium : hæc autem paupertas ad perfectionem pertinet, quam Dominus et verbo docuit, et per opera demonstravit. » Pertinet igitur ad perfectionem Christianæ vitæ terrenis possessionibus omnino carere. Rursus ulterius procedentes, invenimus testimonium paupertatis Christi ex hoc, quod cum ab eo tributum requireretur dixit Petro :

statère, prenez-le, donnez-le pour vous et pour moi. » Saint Jérôme dit, expliquant ces paroles : « Ceci compris même simplement édifie celui qui l'entend ; lorsqu'il entend que la pauvreté de Jésus-Christ fut si grande qu'il n'eut pas même de quoi payer le tribut et pour lui et pour Pierre. »

Si quelqu'un vouloit objecter, comment se fait-il alors que Juda portoit de l'argent dans une bourse ? Nous répondrions, il ne pensa pas qu'il fût permis de se servir pour son propre usage de l'argent des pauvres, et il nous en a donné l'exemple même. Mais il est évident, et aucun chrétien ne sauroit douter que Jésus-Christ n'ait gardé dans sa vie la plus grande perfection, ce qui fait qu'il enseignoit aussi la perfection de la pauvreté. « Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous possédez, donnez-le aux pauvres, venez et suivez-moi ; » en ceci est la plus grande perfection, ainsi que le dit saint Jérôme. La plus grande perfection de la pauvreté consiste donc en ce qu'à l'exemple de Jésus-Christ quelques hommes ne possèdent absolument aucun bien terrestre ; et que s'ils réservent quelque chose, ce soit pour l'usage des pauvres, surtout de ceux dont ils sont obligés de prendre soin. Le Seigneur prenoit ainsi soin des pauvres, surtout de ses disciples qui avoient à cause de lui embrassé la pauvreté, réservant quelques-unes des choses qui leur étoient données.

Parmi les autres choses que Jésus-Christ a souffert durant sa vie mortelle, et que les chrétiens doivent imiter, il leur propose l'exemple si digne de respect de la croix ; c'est pour cela qu'il disoit lui-même dans saint Matthieu, ch. XVI : « Si quelqu'un veut venir après moi, qu'il se renonce lui-même, qu'il prenne sa croix et qu'il me suive. » L'Apôtre de là, comme crucifié avec Jésus-Christ et placant toute sa gloire dans la croix de Jésus-Christ, disoit, Epître aux Galates, ch. VI :

« Vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem qui primo ascenderit tolles, et aperto ore ejus invenies staterem, illum sumens da eis pro me et te. » In cujus expositione Hieronymus dicit : « Hoc etiam simpliciter intellectum ædificat auditorem, dum audit Dominum tantæ fuisse paupertatis, ut unde tribuat pro se et Apostolo redderet, non habuerit.

Quod si quis objicere voluerit, quomodo Judas in oculis portabat pecuniam ? Respondimus rem pauperum in usus suos convertere nefas putavit, nobisque idem tribuit exemplum. Manifestum est autem nec alicui Christiano debet venire in dubium, quod Christus summam perfectionem in sua conversatione servavit ; unde et paupertatis perfectionem docebat : « Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quæ habes et da pauperibus, et veni, se-

quere me, » in quo est perfectionis summa, ut Hieronymus dicit : est igitur summa paupertatis perfectio, ut ad exemplum Christi aliqui homines possessionibus careant, et si aliqua reservent ad pauperum usum, præsertim quorum eis cura incumbit : sic Dominus præcipue suos discipulos propter ipsum pauperes effectos, et de his quæ sibi dabant ut reservans sustentabat.

Inter cætera vero quæ Christus in mortali vita vel passus est, præcipue Christianis imitandum proponitur venerandæ crucis exemplum : unde et ipse Dominus dicebat *Matth.*, XVI : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. » Unde et Apostolus quasi simul cum Christo crucifixus, et in sola Christi cruce gloriam habens dicebat, *Gal.*, VI : « Ego stigmata Domini in corpore meo porto, exemplum crucis dili-

« Je porte dans mon corps les stigmates du Seigneur, suivant avec soin l'exemple de la croix. » Mais parmi les autres merveilles de la croix, on remarque sa pauvreté absolue; attaché sur cet instrument de supplice, il fut tellement privé des biens du monde qu'il fut réduit à une nudité complète; ce qui fait qu'il est dit de sa personne au Psaume XXI : « Ils se sont divisé mes vêtements, et ils ont tiré au sort ma tunique. » Mais les hommes suivent cette nudité de la croix par la pauvreté volontaire, et surtout quand ils ne jouissent d'aucune espèce de revenus de leurs biens. Ce qui donne occasion à saint Jérôme, dans sa lettre au prêtre Paulin, de dire : « Pour vous, après avoir entendu la sentence du Sauveur : Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous possédez, donnez-le aux pauvres, venez et suivez-moi; vous traduisez en œuvres ces paroles, et suivant nu la croix nue, vous montez l'échelle de Jacob et plus preste et plus léger; » il ajoute peu après : « Il ne sert en effet de rien de montrer ou de feindre des jeûnes fréquents sur une figure triste et livide, et de regorger des revenus de propriétés immenses, et de se glorifier du capuchon et de la bure. » Ainsi donc, ils sont évidemment les ennemis de la croix du Christ, les adversaires de la pauvreté dont nous parlons, eux qui, sages suivant le monde, pensent que les possessions terrestres appartiennent à la perfection chrétienne, et que le mépris de ces mêmes richesses la diminue.

Après avoir fait sur la voie parcourue par Jésus-Christ les réflexions précédentes, tant sur sa naissance et son avancement en âge, que sur la mort même qu'il endura sur la croix, passons à sa doctrine. Instruisant à la fois et ses disciples et la foule, il commence par la pauvreté. Nous lisons dans saint Matthieu, ch. V : « Bienheureux les pauvres d'esprit, etc. » Saint Jérôme commentant ces paroles, dit : « Qui sont volontairement pauvres à cause du Saint-Esprit; » et comme le

genter secutus. » Inter alia vero crucis insignia apparet omnimoda paupertas, in qua exterioribus rebus privatus est usque ad corporis nuditatem, unde ex persona ejus in *Psal.* XXI dicitur : « Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. » Hanc autem crucis nuditatem per voluntariam paupertatem homines sequuntur, et præcipue qui possessionum redditibus carent : unde dicit Hieronymus ad Paulinam presbyterum : « Tu audita sententia Salvatoris, Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me, verba vertis in opera, et nudam crucem nudus sequens expeditior et levior ascendis scalam Jacob. » Et post pauca subdit : « Nihil enim est grande

tristi et livida facie vel simulare, vel ostentare jejunia, possessionum redditibus abundare, et vile jactare palliolum. » Sic igitur patet inimicos esse crucis Christi prædictos adversarios paupertatis, qui terrena sapientes terrenas possessiones ad perfectionem christianam pertinere arbitrantur, per quorum abjectionem fiat minor perfectio.

His igitur circa viam Christi consideratis tam in ejus ortu, quam in ejus progressu, quam etiam in ipso crucis casu ad Christi doctrinam accedamus, qui discipulos simul et turbas instruens, à paupertate principium sumpsit, *Matth.*, V. ubi dicit : « Beati pauperes spiritu, » quod Hieronymus exponens dicit : « Qui scilicet propter Spiritum sanctum voluntate sunt

dit saint Ambroise expliquant saint Luc : « L'un et l'autre évangéliste ont donné comme la première béatitude, celle de la pauvreté. » C'est elle en effet qui par ordre est la première ; elle est comme la source et l'auteur des vertus, parce que celui qui méprise les biens du siècle, est digne d'en avoir d'éternels ; et l'homme, quel qu'il soit, qui est plein des désirs du monde, ne peut pas acquérir les mérites du royaume céleste. Saint Basile nous montre quel est le pauvre qui se fait lui-même pauvre, disant : « Bienheureux le pauvre qui l'est pour être disciple de Jésus-Christ, qui pour nous a supporté la pauvreté : » car le Seigneur lui-même a fait toute œuvre qui conduit à la béatitude, se donnant pour modèle à ceux qui veulent apprendre. Mais nous ne lisons nulle part que le Seigneur ait eu des propriétés. La pauvreté de ceux qui à cause de Jésus-Christ ne veulent rien posséder n'est donc pas un obstacle à leur béatitude, mais bien plutôt elle l'augmente cette béatitude. Le Seigneur ensuite, après avoir choisi ses douze disciples, parmi les autres enseignements qu'il leur donna par rapport à leur manière de vivre, au moment où il les envoyoit prêcher et après leur avoir donné le pouvoir de faire des miracles, leur recommanda d'abord la pauvreté, disant, S. Matthieu, ch. X : « Ne possédez ni or ni argent dans vos bourses, n'ayez point de sac pour le voyage ; » ce qu'expliquant Eusèbe de Césarée, il dit : « Il leur défendoit de posséder ni or, ni argent, ni airain, connoissant à l'avance ce qui devoit arriver. Il voyoit en effet que ceux qu'ils devoient guérir et délivrer des passions incurables voudroient leur donner une partie de leurs biens ; » il ajoute un peu plus bas : « Sa pensée étoit que ceux qui avoient été conviés par les arrhes du royaume céleste devoient dédaigner les biens terrestres, tels que l'or, l'argent, les possessions et tout ce qu'estiment les mortels, qu'ils crussent qu'il leur suffit d'avoir reçu les richesses célestes ; lorsqu'il les faisoit soldats

pauperes, » et sicut Ambrosius dicit super *Luc.* : « Primam beatitudinem paupertatis uterque evangelista posuit. » Ordine enim prima est, et parens quædam generatrixque virtutum, quia qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna : nec potest quisque meritum regni cœlesti adipisci, qui mundi cupiditate possessus est. Qualis autem pauper spiritu præcipuè sit Beatus Basilius ostendit dicens : « Beatus pauper quasi Christi discipulus, qui pro nobis paupertatem sustinuit : nam ipse Dominus quodlibet opus implevit, quod ad beatitudinem ducit, se præbens exemplar discentibus. » Nusquam autem Dominus legitur possessiones habuisse. Non igitur beatitudinis detrimentum habet paupertas eorum, qui possessionibus carere volunt

propter Christum, sed magis beatitudinis augmentum : deinde Dominus electis duodecim Apostolis ad prædicandum eos mittens concessa eis miraculorum pietate, inter cætera vitæ documenta, primo inducit paupertatis doctrinam dicens *Matth.*, X : « Nolite possidere aurum, nec argentum in zonis vestris, non peram in via, » quod exponens Eusebius Cæsariensis dicit : « Prohibebat eis auri et argenti et æris possessionem, præcognitione futurorum. » Contemplatur enim quod qui sanandi erant per eos, et ab incurabilibus passionibus liberandi, vellent eis cedere in omnibus bonis suis, et post aliqua subdit, putabat oportere conductos arrha regni Dei terrena despiciere, ut nec aurum, nec argentum, nec possessiones, nec quicquam

du royaume de Dieu, il les avertissoit aussi de garder la pauvreté.

Celui, quel qu'il soit qui combat les combats du Seigneur ne doit pas, s'il veut plaire à Dieu, s'occuper des affaires du monde. Saint Jérôme dit expliquant saint Matthieu : « Celui qui avoit retranché les richesses par les paroles déjà citées, retranche ici presque aussi les choses nécessaires à la vie, afin que les Apôtres qui étoient établis les docteurs de la véritable religion, montrassent que tout est gouverné par la providence de Dieu, et qu'ils fissent voir qu'eux-mêmes ne s'occupoient pas du lendemain. » Et comme l'observe saint Chrysostôme expliquant saint Matthieu : « Par ce précepte le Seigneur délivre d'abord ses disciples de la servitude, secondement il les débarrasse de toute espèce de sollicitude, afin qu'ils attribuent leur vocation tout entière à la parole de Dieu ; troisièmement il enseigne sa propre vertu. » Les préceptes évangéliques indiquent quel doit être celui qui évangélise le royaume de Dieu ; c'est-à-dire qu'il ne doit point chercher l'appui des secours temporels, et que s'attachant entièrement à la foi, il doit penser que, moins il les recherchera, plus ils se présenteront à lui, ainsi que le dit saint Ambroise expliquant saint Luc : « Mais il est évident que si les Apôtres eussent reçu des possessions, ils eussent été bien plus suspectés de prêcher pour un intérêt quelconque que s'ils eussent possédé de l'or ou de l'argent ; et l'appui temporel qui vient des champs ou des vignes que l'on possède est plus grand que celui qui vient des seuls biens mobiliers. »

Il est donc manifeste, d'après les raisons que nous avons exposées, qu'il a été interdit aux Apôtres de posséder des champs, des vignes ou autres biens immeubles de ce genre. Mais quel est l'homme, à moins qu'il ne soit hérétique, qui dira que la première instruction donnée par Jésus-Christ aux disciples déroge à la perfection évangé-

eorum quæ mortales appetantur, condignum existiment datis sibi cœlestibus opibus, nec non cum milites eos faceret regni Dei, monebat eos colere paupertatem.

Nullus enim militans Deo implicat se hujus vitæ negotiis, ut placeat Deo : et sic Hieronymus dicit super *Matth.* : « Qui divitias detruncaverat scilicet in verbis præmissis, prope modum etiam vitæ necessaria amputat, ut Apostoli doctores veræ religionis, qui instituebantur omnia Dei providentia gubernari, seipsos ostenderent nihil cogitare de crastino. » Et sicut Chrysostomus dicit super *Matth.* : « Per hoc præceptum primo quidem Dominus discipulos facit non esse subjectos : secundo ab omni eos liberat sollicitudine, ut vacationem omnem tribuant verbo Dei : tertio, docet eos suam virtutem. » Qualis ergo esse debeat qui evangelizat regnum Dei, præ-

ceptis Evangelicis designatur, hoc est ut subsidii sæcularis adminicula non requirat, fideique totus inhærens putet quo minus ista requirat magis posse suppetere, ut Ambrosius dicit super *Luc.* : « Manifestum est autem quod si Apostoli possessionem suscepissent, non minus, sed multo magis suspecti fuissent, quod propter quæstum prædicarent, quam si aurum vel argentum possiderent : multo etiam majori sollicitudine circa agrorum culturam occuparentur, multoque majus est sæculare adminiculum ex agris, vel vineis possessis, quam si bona mobilia habeantur. » Manifestum est igitur secundum expositiones præmissas Apostolis interdictum fuisse ne agros, vel vineas, vel alia hujusmodi bona immobilia possiderent. Quis autem dicat, nisi hæreticus, primam discipulorum instructionem à Christo perfectioni evange-

lique ?-Ils mentent donc contre la doctrine de la foi, lorsqu'ils disent que ceux qui ne possèdent rien en commun sont bien moins parfaits. Nous devons considérer encore de quelle manière les préceptes du Seigneur dont nous avons parlé furent observés par les Apôtres, parce que, comme le dit saint Augustin dans son livre contre le Mensonge : « Les divines Ecritures ne contiennent pas seulement les préceptes du Seigneur, mais aussi la vie et les mœurs des justes, afin que si par hasard on ne sait pas comment entendre ce qui est commandé, les actions des justes nous en donnent l'intelligence. » Mais ce que nous lisons dans saint Luc, ch. XXII, prouve évidemment qu'ils ne possédoient aucun bien temporel, et qu'ils n'apportoient rien en voyage avant le temps de la passion. Le Seigneur y dit en effet : « Quand je vous ai envoyés sans sac, ni besace, ni chaussure, quelque chose vous a-t-il manqué ? Mais ils lui répondirent, rien. » De ce qu'il est ajouté au même endroit : Il leur dit donc, « mais maintenant que celui qui a un sac le prenne, qu'il prenne pareillement sa besace ; » quelqu'un pourroit croire que le Seigneur s'est dès lors complètement relâché des premiers préceptes ; mais ce relâchement, ainsi que le dit Bède, paroît par rapport aux Apôtres ne devoir être rapporté qu'au temps d'une persécution imminente. « Le Seigneur, dit-il, ne donne pas à ses Apôtres la même règle de vie en temps de persécution qu'en temps de paix. Envoyant ses disciples prêcher, il leur ordonne de ne rien prendre pour le chemin ; réglant par là que ceux qui annoncent l'Evangile doivent vivre de l'Evangile. Mais le danger de mort étant imminent, la nation tout entière poursuivant à la fois le pasteur et le troupeau, il leur donne une règle adaptée à ce temps, leur permettant de prendre les choses nécessaires à la vie jusqu'à ce que la folie des persécuteurs s'étant assoupie le temps favorable pour évangéliser

licæ derogare. Mentiuntur ergo in doctrina fidei dicentes, minoris esse perfectionis eos qui communibus possessionibus carent. Est autem ulterius considerandum qualiter præcepta Domini præmissa fuerunt ab Apostolis observata, quia ut Augustinus dicit in libro *Contra mendacium*, « divinæ Scripturæ non solum præcepta Dei retinent, sed etiam vitam moresque justorum, ut si forte occultum est quemadmodum accipiendum sit quod præcipitur, in factis justorum intelligatur. » Quod autem nihil temporalium possiderent, aut etiam in via deferrent ante tempus passionis, aperte ostenditur ex hoc quod legitur *Luc.*, XXII, ubi Dominus discipulis dixit : « Quando misi vos sine sacco, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis ? At illi dixerunt, nihil. » Sed quia ibi subditur : « Dixit ergo eis, sed nunc

qui habet sacculum, tollat similiter et peram, » posset alicui videri, quod Dominus totaliter priora præcepta relaxaverit, sed hanc relaxationem quantum ad personas Apostolorum, ad solum tempus imminenti persecutionis esse referendam apparet ex verbis Bedæ, qui dicit : « Non eadem vivendi regula persecutionis tempore qua pacis discipulos informat. Missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepit, ordinans, scilicet, ut qui Evangelium nuntiant, de Evangelio vivant. Mortis vero instante periculo, et tota simul gente pastorem pariter gregemque persequente, congruam temporis regulam decernit, permittens ut tollant victui necessaria donec sopita insania persecutorum tempus evangelizandi redeat. » Ubi nobis quoque dat exemplum, ex justa nonquam causa instante quædam de nostri

revienne. » Il nous donne là l'exemple de nous relâcher quelquefois de la rigueur de notre propos, lorsqu'une cause quelconque nous force de le faire. Ceci montre encore que la rigueur de la discipline évangélique exige que l'homme qui tend à la perfection ne doit absolument rien posséder.

Les Actes des Apôtres nous apprennent clairement ce que sur ce point ils observèrent après la passion et ce qu'ils prescrivirent comme étant d'obligation. On lit au ch. IV : « La multitude n'a voit qu'un cœur et qu'une ame, et aucun d'entre eux ne disoit lui appartenir ce qu'il possédoit, mais tout ce qu'ils possédoient étoit en commun ; » et pour que personne ne dise, qu'ils eurent des possessions communes, tels que des champs, des vignes et autres choses de ce genre ; cette idée est suffisamment réfutée par ce qui suit. Il suit en effet : « Tous ceux qui possédoient des champs, des maisons, les vendoient et apportoient le prix de la vente et le mettoient aux pieds des Apôtres. » Il est par là prouvé que l'observance de la vie évangélique consiste en ce que les choses nécessaires à la vie soient possédées en commun ; mais qu'il est encore d'une plus grande perfection pour les propriétaires de renoncer absolument à ce qu'ils possèdent ; c'est ce que prouve saint Augustin, dans son livre de la Doctrine chrétienne, où il dit : « Ceux des juifs qui crurent et desquels se compose l'Eglise primitive de Jérusalem montrèrent assez combien il est avantageux de vivre sous un maître, c'est-à-dire d'être sous la sauve-garde de la loi. Ils reçurent en effet le Saint-Esprit avec tant de plénitude qu'ils vendoient tout ce qu'ils possédoient et qu'ils en déposoient le prix aux pieds des Apôtres pour qu'il fût distribué aux pauvres ; » il ajoute ensuite : « Nous ne voyons écrit nulle part, qu'aucune des Eglises fondées chez les païens aient suivi cette pratique ; parce que ceux qui regardoient comme des Dieux les simulacres faits de

propositi rigore posse sine culpa intermitti. Ex quo etiam apparet ad rigorem evangelicæ disciplinæ pertinere, quod aliquis careat omni terrena possessione : quid autem super hoc Apostoli post passionem servaverunt et servandum tradiderunt, aperte in *Actis Apostolorum* docetur. Legitur enim *Act.*, IV, quod « multitudinis credentium erat cor unum, et anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia ; » et ne aliquis dicat eos habuisse possessiones communes, puta, agros, vel vineas, aliquid hujusmodi, hoc per sequentia excluditur. Sequitur enim : « Quotquot possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, et ponebant ante pedes Aposto-

lorum. » Ex quo patet hanc esse evangelicæ vitæ observantiam, ut ea, quæ ad necessitatem vitæ pertinent, possideantur communiter, possessionibus omnino à possessoribus abdicatis, quod autem hoc ad abundantiorum perfectionem pertineat, apparet per Augustinum in libro *De doctrina christiana*, ubi dicit : « Qui crediderunt ex Judæis, ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymis, satis ostenderunt quanta utilitas fuerit sub pædagogo, id est, sub lege custodiri. Namque tam capaces extiterunt Spiritus sancti ut omnia sua venderent, eorumque pretium indigentibus distribuendum ante Apostolorum pedes ponerent, » et postea subdit : « Non enim hoc ullas ecclesias gentium fecisse scriptum est, quia non tam prope inventi

la main des hommes, n'avoient pas atteint de si près la perfection.»

Le pape Melchiades paroît toutefois donner une autre raison de cette pratique, lui qui dit Quest. XII, ch. I : « Les Apôtres avoient prévu que l'Eglise seroit établie chez les païens; c'est pourquoi ils n'acquiescèrent aucun bien dans la Judée, ils recueillirent seulement de l'argent pour soulager les pauvres. » Mais comme l'Eglise s'étendoit au milieu des tempêtes et des contrariétés, et qu'elle en vint jusqu'à ce point que, non-seulement les peuples, mais même les princes romains qui tenoient en leurs mains la monarchie universelle, embrassoient la foi de Jésus-Christ, et recevoient le sacrement de baptême; Constantin, homme très-religieux, le premier d'entre eux laissa la liberté non-seulement de se faire chrétien, mais encore de construire des Eglises, il établit aussi qu'il les falloit doter; le pape Urbain dit dans le chapitre suivant : « Les souverains pontifes et les autres évêques et les lévites et les fidèles voyant qu'il pouvoit y avoir plus d'avantage à donner aux Eglises auxquelles présidoient les évêques leurs héritages et les champs qu'ils vendoient, en ce qu'au moyen de leurs revenus elles pourroient fournir aux fidèles vivant en commun des secours plus abondants et plus parfaits que par le prix de ces mêmes biens; ils commencèrent à donner aux Eglises mères les domaines et les champs qu'ils avoient coutume de vendre, et de vivre aux dépens de leurs revenus. »

Il semble donc d'après ce que nous venons de dire, qu'il est plus avantageux de posséder des biens en commun que les autres propriétés mobilières qui sont nécessaires à la vie, et que dans l'Eglise primitive on vendoit les biens, non pas parce que cela étoit plus parfait, mais parce que les Apôtres prévoyoient que l'Eglise ne devoit pas durer chez les Juifs, soit à cause de leur infidélité, soit à cause de leur ruine

erant, qui simulacra manufacta Deos habebant.»

Videtur tamen hujus rei aliam rationem assignare Melchiades Papa, qui ut habetur XII. quæst. I, dicit : « Futuram ecclesiam in gentibus Apostoli præviderant, idcirco prædia in Judæa minime sunt adepti, sed præmia tantummodo ad fovendos egen-tes. » At vero cum inter turbines et adversa mundi succresceret ecclesia, ad hoc usque pervenit, ut non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi et baptismi sacramenta occurrerent, ex quibus vir religiosissimus Constantinus primus licentiam dedit non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi ecclesias, et prædia constituit tribuenda; et in sequenti capite dicit Urbanus Papa : « Videntes summi sacerdotes, et alii, atque levitæ, et reliqui fide-

les plus utilitatis posse conferre, si hæreditates, et agros quos vendebant, ecclesiis quibus præsidebant episcopi traderent, eo quod ex sumptibus eorum tam præsentibus quam futuris temporibus plura et electiora possent ministrare fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex prætorio eorum, ceperunt prædia et agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, et ex sumptibus eorum vivere. »

Ex his ergo videtur quod melius sit possessiones in communi habere, quam alia mobilia ad victum pertinentia, et quod in primitiva Ecclesia prædia vendebantur, non quia hoc esset melius, sed quia prævidebant Apostoli, quod apud Judæos Ecclesia duratura non erat partim propter infidelitatem, partim propter excidium quod eis imminabat. Sed si quis recte consideret, hæc præmissis non contrariantur.

imminente. Mais si l'on réfléchit mûrement, on verra que ceci répugne à ce que nous avons dit plus haut. L'Eglise dès son établissement fut en effet dans ses membres, ce qu'on la vit plus tard dans tous ceux qui sont parfaits. La grâce dut commencer par les parfaits ainsi que l'avoit fait la nature; c'est pourquoi les Apôtres réglèrent la vie des chrétiens, d'après un état qui convient à la perfection : ce qui fait dire à saint Jérôme, dans son livre des hommes illustres : « Il paroît que la première Eglise de ceux qui croyoient à Jésus-Christ fut telle que désirent et s'efforcent d'être aujourd'hui les moines; c'est-à-dire que personne d'entre eux ne possédât rien en propre, qu'il n'y eût parmi eux ni riches ni pauvres, que les biens patrimoniaux fussent divisés entre les pauvres, que l'on vaquât à la prière et à l'étude de la science. » Mais ce genre de vie qui convient à la perfection exista parmi les premiers chrétiens, non-seulement en Judée sous les Apôtres, mais aussi en Egypte, sous l'Évangéliste saint Marc, comme le dit au même endroit saint Jérôme, et comme il est raconté dans le second livre de l'histoire ecclésiastique.

Comme par la suite un grand nombre de personnes devoient entrer dans l'Eglise, lesquelles ne pratiqueroient pas cette perfection, et ceci devoit avoir lieu non pas avant la ruine des Juifs, mais aussitôt que l'Eglise se seroit répandue chez les païens. Dès que ce fait se fut accompli, les chefs de l'Eglise jugèrent utile que les biens et les champs fussent conférés aux Eglises, non pas à cause des plus parfaits, mais bien des plus foibles qui étoient incapables d'atteindre la perfection des premiers fidèles. Il y eut cependant dans la suite quelques imitateurs de la perfection première, qui vivant dans des congrégations, se privèrent de ces choses; tels que plusieurs communautés de moines dans l'Egypte. Saint Grégoire parle aussi dans son troisième dialogue d'un très-saint homme, nommé Isaac; qui venant des confins

Ecclesia enim in sui primordio in omnibus suis membris talis fuit, qualis postmodum fuisse apud perfectos quoscunque invenitur. Sic enim natura, sic et gratia debuit à perfectis initium assumere, et ideo Apostoli secundum illum statum fidelium vitam ordinarunt perfectioni convenientem : unde dicit Hieronymus in libro *De illustribus viris* : « Apparet talem Chrysostomus credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur et cupiunt, ut nihil cujusquam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper, patrimonialia egentibus dividantur, orationi vacetur, et perfectæ doctrinæ quoque et continentia. Hic autem modus vivendi perfectione congruus fuit apud primos credentes, non solum Judæa sub Apostoli,

sed etiam apud Ægyptum sub Marco Evangelista, ut ibidem Hieronymus dicit, etsicut in lib. II. *Ecclesiasticae historiae* narratur.

Processu vero temporis, multi in Ecclesiam erant intraturi, qui ab hac perfectione deficerent, quod non erat futurum ante Judæorum excidium, sed Ecclesia apud gentes multiplicata. Quod postquam contigit, utile judicaverunt Ecclesiarum prælati, ut prædia et agri Ecclesiis conferrentur, non propter perfectiores quosque, sed propter infirmiores, qui ad primorum fidelium perfectionem attingere non valerent. Fuerunt tamen et aliqui post modum primæ perfectionis æmuli, qui in congregationibus viventes, his caruerunt, sicut plurima monachorum collegia in Ægypto. Narrat etiam Gregorius in III. *Dial.* de quodam

de la Syrie en Italie, observa en Occident la forme de perfection qu'il avoit apprise en Orient. Comme ses disciples lui conseilloyent souvent et humblement de recevoir pour l'usage du monastère les biens qu'on lui offroit; gardien vigilant de sa pauvreté il tenoit fortement à son sentiment et disoit : « Le moine qui sur la terre cherche des biens n'est pas moine. » Mais on ne peut pas entendre ceci de l'acquisition des possessions que l'on doit avoir en propre, car ce qui a été dit plus haut indique que ces biens étoient offerts pour l'usage du monastère. Il ne faut cependant pas entendre son sentiment, comme s'il disoit que ceux qui ont des possessions communes s'écartent complètement de la perfection monastique; mais il parloit ainsi à cause du danger qu'il y a de perdre la pauvreté, ce dont sont menacés la plupart des moines qui ont des possessions communes.

Saint Jérôme dit en effet dans l'oraison funèbre de Népotien adressée à l'évêque Héliodore : « Qu'ils soient plus riches moines qu'ils le furent dans le siècle. Qu'ils possèdent sous Jésus-Christ qui est pauvre des richesses qu'ils ne possédoient pas sous le démon qui est riche, et que l'Eglise les désire riches, eux qu'auparavant le monde rendit pauvres. » C'est ce qui fait ajouter avec justesse à saint Grégoire de saint Isaac : « Il craignoit autant de perdre la tranquillité de sa pauvreté que les avars riches mettent de soin à conserver les richesses qui doivent leur échapper. » Le Seigneur de là, pour montrer sa sainteté, le rendit illustre. Saint Grégoire ajoute en effet de lui au même endroit : « Sa vie devint célèbre de tous côtés à cause de l'esprit de prophétie qui l'animoit et par le grand nombre de ses miracles. » Il est donc manifeste que le comble de la perfection est que quelques individus n'aient de possessions ni propres, ni communes. On peut encore prouver cette assertion d'une manière évidente, si on considère la raison des con-

sanctissimo viro, nomine Isaac, qui de Syriæ partibus in Italiam veniens, perfectionis forma quam in oriente didicerat, in occidente observavit. Cum enim crebro ei discipuli humiliter inuenerent, ut pro usu monasterii possessiones quæ offerebantur acciperet, ille sollicitus suæ paupertatis custos, fortem sententiam tenebat dicens : « Monachus qui in terra possessiones quærit, monachus non est ; » quod non potest intelligi de acquisitione possessionum per modum proprietatis habendarum : non enim præmissum est, quod ei possessiones offerrentur nisi pro monasterii usu. Nec tamen ejus sententia sic intelligenda est, quasi possessiones communes habentes omnino à monachorum perfectione deficiant, sed hoc dicebat propter periculum paupertatis amittendæ, quod imminet plerisque monachorum, communes possessiones ha-

bentium. Dicit enim Hieronymus in *Epitaphio* Nepotiani ad Heliodorum Episcopum : « Sint ditiores monachi, quam fuerant sæculares. Possideant opes sub paupere Christo, quas sub locuplete diabolo non habuerant, et suspiret eos Ecclesia divites, quos tenuit mundus ante mendicos : » et ideo signanter Gregorius, de S. Isaac subdit : « Sic quippe metuebat paupertatis suæ securitatem perdere, sicut avari divites solent perituras divitias custodire : unde ad ejus sanctitatem ostendendam, Dominus eum clarificavit : » subdit enim Gregorius de eo ibi : « itaque prophetiæ spiritu magisque miraculis cunctis longe lateque habitantibus, vita ejus inclaruit. » Manifestum est igitur ad cumulum perfectionis pertinere, quod aliqui possessiones non habeant, nec proprias nec communes. Adhuc potest hoc evidentè ostendi,

seils évangéliques qui concernent la perfection. Ils sont établis en effet pour que les hommes, libres des soucis du monde, s'adonnent plus librement au service de Dieu : ce qui fait que l'Apôtre dit relativement au conseil de garder la virginité : « Celui qui n'a pas d'épouse, s'occupe des choses de Dieu et comment il lui plaira. Mais celui qui est marié s'occupe des choses du monde, comment il plaira à son épouse, et il est divisé. » Ceci prouve que plus une chose délivre l'homme des soucis du monde, plus aussi elle appartient à la perfection des conseils. Mais il est évident que les soucis des richesses et des possessions entravent l'homme dans l'accomplissement des choses divines. Saint Matthieu dit en effet, ch. XIII : « La semence qui est tombée dans les épines, c'est celui qui entend la parole de Dieu ; mais les soucis du monde et le prestige des richesses suffoquent la parole de Dieu et la rendent stérile. » Saint Jérôme expliquant ce passage, dit : « Elles sont flatteuses les richesses suivant une chose et en produisant une autre. Leur possession est inconstante puisqu'elles passent tantôt d'une personne à une autre, et qu'elles ne sont pas stables, abandonnant ceux qui les possèdent pour revenir à qui n'en avoit pas. » C'est encore ce que nous prouve ce qui est écrit dans saint Luc, ch. IV, où nous voyons que l'un de ceux qui avoient été invités aux noces s'excuse, disant : « J'ai acheté une campagne, j'ai besoin d'y aller et de la voir. » Et comme le dit saint Grégoire, « qu'entend-on par cette campagne, si ce n'est les biens de la terre ? Il sort donc voir sa terre, celui qui ne pense qu'aux choses extérieures. » Mais il est ajouté à la fin de sa parabole : « Introduisez ici les pauvres et les foibles ; » ce qu'expliquant saint Ambroise, il dit « que celui-là pêche plus rarement, qui n'a rien qui le porte à pécher, et que celui qui n'a rien dans le monde qui puisse le charmer, se convertit plus promptement à Dieu. » Ainsi donc il est démontré que n'avoir aucune espèce de pos-

si ratio consiliorum ad Evangelicam perfectionem pertinentium consideretur. Ad hoc enim introducuntur, ut homines à curis mundi expediti, liberius Deo vacent : unde Apostolus proposito consilio de virginitate servanda dicit : « Qui sine uxore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. » Ex quo patet, tanto aliqua magis ad consiliorum perfectionem pertinere, quanto magis hominem à sollicitudine mundi absolvunt. Manifestum est autem, quod divitiarum et possessionum cura impedit animum à rebus divinis. Dicitur enim *Matth. XIII* : « Qui seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit et sollicitudo seculi istius et fallacia

divitiarum suffocant verbum et sine fructu efficitur : » quod exponens Hieronymus dicit : « Blandæ sunt divitiæ aliud agentes et aliud pollicentes. Lubrica est carum possessio, dum huc illucque circumferuntur ; et in stabili gradu, vel habentes deserunt, vel non habentes resciant ; » hoc etiam evidenter ostenditur, *Luc. XIV.* ubi unus de his qui sunt vocati ad cenam, se excusavit dicens : « Villam emi, et necesse habeo ire et videre illam. » Et sicut Gregorius dicit, « quid per villam, nisi terrena substantia designatur ? Exit ergo videre villam, qui sola exteriora cogitat. » In fine autem parabolæ subditur. « Pauperes et debiles introduc huc : » quod exponens Ambrosius dicit quod « rarius delinquit cui deest illecebra peccandi, et citius ad Deum

sessions ou de richesses, est le fait spécial de la perfection évangélique. Saint Augustin dit aussi dans son livre de la Parole de Dieu : « Les tout petits enfants de Jésus-Christ sont ceux qui ont tout abandonné pour le suivre et qui ont distribué aux pauvres tout ce qu'ils possédoient, afin que libres des soucis de monde, ils servissent Dieu, et que soustraits aux charges du monde, ils s'élevassent comme sur des ailes. Ils sont très-petits parce qu'ils sont humbles, pesez-les donc dans leur petitesse et vous trouverez que leur poids est énorme. » Mais quelle est la personne saine d'esprit qui puisse dire que le soin des possessions communes n'appartient pas aux charges du monde. Il est donc important pour la perfection, que les hommes pour servir Dieu soient délivrés des soucis de ce genre. Il est donc évident qu'elle est vaine, bien plus qu'elle est pestiférée et contraire à la doctrine chrétienne, la doctrine de ceux qui disent que ce n'est pas de la perfection que de ne rien posséder en commun à cause de Jésus-Christ.

Il est dit dans le commentaire de ces mots du Ps. VI : « Qu'ils se convertissent très-promptement et qu'ils rougissent. » Ce n'est pas ce qui a lieu ici, où les méchants se rient plutôt de ceux qui quittent tout, et par leurs railleries font rougir les foibles du nom de Jésus-Christ. Ce qui est dit ailleurs, dans le Psaume XVII, semble aussi s'adresser à eux : « Vous avez confondu le conseil du pauvre, parce que le Seigneur est son espérance. » Le commentaire dit sur ce point du pauvre, « quel qu'il soit, qu'il est membre de Jésus-Christ, et c'est pourquoi vous vous êtes conduits ainsi; parce que le Seigneur est son espérance; ce qui devoit vous le rendre plus respectable, a été une occasion de le mépriser davantage. Tous les efforts de ceux-ci ne tendent pas à mépriser ceux qui suivent exactement les conseils de la

convertitur, qui non habet in mundo unde delectetur. » Sic igitur patet, quod possessiones et quascumque divitias omnino non habere, magis ad Evangelicam pertineat perfectionem. Item, Augustinus dicit in lib. *De verbis Domini* : « Minimi Christi sunt illi, qui omnia sua dimiserunt et secuti sunt eum, et quidquid habuerunt, pauperibus distribuerunt, ut Deo sine sæculari compede expediti servirent, et ab oneribus mundi liberatos velut Pennatos, sursum humeros tollerent : hi sunt minimi, quia humiles, appende minimos istos, et grave pondus invenies. » Nullus autem sani capitis dicet, ad mundi onera non pertinere, communionum possessionum curam. Pertinet igitur ad perfectionis pondus, ut etiam ab hujusmodi compedibus expediti homines serviant Deo. Sic igitur patet, vanam esse doctrinam immo pestiferam et

christianæ doctrinæ contrariam, illorum qui dicunt, quod possessionibus communibus carere propter Christum, ad perfectionem non pertineat, de quibus super illud *Psalmi VI* : « Convertantur et erubescant valde velociter, » dicit Glossa : « Hoc non est hic, ubi potius iniqui rident eos qui omnes relinquunt et suis irrisionibus infirmos Christi nomine erubescere faciunt. » Ad eos etiam pertinere videtur, quod alibi in *Psal. XVII*, dicitur : « Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est. » Ubi dicit Glossa : « Inopis cujuslibet qui est membrum Christi, et hoc ideo fecistis, quoniam Dominus est spes ejus : unde ergo magis reverendus erat, inde magis contemnitur : quid enim aliud isti faciunt, nisi quod contemnere nituntur eos, qui christianæ paupertatis consilium perfecte sectantur, et hoc ideo, quia non in

pauvreté chrétienne, et qui, par cela même, ne mettent pas leur espérance dans les biens terrestres, mais bien en Dieu? »

CHAPITRE XVI.

Solution des raisons apportées contre la perfection dont on vient de parler.

Il est donc facile, d'après ce que nous venons de voir, de réfuter les objections faites contre notre thèse. Ils objectent en premier lieu, qu'il est avantageux de posséder des biens en commun. C'est une chose évidente pour ceux qui ne sont pas capables d'une très-grande perfection, telle que la pratiquèrent les premiers fidèles; il ne falloit cependant pas négliger les moins parfaits : c'est pour cela que chez eux, ceux qui pratiquoient cette grande perfection ne possédoient rien, à l'exemple du Seigneur, qui étoit servi par des anges, et qui eut de l'argent pour les besoins des autres, parce que son Eglise devoit en avoir en dépôt, ainsi que le dit saint Augustin expliquant saint Jean. C'est ce qui fait que s'il est une religion où tous tendent à la plus grande perfection, il leur est avantageux de ne rien posséder en commun.

Ils objectent en second lieu que saint Benoît reçut pendant sa vie de grands biens. Ce fait suffit pour démontrer que les possessions communes n'excluent pas totalement la perfection monastique, mais on ne peut pas en conclure qu'il n'appartient pas à une plus grande perfection de n'avoir aucune possession commune, surtout lorsque le même saint Benoît dit dans sa Règle, qu'il a relâché quelque chose de la rigueur de la vie monastique, telle que les anciens l'avoient établie, et cela par condescendance pour la foiblesse des moines de son temps. On peut en dire autant de saint Grégoire, qui fonda des monastères d'après la règle de saint Benoît.

terrenis possessionibus, sed in Deo spem habent? »

CAPUT XVI.

Solutio rationum contra prædictam perfectionem induciarum.

His igitur visis, facile est respondere ad ea, quæ in contrarium proponuntur : quod enim inductum est, quod expedit possessiones communes possideri, jam patet, quod expedit propter eos qui non sunt summæ perfectionis capaces, qualis in primis credentibus fuit, qui tamen imperfectiores omnino negligendi non erant : unde et apud illos qui illam summam perfectionem sectabantur, possessiones non erant, sicut etiam Dominus, cui angeli ministrabant, oculos habuit propter necessitatem aliorum, quia scilicet ejus ecclesia oculos erat habitura, sicut Augus-

tinus dicit super *Joan.* « Unde si qua sit congregatio, in qua omnes ad majorem perfectionem tendant, expedit eis communes possessiones non habere. »

Quod vero secundo proponitur, quod beatus Benedictus in vita sua amplas possessiones recepit, hoc sufficit ad ostendendum, quod communes possessiones non totaliter monasticam perfectionem excludunt : non autem ex hoc haberi potest, quod majoris perfectionis non sit possessionibus communibus carere, præsertim cum idem beatus Benedictus in sua Regula dicat se aliquid remisisse de rigore monasticæ vitæ à prioribus institutæ, condescendendo infirmitatibus sui temporis monachorum; et eadem ratio est de beato Gregorio qui monasteria construxit, secundum regulam à beato Benedicto institutam.

Ils objectent en troisième lieu que le Seigneur permit aux Apôtres de prendre au temps de persécution un petit sac et une besace. Cette raison, ainsi que nous l'avons dit plus haut, prouve plus contre que pour eux. Si, en effet, la persécution est une raison pour relâcher la rigueur de la discipline première, il s'ensuit que la rigueur de cette discipline exigeoit qu'ils n'eussent ni sac, ni besace; on ne lit cependant pas que, pendant ce temps de persécution, ils se soient procurés quelques biens en commun. Ainsi il est évident que cette raison ne vient point à l'appui de leur proposition.

Ils disent en quatrième lieu, que le Seigneur n'établit pas un ordre de personnes qui ne possédassent rien, mais qu'il institua l'ordre des évêques qui possèdent des biens. Ceci est, sous un autre point de vue, un mensonge évident. Le Seigneur, en effet, lorsqu'il établit que les disciples ne posséderoient ni or, ni argent, et que leurs cœurs ne seroient pas accablés sous le poids des soucis de ce monde, et qu'il promit des récompenses à ceux qui, pour son nom, quittoient leurs champs et leurs maisons, il ne leur promit pas seulement pour l'avenir, mais pour le siècle présent, à savoir qu'ils soient avec les Apôtres qui, n'ayant rien dans ce monde, possédoient tout; il est évident que tous ceux qui auront suivi cette règle, suivent ce qu'a établi Jésus-Christ; ceux qui suivent les saints qui ont établi des ordres religieux, ne s'unissent pas à eux, mais à Jésus-Christ dont ils proposent les enseignements; ils ne se prêchent pas, en effet, eux-mêmes, mais, avec l'Apôtre, ils prêchent Jésus-Christ et ses enseignements. Ils se sont encore trompés sur un autre point, ou ils veulent tromper, travestissant ce qui arrive. Jésus-Christ a de fait établi l'ordre des évêques et des autres clercs qui ont des possessions ou propres, ou communes; mais ce n'est pas lui qui a établi cela

Quod vero tertio propositum est, quod Apostolis persecutionis tempore permisit Dominus, ut peram et sacculum tollerent, magis contra eos facit, sicut ex præmissis apparet. Si enim in persecutionis causa rigor prioris disciplinæ remittitur, consequens est quod ad rigorem disciplinæ pertinebat, ut peram et sacculum non haberent: nec tamen legitur quod illo persecutionis tempore, procuraverint sibi aliquas possessiones communes, et sic patet quod inducitur ad propositum non pertinere.

Quod vero quarto inducitur, quod Dominus non instituit ordinem non habentium possessiones, sed ordinem prælatorum, qui possessiones habent, in altero quidem est apertum mendacium. Cum enim Dominus discipulos instituit, quod nec argentum, nec aurum possideant, et quod corda eorum non graventur curis hujus

mundi, et dimittentibus agros et domos propter nomen suum præmia repræmittit non solum in futuro, sed in hoc sæculo, ut scilicet sint cum Apostolis, nihil in hoc mundo habentes et omnia possidentes, manifestum est quod omnes quicumque hanc regulam secuti fuerint: institutionem Christi sequuntur: nec enim illi qui sanctos sequuntur, per quos sunt ordines instituti, ad ipsos accedunt, sed ad Christum cujus documenta proponunt, quia nec illi seipsos prædicaverunt, sed cum Apostolo Jesum Christum ejus documenta proponentes, in altero vero falluntur, vel fallere volunt per fallaciam accidentis. Instituit enim Christus episcoporum ordinem, et aliorum clericorum, qui possessiones communes habent, vel proprias: sed hoc Christus in eis non instituit, sed magis instituit eorum ordinem in perfecta paupertate,

parmi eux ; il a bien plutôt établi leur ordre dans une pauvreté parfaite, ainsi que le prouve ce que nous avons dit plus haut. L'Eglise toutefois accepta, et eut, par la suite, des biens communs, lesquels elle étoit chargée de distribuer, comme plus haut nous en avons donné la raison.

Pour ce qui est de leur cinquième objection, savoir que la perfection chrétienne n'a pas été plongée dans le sommeil depuis le temps des Apôtres jusqu'à nos jours, c'est une chose certaine ; elle a été, en effet, pratiquée par un grand nombre de personnes, et dans l'Égypte, et dans les autres parties du monde. Est-ce que cependant quelqu'un peut imposer à Dieu un mode d'attirer à lui tous les hommes de la même manière, dans le même temps et dans tous les lieux. Bien plus, d'après l'ordre de sa sagesse qui dispose tout avec suavité, il pourroit dans tous les temps au salut des hommes par des moyens convenables. Quoi ! si l'on examine cette question, est-ce que la doctrine chrétienne a dormi dès le temps des grands docteurs, des Athanases, des Basiles, des Ambroises, des Augustins et des autres docteurs qui ont existé depuis ce temps jusqu'à nos jours, où les hommes s'exercent avec plus de soin dans la pratique de la doctrine chrétienne ? Est-ce que, d'après leurs admirables raisons, il est illicite de reprendre toute bonne œuvre interrompue pendant quelque temps ? Il ne seroit donc pas permis, d'après cela, de souffrir le martyre et de faire des miracles, parce que, depuis longtemps, ils auroient été interrompus.

Ils objectent en sixième lieu que ceux qui n'avoient pas de possessions communes vivoient du travail de leurs mains. Mais cette calomnie est aussi grande pour les autres que pour les religieux, parce que l'Apôtre qui prêchoit l'Évangile vivoit, lui aussi, du travail de ses mains. Les évêques, les archidiacres, et tous ceux qui, par leur

sicut ex prædictis apparet. Postmodum vero dispensative sunt in ecclesia communes possessiones acceptæ propter rationem prædictam.

Quod etiam quinto propositum est quod christiana perfectio non dormitavit à tempore Apostolorum usque ad præsentia tempora, certum est eam non dormitasse, sed in plurimis viguit et in Ægypto, et in aliis partibus mundi. Numquid tamen aliquis Deo modum imponere potest, ut omnes in omni tempore, et in omnibus locis homines eodem modo ad se trahat, quinimmo secundum suæ sapientiæ ordinem quo suaviter universa disponit singulis temporibus congruentia adminicula providet humanæ salutis. Quid enim si quærat. Numquid dormitavit doctrina christiana à tempori-

bus magistrorum doctorum Athanasii, Basilii, Ambrosii, Augustini, et aliorum qui circa illud tempus fuerunt usque ad hæc nostra tempora, in quibus magis in doctrina christiana homines exercentur ? Numquid secundum mirabilem eorum rationem, quidquid boni tempore aliquo intermissum fuit, illicitum erit resumere ? Sic enim et martyrium illicitum erit subire, et miracula facere, quia multo tempore sunt hujusmodi intermissa.

Quod vero sexto proponunt, quod illi qui possessionibus communibus carebant, vivebant de operibus manuum, hoc non minorem calumniam aliis, quam religiosis ingerit, quia etiam Apostolus qui Evangelium prædicabat, vivebat de opere manuali. Numquid ergo episcopi, archidiaconi, et

charge, sont obligés de prêcher l'Évangile, pêcheroient-ils donc, s'ils ne vivent pas du travail de leurs mains? Mais s'ils n'y sont pas tenus, parce que Paul ne le faisoit pas par nécessité, mais par surérogation, pourquoi imposent-ils donc aux religieux ce que les Pères firent par surérogation? Il n'est personne, en effet, qui puisse accomplir tout ce qui est de surérogation, l'un fait ce qui est surabondant sur un point, l'autre ce qui l'est sur un autre. Mais si l'on dit qu'il est de nécessité et non de surérogation, pour ceux qui n'ont pas de biens en commun, de vivre du travail de leurs mains, je conviens toutefois sur ce point, qu'il y a nécessité pour eux de ne pas vivre dans l'oisiveté. Le travail des mains n'est pas néanmoins le seul qui détruise l'oisiveté; l'étude de l'Écriture sainte est bien plus propre à atteindre ce but; ce loisir, ainsi que le dit saint Augustin, est la source d'un grand travail; ce qui lui fait ajouter sur ces paroles du Psaume LXVIII : « Mes yeux ont fait défaut, etc., » « il n'est pas oisif, celui qui seulement étudie la parole de Dieu. La fatigue de celui qui se livre aux travaux extérieurs n'est pas plus grande que celle de celui qui s'applique à connoître Dieu. La sagesse elle-même est un très-grand œuvre. »

Le travail par lequel on acquiert la science nécessaire pour combattre les ennemis de la foi, dissipe aussi l'oisiveté; c'est ce que prouvent les paroles suivantes de l'Apôtre : « Travaillez comme un bon soldat de Jésus-Christ, » 2^e Ep. Tim., ch. II; la Glose dit sur ce point : « Par la prédication de l'Évangile, contre les ennemis de la foi. » J'avoue encore que c'est une nécessité pour ceux qui n'ont pas d'autres ressources légitimes pour vivre. Mais il est permis à ceux qui évangélisent, fussent-ils moines, de vivre de l'Évangile et du ministère des autels, ainsi que le dit saint Augustin dans son livre intitulé, *Du travail des Moines*; sinon, est-ce qu'il seroit permis aux moines

quibuscumque ex officio competit Evangelium prædicare, peccant si non vivant de opere manuali? Si autem ad hoc non tenentur quia Paulus hoc non ex necessitate, sed supererogando faciebat, quid imponunt religiosis quiddam sancti Patres supererogando fecerunt? Nullus enim est qui omnes supererogationes possit implere, cum unus in uno, et alius superabundet in alio. Si non vero supererogationis, sed necessitatis esse dicitur eos qui possessionibus communibus carent de labore manuum vivere, fateor quidem quantum ad hoc necessitatis esse, ut non otiose vivant. Sed otium non solum per laborem manuum tollitur, sed multo melius per sacræ Scripturæ studium, quod otium habet magnum negotium, sicut Augustinus dicit, unde super

illud *Psal.* LXVIII, « Defecerunt oculi mei, » etc., dicit Glossa : « Non est otiosus qui verbo Dei tantum studet, nec pluris est qui extra operatur, quam qui studium cognoscendæ divinitatis exercet. Ipsa etiam sapientia maximum opus est. »

Tollitur etiam otium per laborem doctrinæ quo contra hostes fidei dimicatur, secundum illud Apostoli : « Labora sicut bonus miles Christi Jesu, » II. *ad Tim.* II, ubi dicit Glossa, « in prædicando Evangelium contra hostes fidei. » Fateor etiam hoc necessitatis esse his qui aliunde non habent de quo licite vivant. Licetum est autem Evangelistis etiam monachis ut de Evangelio vivant, et de altaris ministerio, sicut Augustinus dicit in libr. *De opere monachorum*, alioquin numquid illas solas pos-

d'avoir d'autres possessions communes que celles qu'ils pourroient gagner par le travail de leurs mains? Mais n'est-il pas ridicule à quelqu'un de dire qu'il est permis aux religieux de recevoir par l'aumône de grandes richesses, et qu'ils ne peuvent pas recevoir, par l'aumône des fidèles, les choses nécessaires pour leur nourriture de chaque jour? Ainsi donc, il n'y a aucune nécessité pour ceux qui n'ont pas de possessions communes, de faire des œuvres manuelles; nous avons toutefois traité ailleurs plus au long ce sujet.

Pour ce qui est de leur septième objection, elle est plus digne de mépris que de réponse. Quel est, en effet, celui qui ne voit pas qu'il y a infiniment plus de soucis à se livrer à acquérir des richesses, ce à quoi suffisent à peine les gens du monde, que d'acquérir la simple nourriture que procure la piété des fidèles, et à laquelle pourvoit la providence?

Ils objectent en huitième lieu que les religieux qui vivent ainsi, sont obligés de s'occuper des affaires de ceux qui les nourrissent, sollicités qu'ils en sont par eux. J'avoue à la vérité qu'ils y sont obligés, mais ce n'est que pour le salut de leur ame ou pour les consoler dans leurs tribulations. Or ces soucis sont ceux de la charité, ce qui fait qu'ils ne répugnent point à la religion; bien plus, ainsi que le dit saint Jacques, ch. 1^{er} : « La religion pure et la piété sans tache aux yeux de Dieu notre Père, consiste à visiter les veuves et les orphelins dans leur affliction. »

Leur dernière objection est d'une frivolité absolue. Les choses dont se servent les religieux pour l'entretien de leur vie, ne leur appartiennent pas, en effet, quant à la propriété du domaine, mais elles sont dispensées par ceux, quels qu'ils soient, qui en ont le domaine, pour satisfaire à leurs besoins.

sessiones communes monachis licet habere, quas possunt lucrari de opere manuali? Nonne autem derisibilis est si quis dicat licere religiosis in eleemosynam amplas possessiones accipere, non autem eis licere accipere de fidelium eleemosynis ea quæ pertinent ad quotidianum et simplicem victum? Sic igitur nulla necessitas imminet his qui communes possessiones non habent manibus operari: de hoc tamen diffusius alibi à nobis dictum est.

Jam vero quod septimo propositum est, magis derisione, quam responsione dignum est. Quis enim non videat in immensum majoris sollicitudinis esse possessionibus procurandis curam impendere, ad quod vix sæculares sufficiunt, quam acquirere simplicem victum ex fidelium pietate colla-

tum, et clementia divina provisum?

Quod vero octavo propositum est de hoc quod religiosi necesse habent circa eorum negotia sollicitari à quibus pascuntur, fateor quod habent quidem, sed circa spiritualem eorum salutem, vel ut tribulatos consolentur, quæ quidem sollicitudo est charitatis, unde religioni non repugnat, quinimmo ut dicitur *Jac. I*: « Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. » Quod autem ultimo propositum est, omnino est frivolum: quia ea quibus utuntur religiosi ad sustentationem vitæ, non sunt eorum quantum ad proprietatem domini, sed dispensatur ad usum necessitatis eorum ab his qui harum rerum dominium habent quicumquesint illi.

Telles sont les choses que , pour le moment, nous voulons écrire contre la doctrine erronée et pestiférée de ceux qui empêchent les hommes d'entrer en religion. Si quelqu'un veut contredire ce que nous venons de dire, qu'il ne plaisante pas devant les enfants, mais qu'il écrive et qu'il propose publiquement ce qu'il en a écrit, afin que ce qui est vrai puisse être jugé tel par celui qui a de l'intelligence, et que l'autorité de la vérité réfute ce qui est erroné.

Fin du dix-septième Opuscule, c'est-à-dire, ouvrage de saint Thomas d'Aquin contre l'erreur pestiférée de ceux qui empêchent les hommes d'entrer en religion.

L'Abbé FOURNET.

OPUSCULE XVIII.

DU MÊME DOCTEUR SAINT THOMAS, SUR LA PERFECTION DE LA VIE SPIRITUELLE; L'AUTEUR AU COMMENCEMENT FAIT CONNOÎTRE LE BUT QU'IL SE PROPOSE.

Comme quelques hommes ont eu la présomption de dire sur l'état de perfection plusieurs choses qui n'ont pas de fondement, bien qu'ils ne sussent pas ce que c'est que la perfection; nous nous proposons ici d'en parler. Nous dirons ce que c'est que d'être parfait, de quelle manière on acquière la perfection, quel est l'état de perfection, et quelles sont les choses qui conviennent à ceux qui embrassent cet état.

<p>Hæc igitur sunt quæ ad præsens scribenda occurrunt contra erroneam et pestiferam doctrinam avertentium homines à religionis ingressu. Si quis autem his contradicere voluerit, non coram pueris garrat, sed scribat, et scripturam proponat in publico, ut ab intelligenti dijudicari</p>	<p>possit quod verum sit, et ut quod erroneum est autoritate veritatis confutetur.</p> <p style="text-align: center;"><i>Explicit opusculum decimum septimum, divinum scilicet opus divi Thomæ Aquinatis contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à religionis ingressu.</i></p>
--	--

OPUSCULUM XVIII.

EJUSDEM DOCTORIS DE PERFECTIONE VITÆ SPIRITUALIS, ET PRIMO PONITUR AUTHORIS INTENTIO.

<p>Quoniam quidam perfectionis ignari, de perfectionis statu vana quædam dicere præsumpserunt, propositum nostræ intentionis est de perfectione tractare, quid sit esse</p>	<p>perfectum; qualiter perfectio acquiritur, quis sit perfectionis status, et quæ competentibus assumptionibus perfectionis statum.</p>
---	---

CHAPITRE PREMIER.

Que la perfection de la vie spirituelle se prend simplement suivant la charité.

Il nous faut donc considérer d'abord que le parfait se dit de plusieurs manières. On dit en effet d'une chose, qu'elle est parfaite en soi, *simpliciter*, ou qu'elle l'est relativement, *secundum quid*. Cette chose est parfaite en soi, *simpliciter*, qui atteint sa fin, ce qui lui convient d'après sa propre manière d'être. Mais on dit d'une chose, qu'elle est parfaite relativement, *secundum quid*, si elle atteint la fin de quelques-unes des choses qui accompagnent sa propre manière d'être. Ainsi on dit d'un animal, qu'il est simplement, *simpliciter*, parfait, lorsqu'il atteint ce but d'une manière telle qu'il ne lui manque rien des choses nécessaires à l'intégrité de la vie animale; comme par exemple, s'il ne lui manque rien dans le nombre et la disposition des membres, dans la grandeur qui convient au corps, et dans les forces qui rendent parfaites les opérations de la vie animale. Mais on peut dire d'un animal qu'il est parfait relativement, *secundum quid*, s'il est parfait dans une qualité concomittante quelconque; comme s'il est parfait en blancheur ou en odeur et autres choses de ce genre.

Ainsi donc, de même dans la vie spirituelle, on dit d'un homme qu'il est parfait simplement, *simpliciter*, à cause de ce en quoi consiste surtout la vie spirituelle; on peut le dire parfait relativement, *secundum quid*, par rapport à une des choses, quelle qu'elle soit, qui se rattache à la vie spirituelle. Mais la vie spirituelle consiste surtout dans la charité; celui qui ne la possède pas est tenu pour n'être rien spirituellement; ce qui fait dire à l'Apôtre, I. Cor. ch. XIII. « Quand j'aurois le don de prophétie, ou que je pénétrerois tous les mystères,

CAPUT I.

Quod perfectio spiritualis vitæ attenditur simpliciter secundum charitatem.

Primum igitur considerare oportet, quod perfectum multipliciter dicitur. Est enim aliquid simpliciter perfectum, aliquid vero dicitur perfectum secundum quid: simpliciter quidem perfectum est, quod attingit ad finem ejus, quod ei competit secundum propriam rationem. Secundum quid autem perfectum dici potest, quod attingit ad finem alicujus eorum, quæ comitantur propriam rationem, sicut animal simpliciter dicitur esse perfectum, quando ad hunc finem perducitur, ut nihil ei desit ex his quæ integritatem vitæ animalis constituunt, puta, cum nihil ei desit ex numero et disposi-

Il y exhorte en dernier lieu par ses paroles, lorsqu'il dit : « Que celui qui peut comprendre, comprenne ; » c'est comme le dit saint Jérôme, « la voie du Seigneur qui exhorte ses soldats et qui les pousse à remporter la récompense de la chasteté, c'est comme s'il leur disoit : Que celui qui peut combattre, combatte, qu'il l'emporte et qu'il triomphe. » Si l'on venoit à objecter qu'Abraham a été parfait ainsi que les autres justes de l'antiquité, bien qu'ils ne se soient pas abstenus du mariage ; on répond à cette difficulté par ce que dit saint Augustin, dans son livre Du bien conjugal : « La continence n'est pas une vertu du corps, mais bien de l'esprit. » Les vertus de l'esprit parfois se manifestent

pervenitur, unde dicitur *Sapientia*, VIII : « Scivi, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det ; » et hoc ipsum erat summa sapientia, scire cujus esset hoc donum : cui consonat, quod Apostolus dicit I. *Corinthiorum*, VII : « Volo omnes homines esse sicut meipsum » scilicet qui continentiam servo ; « sed unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic : » ubi aperte continentia bonum dono Dei adscribitur. Sed ne rursus ad hoc aliquis donum consequendum secundum suas vires conari negligat, Dominus ad hoc hortatur communiter, et primo quidem exemplo, cum dicit : « Sunt eunuchi, qui seipos castraverunt ; » non membrorum abscissione, ut Chrysostomus dicit, sed malarum cogitationum interemp-

tionem. Et deinde invitat proponens præmium cum subdit : « Propter regnum caelorum : » unde dicitur *Sapientia*, IV : « Casta generatio in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatum certaminum præmium vincens. »

Et ultimo hortatur verbo, cum dicit : « Qui potest capere, capiat, » quæ, ut Hieronymus dicit, hortantis Domini vox est et milites suos ad pudicitia præmium concitantis, quasi « qui potest pugnare, pugnet et superet ac triumphet. » Si quis autem objectionem moveat de Abraham, qui perfectus fuit, et aliis justis antiquis à matrimonio non abstinentibus, patet responsio per hoc, quod Augustinus dicit in libro De bono conjugali : « Continentia non corporis, sed animi virtus est. Virtutes

dans les œuvres, parfois aussi elles sont cachées dans l'état lui-même. C'est pourquoi, comme le mérite de la patience n'est pas différent dans saint Jean qui n'a pas souffert la mort, que dans saint Pierre qui l'a souffert; de même celui de la continence n'est pas différent dans saint Jean qui n'a jamais été marié, que dans Abraham qui a engendré des enfants. Le célibat du premier, comme le mariage du second, combattirent suivant les temps en faveur de Jésus-Christ.

Que le fidèle qui est continent dise donc : « Pour moi je ne suis pas meilleur qu'Abraham, mais la chasteté du célibat est préférable à celle du mariage; Abraham pratiqua l'une et eut l'autre par état. Il vécut chaste dans le mariage, il auroit pu être chaste hors du mariage, mais alors il ne dut pas l'être de cette manière. Pour moi, il m'est plus facile de ne pas user des noces, tel que Abraham en a usé, que si j'usois comme il l'a fait; et c'est pourquoi je suis meilleur que ceux qui ne peuvent pas par continence d'esprit ce que je puis; mais je ne suis pas plus que ceux qui, à cause de la différence des temps, ne firent pas ce que je fais. Ce que je fais maintenant, ceux-ci l'eussent mieux fait s'il avoit fallu le faire alors, mais ce qu'ils firent, il ne seroit pas possible de le faire comme eux, si maintenant on y étoit obligé. » Cette solution de saint Augustin s'accorde avec ce que nous avons dit précédemment de l'observance de la pauvreté. Il avoit en effet une si grande vertu de perfection dans l'esprit, que, ni la possession des biens temporels, ni l'usage du mariage, ne pouvoient éloigner de son cœur l'amour parfait de Dieu. Si cependant quelqu'un, sans avoir un esprit aussi vertueux, prétendoit, avec la possession des richesses et l'usage du mariage, parvenir à la perfection, il seroit convaincu d'errer par présomption, faisant peu de cas des conseils du Seigneur.

autem animi aliquando in opere manifestantur, aliquando in habitu latent. » Quocirca sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, et in Joanne qui passus non est : sic non impar meritum est continentiæ in Joanne, qui nullas expertus est nuptias, et in Abraham qui filios generavit. Et illius enim cælibatus, et istius connubium per temporum distributionem Christo militaverunt.

Dicit ergo fidelis continens : « Ego quidem non sum melior quam Abraham : sed melior est castitas cælibum, quam castitas nuptiarum, quarum Abraham unam habuit in usu, alteram in habitu. Caste quippe conjugaliter vixit : esse autem castus sine conjugio potuit, sed tunc non oportuit. Ego vero facilius non utor nuptiis, quibus usus est Abraham, quam si uterer nuptiis, quemadmodum usus est Abraham : et ideo

melior sum illis, qui per animi continentiam non possunt quod ego, non illis qui propter temporis differentiam non fecerunt quod ego. Quod enim nunc ago, melius illi egissent, si tunc agendum esset : quod autem illi egerunt, sic ego non agerem, etiam si nunc agendum esset. » Hæc autem Augustini solutio concordat cum eo, quod supra dictum est de observantia paupertatis. Tantam enim perfectionis virtutem habebat in mente, ut nec propter temporalium possessionem, nec propter usum conjugii mens ejus deficeret à perfecta dilectione ad Deum. Si quis tamen eandem mentis virtutem non habens, cum possessione divitiarum, et usu conjugii ad perfectionem pervenire contenderet, præsumptuose convinceretur errare, consilia Domini parvipendens.

CHAPITRE IX.

Des choses qui aident l'homme à garder la continence.

Comme donc avancer par la voie de la continence, est, suivant la parole du Seigneur, une chose si difficile, qu'il ne soit pas donné à tout le monde de le faire, et que ce soit un don de Dieu, il faut que ceux qui veulent avancer par cette voie agissent de telle sorte qu'ils évitent tout ce qui pourroit les empêcher de la suivre. Mais il semble qu'il y a un triple obstacle à la continence. Le premier vient du corps, le second de l'ame, le troisième des personnes et des objets extérieurs. Et d'abord de la part du propre corps, parce que comme le dit l'Apôtre, Ep. aux Gal., ch. V : « La chair convoite contre l'esprit. » Il est aussi dit au même endroit que « les œuvres de la chair sont la fornication, l'impureté, l'impudicité et les autres choses de cette espèce. » Cette loi de la concupiscence est celle dont parle l'Apôtre, Ep. aux Rom., ch. VII : « Je vois une autre loi dans mon corps qui répugne à la loi de mon esprit. » Mais plus la chair est échauffée par l'abondance des mets et les délices de la volupté, plus aussi s'accroît cette concupiscence, ce qui fait dire à saint Jérôme : « Le ventre qui est échauffé par le vin, devient aussitôt écumant par la passion. » Il est aussi écrit au livre des Proverbes, ch. XX : « Le vin est une chose luxurieuse. » On lit au livre de Job de Béhémot, lequel signifie le diable : « Il dort dans un endroit retiré, à l'ombre d'un roseau, dans des lieux humides. » Saint Grégoire commentant ce passage dans son troisième livre de Morale, dit : « Les lieux humides sont les œuvres de la volupté. Le pied ne chancelle pas sur un sol aride, et c'est à peine si on peut le tenir fixe sur un terrain glissant. » Ils voyagent donc ici-bas dans des sentiers humides, ceux qui ne peuvent pas dans cette vie se

CAPUT IX.

De his quibus homo juvatur ad continentiam servandam.

Quia igitur per continentiae viam incedere tam arduum est, ut iuxta verbum Domini, non omnes hoc capiant, sed Dei dono habeatur, per hanc viam incedere volentibus sic agere oportet, ut vitent ea, quibus a prosecutione hujus itineris impediri possent. Tria autem esse impedimenta continentiae apparet. Primum quidem ex parte corporis. Secundum ex parte animae. Tertium ex parte exteriorum personarum, vel rerum. Ex parte quidem proprii corporis, quia sicut Apostolus dicit *ad Galatas*, V. « Caro concupiscit adversus spiritum. » Cujus carnis opera ibidem esse dicuntur fornicatio, immunditia, impudi-

cia, et caetera hujusmodi : hæc autem concupiscentia carnis est lex, de qua dicit Apostolus *ad Romanos*, VII : « Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. » Quanto autem caro magis fovetur per ciborum affluentiam et deliciarum molliem, tanto hujusmodi concupiscentia magis crescit, unde Hieronymus dicit : Venter mero æstuans cito despumat in libidinem. » Et *Proverb.*, XX : « Luxuriosa res, vinum. » Et *Job*, XL dicitur de Behemot, per quem diabolus significatur : « Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus : » quod exponens Gregorius, XXXIII *Moral.* dicit : « Loca humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur, fixus vero in lubrica vix tenetur. » In locis ergo humentibus iter vitæ præsentis faciunt,

tenir droit pour la justice. Il faut donc que ceux qui embrassent la voie de la continence, châtent leur propre chair par les veilles, les jeûnes et autres exercices de ce genre, mettant de côté les douceurs de la vie.

L'Apôtre nous en donne un exemple dans la 1^{re} aux Cor., ch. IX, lorsqu'il dit : « Tout homme qui combat dans l'arène, s'impose toute espèce de privations, » et il ajoute peu après : « Je châtie mon corps, je le réduis en servitude, de peur qu'après avoir prêché aux autres, je ne sois peut-être réprouvé moi-même ; » et ce qu'il a accompli dans ses œuvres, il l'a enseigné dans ses paroles. Il enseigne en effet, Ep. aux Rom., ch. XIII, après avoir dit : « Ne vous laissez aller ni aux débauches, ni aux impudicités ; ne prenez, dit-il, aucun soin des désirs de la chair. » C'est avec justice qu'il dit de ne pas se laisser aller aux désirs de la chair, c'est-à-dire à la volupté ; car il faut prendre soin d'elle, suivant que la nature l'enseigne. Le même Apôtre dit à cette occasion, Ep. aux Ephés., ch. V : « Jamais personne n'a haï sa chair, mais il la nourrit et l'entretient. »

L'âme elle-même suscite des entraves au propos de garder la continence, et ceci a lieu lorsqu'on s'arrête à des réflexions lascives. C'est pour cela que le Seigneur dit par le prophète Isaïe, ch. V : « Faites disparaître de devant moi le mal de vos pensées. » Les mauvaises pensées le plus souvent portent à faire le mal. Le prophète Michée dit, ch. I : « Malheur à vous, qui vous livrez à des pensées inutiles ; » et il ajoute aussitôt : « Et qui faites le mal dans vos lits. » Mais parmi les autres pensées mauvaises qui portent le plus au mal, sont les pensées de la délectation charnelle. On peut, d'après la doctrine même du Philosophe, en donner deux raisons. La première, c'est parce que comme la délectation est innée dans l'homme, et que dès la jeunesse elle a été nourrie en lui, lorsque la pensée la lui propose, facilement

qui in hac ad justitiam recti stare non possunt. Oportet igitur continentiae viam assumentibus carnem propriam abstractis deliciis, vigiliis et jejuniis, et hujusmodi exercitiis castigare.

Cujus rei exemplum Apostolus nobis ostendit I. *ad Cor.*, IX, dicens : « Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, » et post modica subdit : « Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar, » et quod opere perfecit, verbo docuit. Dicit nobis *ad Rom.*, XIII, cum præmisisset : « Non in cubilibus et impudiciis, et carnis, inquit, curam ne feceritis in desideriiis. » Recte autem dicit in desideriiis, id est, ad voluptatem, quia ad necessitatem naturæ carni cura est impen-

denda : unde idem dicit *ad Ephesios*, V : « Nemo carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit et fovet eam. »

Ex parte autem animæ propositum continentiae impeditur, dum lascivis cogitationibus immoratur. Unde Dominus per prophetam dicit *Isaïæ*, I : « Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. » Malæ enim cogitationes plerumque ad malum faciendum inducunt. Unde dicit *Michæas*, II : « Væ qui cogitatis inutile, » et statim subditur : « Et operamini malum in cubilibus vestris. » Inter cæteras autem cogitationes malas magis ad peccatum inclinant cogitationes de delectationibus carnis. Cujus ratio etiam secundum philosophorum doctrinam dupliciter assignari potest. Una quidem, quia cum ipsa

la convoitise se porte vers elle. C'est pourquoi le Philosophe dit, II. liv. Ethic. : « Qu'il nous est difficile de juger de la délectation, à moins que nous ne l'éprouvions. » La seconde raison, c'est parce que, comme le dit le Philosophe dans Ethic. III : « Les choses délectables sont plutôt volontaires en particulier qu'en général. » Mais il est évident que ce n'est qu'en nous y arrêtant que nous arrivons à toutes les particularités de la pensée, ce qui fait que les pensées de longue durée provoquent surtout la passion. C'est pourquoi l'Apôtre dit, I. Cor., ch. VI : « Fuyez la fornication, » parce que comme le dit le commentaire, « on peut attendre la lutte avec les autres vices ; » mais pour celui-ci ; « fuyez-le de peur qu'il ne vous atteigne, » il n'y a pas d'autre moyen de vaincre ce mal.

Il y a contre ce qui entrave ce genre de continence un grand nombre de remèdes : le premier et le plus important, c'est d'occuper son esprit à la contemplation des choses divines et à la prière : d'où l'Apôtre dit, Ephés., c. V : « Ne vous laissez pas aller aux excès du vin, qui mènent à l'impudicité ; mais remplissez-vous du Saint-Esprit, vous entretenant de psaumes, d'hymnes et de cantiques spirituels ; » ce qui paroît appartenir à la contemplation : « chantant et psalmodiant au Seigneur dans vos cœurs, » ce qui est une espèce de prière. Le Seigneur dit aussi de là, par le prophète Isaïe, ch. XLVIII : « Par ma louange je vous retiendrai pour que vous ne périissiez pas. » La louange de Dieu est en effet une espèce de frein qui retire l'homme de la mort du péché.

Le second remède, c'est l'étude des Ecritures, d'après ce que saint Jérôme écrit au moine Rustique : « Aimez l'étude des Ecritures, et vous n'aimerez pas les vices de la chair. » C'est pourquoi l'Apôtre après avoir dit à Timothée, I. ch. IV : « Soyez un modèle pour les

delectatio fit homini connaturalis, et à juventute connutrita, facile in ipsam appetitus fertur, cum eam cogitatio proponit. Unde Philosophus dicit II. *Ethicorum*, quod « delectationem judicare non possumus de facili, quin accipiamus eam. » Secunda ratio est, quia ut idem dicit in III. *Ethicorum* : « Delectabilia in particulari sunt magis voluntaria quam in universali. » Manifestum est autem, quod per moram cogitationis ad particularia quæque descendimus, unde per cogitationem diutinam maxime libido provocatur. Et propter hoc Apostolus I. *ad Corinthios*, VI, dicit : « Fugite fornicationem : » quia ut Glossa ibidem dicit : « Cum aliis vitiis potest expectari conflictus, sed hanc fugite, ne approxinet, quia non aliter hoc malum potest vinci. »

Contra igitur hujusmodi incontinentiæ impedimentum multiplex remedium inve-

nitur, quorum primum et præcipuum est, ut mens circa contemplationem divinarum et orationem occupetur : unde dicit Apostolus *ad Ephesios*, V : « Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, » quod ad contemplationem pertinere videtur. « Cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, » quod ad orationem pertinere videtur. Hinc etiam Dominus per prophetam dicit, *Isai.*, XLVIII : « Laude mea infræna bo te, ne intereas. » Est enim quoddam frænum animam ab interitu peccati retrahens laus divina. Secundum remedium est studium Scripturarum, secundum illud Hieronymi *ad Rusticum monachum* : « Ama Scripturarum studia, et carnis vitia non amabis. » Unde Apostolus cum dixisset I. *ad Timoth.*, IV. « Exemplum esto fidelium in

fidèles, dans vos paroles, dans vos conversations, dans la charité, dans la chasteté; » ajoute aussitôt : « En attendant que je vienne, adonnez-vous à l'étude. »

Le troisième, c'est d'occuper son esprit de toutes sortes de bonnes pensées. Saint Chrysostôme commentant saint Matthieu, dit : « Le retranchement d'un membre n'est pas aussi propre à réprimer les tentations et à procurer la tranquillité que le frein de la pensée. » L'Apôtre dit aussi, Philip., chap. IV : « Enfin mes frères, que tout ce qui est véritable et sincère, tout ce qui est honnête, tout ce qui est juste, tout ce qui est saint, tout ce qui peut vous rendre aimable, tout ce qui est vertueux, et tout ce qui est de bonne odeur, et tout ce qui est d'édification, tout ce qui est louable dans le règlement des mœurs, soit l'entretien de vos pensées. »

Le quatrième, c'est que l'homme ne demeure jamais oisif, que même il s'applique aux travaux du corps. Il est en effet écrit au livre de l'Ecclésiastique, ch. XXXIII : « L'oisiveté est la maîtresse de la malice. » L'oisiveté excite spécialement les vices de la chair. Ezéchiel dit, ch. XVI : « Ce fut là l'iniquité de Sodôme, votre sœur, l'orgueil, l'excès des viandes, l'abondance de toutes choses, et l'oisiveté dans laquelle elle étoit plongée. » C'est pourquoi saint Jérôme écrivant au moine Rustique, lui dit : « Faites toujours quelque chose pour que toujours le diable vous trouve occupé. »

Le cinquième remède contre la concupiscence de la chair se tire de certains troubles de l'esprit. Saint Jérôme rapporte à ce sujet, dans la même lettre : « qu'il y avoit dans un monastère, un jeune homme, qui ne pouvoit par aucune espèce d'abstinence, ni aucun travail, quelque grand qu'il fût, éteindre les flammes de la concupiscence charnelle ; le Père abbé le délivra du danger qui le menaçoit, de la manière qui suit : il ordonna à un homme grave de le quereller et de le pour-

verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate, » statim subdit : « Dum venio, attende lectioni. »

Tertium remedium est quibuscumque bonis cogitationibus animum occupare. Unde Chrysostomus super *Matthæum* dicit, quod « abscissio membri non ita comprimit tentationes et tranquillitatem facit, ut cogitationis frænum : » unde Apostolus *ad Philip.*, IV. dicit : « De cætero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua ius disciplinæ, hæc cogitate. »

Quartum remedium est, ut homo ab otio desistens, etiam in corporalibus laboribus seipsum exerceat. Dicitur enim *Ecclésiast.*,

XXXIII : « Multam malitiam docuit otiositas. » Et specialiter otium est vitiorum carnalium incentivum. Unde dicitur *Ezechielis*, XVI : « Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium ipsius. » Et idem Hieronymus *ad Rusticum monachum* scribens, dicit : « Facito aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum. »

Quintum remedium adhibetur contra carnis concupiscentiam, etiam per aliquas animi perturbationes. Unde Hieronymus refert in eadem Epistola, quod « in quodam cœnobio erat quidam adolescens, qui nulla abstinentia, nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere, unde eum periclitantem pater monasterii hac arte servavit : Imperavit enim cuidam viro gravi,

suivre d'outrages, et de venir le premier se plaindre après l'avoir injurié; lorsqu'on appelloit des témoins, ils parloient même en faveur de celui qui avoit insulté. L'abbé du monastère seul prenoit sa défense, de peur que la tristesse ne l'abattît. Une année se passa de la sorte; l'année écoulée, comme on l'interrogeoit sur ses anciennes pensées, il répondit au Père abbé, il ne m'est pas permis de vivre, et il me plairoit de forniquer. »

Les objets extérieurs, les regards, les entretiens fréquents et la compagnie assidue des femmes, sont autant d'obstacles au propos de garder la continence. On lit à ce propos dans l'Ecclésiastique, ch. IX : « La figure de la femme en a fait périr un grand nombre; c'est comme un feu qui enflamme la concupiscence. » Il ajoute ensuite : « Sa conversation enflamme comme du feu. » C'est pourquoi, il faut employer contre cette tentation le remède indiqué au même endroit. « Ne regardez pas la femme volage, de peur que par hasard, vous ne tombiez dans ses filets; ne soyez pas assidu auprès de celle qui aime la danse, ne l'écoutez pas, de peur que par hasard sa puissance ne vous fasse périr. » Il est écrit dans l'Ecclésiastique, ch. XL : « Gardez-vous de considérer attentivement tout homme en face; ne demeurez pas longtemps au milieu des femmes. Comme la teigne vient de l'habit, de même l'iniquité de l'homme vient de la femme. » Saint Jérôme, écrivant contre Vigilance, dit : « Le moine connoissant sa foiblesse et la fragilité du vase qu'il porte, craint de broncher, de se heurter, de tomber et de le briser, ce qui fait qu'il évite surtout de regarder les jeunes femmes, pour ne pas se laisser prendre par l'œil de la prostituée, et de peur que la forme la plus belle ne l'amène à des embrassements illicites. » Il est évident d'après cela, comme le dit l'abbé Moïse dans les entretiens des Pères, que, « pour conserver la pureté du

ut jurgiis atque convitiis eum infectaretur, et post irrogatam injuriam primus veniret ad conquerendum : vocati etiam testes pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat. Sólus pater monasterii defensionem suam opponchat, ne abundantia tristitia frater absorberetur. Ita annus ductus est, quo expleto interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, respondit : Pape, vivere mihi non licet, et fornicari libet ? »

Ex parte autem exteriorum rerum propositum continentia impeditur per aspectum et frequentia colloquia mulierum, et carum consortia : unde dicitur *Ecclésiastici*, IX : « Propter speciem mulieris multi perierunt; et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. » Et postea subditur : « Colloquium ipsius quasi ignis exardescit. » Et ideo contra hoc est adhibendum remedium, quod ibidem dicitur : « Ne respicias

mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius : cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. » Et *Ecclésiast.*, XLII, dicitur : « Omni homini noli intendere in specie, et in medio mulierum noli commorari. » De vestimentis enim procedit tinea, et à muliere iniquitas viri. Unde Hieronymus *contra Vigilantium* scribens dicit, quod « monachus sciens imbecillitatem suam, et vas fragile quod portat, timet offendere, ne impingat, et corruat, atque frangatur : » unde et mulierum maxime adolescentularum vitat aspectum, ne eum capiat oculus metricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Ex quo patet, quod sicut Abbas Moyses dicit in *Collationibus Patrum*, pro puritate cordis servanda : « Solitudo sectanda est, ac jejuniorum inedia, vigiliis, labores corporis, nuditatem, lec-

cœur, il faut chercher la solitude ; » nous apprenons aussi par là, qu'il faut pratiquer la privation des jeûnes, les veilles, les travaux corporels, la pauvreté des habits, la lecture ainsi que les autres vertus, afin que par ces moyens nous puissions préparer notre cœur et le garantir des atteintes de toutes les passions, et parvenir, en nous appuyant sur ces degrés, à la perfection de la charité. C'est pourquoi dans les religions, on a établi des travaux de ce genre ; non pas parce que la perfection consiste surtout dans ces travaux, mais parce que par eux, comme par certains instruments, on atteint la perfection. Il est dit plus bas pour la même raison : Donc les veilles, les jeûnes, l'abstinence, la méditation des Ecritures, la pauvreté dans les habits, et la privation des biens de la fortune, ne sont pas la perfection, mais seulement des instruments de cette même perfection, parce que ce n'est pas en ceci que consiste la fin de la règle, ce ne sont que les moyens d'atteindre cette fin.

Si quelqu'un objectoit que l'homme peut acquérir la perfection sans jeûnes, sans veilles, et sans les autres pratiques de ce genre, surtout puisqu'on lit du Seigneur, S. Matth., ch. XI : « Le fils de l'homme est venu mangeant et buvant ; » ses disciples non plus ne jeûnèrent pas, comme les disciples de Jean et les Pharisiens. On répond à cela, il est dit dans le commentaire, « que Jean ne but ni vin, ni bière ; » parce l'abstinence augmente le mérite, ce à quoi ne peut rien la nature. Mais pourquoi le Seigneur qui peut pardonner le péché, s'éloigneroit-il des pécheurs qui mangent, n'auroit-il pas pu les rendre plus parfaits s'ils avoient été abstinentes ? Les disciples de Jésus-Christ n'avoient donc pas besoin des jeûnes, parce que la présence de l'époux leur donnoit une force plus grande que celle que les disciples de Jean pouvoient puiser dans les jeûnes. C'est pour cette raison que le Seigneur dit au même endroit : « Il viendra un jour où l'époux leur sera enlevé,

tionem, cæterasque virtutes debere nos suscipere novimus, ut scilicet per illas ab universis passionibus noxiis illesum parare cor nostrum et conservare possimus, et ad perfectionem charitatis istis gradibus inintendo ascendere. » Ob hoc igitur in religionibus sunt hujusmodi opera instituta, non quia in ipsis principaliter consistat perfectio, sed quia his quasi quibusdam instrumentis ad perfectionem pervenitur, unde post pauca subditur ibidem. Igitur jejunia, vigiliæ, inedia, meditatio scripturarum, nuditas, ac privatio omnium facultatum, non perfectio, sed instrumenta perfectionis sunt : quia non in ipsis consistit disciplinæ finis, sed per illa pervenitur ad finem.

Si quis autem objiciat, quod absque je-

junio, vigiliis, et aliis hujusmodi exercitiis potest homo perfectionem acquirere, præsertim cum de Domino legatur *Matthæi*, XI : « Venit Filius hominis manducans et bibens. » Sui quoque discipuli non jejunarent, quemadmodum discipuli Joannis et pharisæi, ad hoc in Glossa respondetur, quod « Joannes vinum et siceram non bibit, quia abstantia meritum auget, qui nulla est potentia naturæ. » Dominus autem qui peccatum potest condonare, cur à peccatoribus manducantibus declinaret, quos abstinentibus poterat facere justiores ? Discipuli ergo Christi non habebant opus jejunio, quia præsentia sponsi illis fortitudinem dabat majorem quam discipuli Joannis per jejunium haberent. Unde Dominus ibidem dicit : « Ve-

et alors ils jeûneront; » ce qu'expliquant saint Chrysostôme, il dit : « Le jeûne est triste, mais il ne l'est pas naturellement, il ne l'est que pour ceux qui sont encore faiblement disposés ; mais qu'il est agréable à ceux qui soupirent après la contemplation de la sagesse. » Comme les disciples étoient foibles, le moment de les attrister n'étoit pas opportun, il falloit les laisser se raffermir. Il prouve par là, que sa manière d'agir étoit fondée sur la sagesse et non sur l'intérêt. Que ces pratiques soient avantageuses, pour éviter le péché et acquérir la perfection, c'est ce que démontre expressément l'Apôtre, II. Cor., ch. VI, lorsqu'il dit : « Et nous, prenons garde aussi nous-mêmes, de ne donner en quoi que ce soit aucun sujet de scandale, afin que notre ministère ne soit pas déshonoré. Agissons en toutes choses comme des ministres de Dieu, en nous rendant recommandables par une grande patience dans les maux, dans les nécessités, et dans les afflictions extrêmes, dans les plaies et dans les prisons, dans les séditions et dans les travaux, dans les veilles et les jeûnes, et par la chasteté. »

CHAPITRE X.

Troisième voie de la perfection, laquelle consiste dans le renoncement à sa propre volonté.

L'homme, pour obtenir la perfection de la charité, ne doit pas seulement rejeter les objets extérieurs, il lui faut encore se renoncer en quelque sorte soi-même. Saint Denis dit en effet, ch. IV, des Noms divins : « Que l'amour divin produit l'extase, c'est-à-dire qu'il mène l'homme hors de lui-même, qu'il ne lui permet pas de s'appartenir à lui-même, mais bien à celui qui est aimé. » L'Apôtre nous en donne une preuve dans sa propre personne, lorsqu'il dit, Ep. aux Gal., ch. II : « Ce n'est pas moi qui vis, mais c'est Jésus-Christ qui vit en moi ; »

nient dies, quando auferetur ab eis spon-
sus, et tunc jejunabunt, » quod exponens
Chrysostomus dicit : « Jejunium triste est
non naturaliter, sed illis qui imbecillius
adhuc dispositi sunt : his enim quam sap-
ientiam contemplari desiderant, delecta-
bile est. » Quod ergo discipuli imbecilles
erant, non erat tempus tristitiam introdu-
cendi, quousque firmarentur. Per hoc
monstrat, quod non gulæ erat, quod fiebat,
sed dispensationis cujusdam. Quod autem
hujusmodi exercitia expediant ad vitanda
peccata et perfectionem consequendam,
Apostolus expresse ostendit II. ad Cor., VI,
dicens : « Nemini dantes ullam offensio-
nem, ut non vituperetur ministerium nos-
trum : sed in omnibus exhibeamus nos-
metipsos sicut Dei ministros in multa
patientia, in necessitatibus, in angustiis,

in plagis, in carceribus, in seditionibus,
in laboribus, in vigiliis, in jejniis et casti-
tate. »

CAPUT X.

*De tertia via perfectionis, quæ est per abjec-
tionem propriæ voluntatis.*

Non solum autem necessarium est ad
perfectionem charitatis consequendam,
quod homo exteriora abiciat, sed etiam
quod homo quodam modo seipsum dere-
linquat. Dicit enim Dionysius IV. cap. *De
divinis Nominibus*, quod « divinus amor
est extasim faciens, id est, extra seipsum
ponens, non sinens hominem sui ipsius
esse, sed ejus quod amatur, cujus rei
exemplum in seipso demonstravit Aposto-
lus dicens *ad Galatas*, II : « Vivo autem
jam non ego, vivit vero in me Christus, »
quasi suam vitam non suam existimans,

comme ne tenant aucun compte de sa propre vie, ainsi que si elle n'avoit pas été sienne, mais seulement de celle de Jésus-Christ; parce que mettant de côté ce qui étoit de lui, il étoit entièrement attaché à Jésus-Christ. Il montre aussi l'exactitude de cette vérité dans certains hommes, lorsqu'il dit, Ep. aux Col., ch. III : « Vous êtes en effet morts, et votre vie est cachée en Dieu avec Jésus-Christ. » Il exhorte aussi les autres à y parvenir, lorsqu'il dit, II. Cor., ch. V : « Jésus-Christ est mort pour tous les hommes, afin que ceux qui vivent, ne vivent plus pour eux-mêmes, mais pour celui qui est mort et qui est ressuscité pour eux. » C'est pourquoi, comme il est écrit dans saint Luc, ch. XIV, après qu'il eût dit : « Si quelqu'un vient à moi, et qu'il ne laisse pas son père et sa mère, son épouse et son fils, ses frères et ses sœurs; » ajoutant quelque chose de plus grand, s'il est possible, « s'il ne hait pas sa propre vie, il ne peut pas être mon disciple. » Le Seigneur enseigne la même chose dans saint Matthieu, lorsqu'il dit, ch. XVI : « Si quelqu'un veut venir après moi, qu'il se renonce lui-même, qu'il prenne sa croix et qu'il me suive. » L'observation de ce renoncement salutaire et de cette haine charitable sont en partie nécessaires au salut, et tous ceux qui se sont sauvés, les ont observés, ils sont aussi en partie le complément de la perfection. Il ressort de l'autorité de saint Denis, cité plus haut, que le but de l'amour divin est tel, que celui qui aime ne s'appartient plus à lui-même, mais bien à celui qui est aimé. La haine et l'abnégation dont on vient de parler doivent être distingués d'après le degré, *gradus*, de l'amour divin. Mais il est pour l'homme de nécessité de salut d'aimer Dieu de telle sorte qu'il mette en lui la fin de son intention et de rien admettre de ce qui lui semble opposé à l'amour divin. Et c'est pour cela, qu'il découle de ce principe que la haine et l'abnégation de soi-même sont de nécessité de salut. Saint Grégoire dit, à cette occasion, dans une homélie : « Nous, nous

sed Christi : quia quod proprium sibi erat contemnens, totus Christo inhærebat. Et hoc etiam in quibusdam esse completum ostendit, cum dicit *ad Colos.*, III : « Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. » Exhortatur etiam alios ut ad hoc perveniant, cum dicit II. *ad Corinthios*, V : « Pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt, jam non sibi vivunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. » Et ideo ut habetur *Lucæ*, XIV postquam dixerat : « Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, » tanquam aliquid majus addens subdit, « adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. » Hoc etiam idem Dominus docet *Matthæi*, XVI, dicens : « Si

quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. » Hujus autem salubris abnegationis et charitativi odii observantia partim quidem necessaria est ad salutem, et omnibus qui salvantur communis, partim autem ad perfectionis pertinet complementum. Ut enim ex supraposita Dionysii autoritate apparet, de ratione divini amoris est; ut amans non sui ipsius remaneat, sed amati. Secundum igitur divini amoris gradum necesse est odium, et abnegationem prædictam distingui. Est autem necessarium ad salutem ut homo sic Deum diligat, ut in eo finem suæ intentionis ponat, nihilque admittat, quod contrarium divinæ dilectioni existimat. Et ideo consequenter, et odium, et abnegatio suiipsius est de ne-

renonçons et nous faisons abnégation de nous-mêmes, lorsque nous fuyons ce que nous avons été par le passé et que nous nous efforçons de parvenir à ce que nous devons être à l'avenir. » Et comme il le dit dans une autre homélie, « nous haïssons convenablement notre âme, lorsque nous n'acquiesçons pas à ses désirs charnels, lorsque nous brisons ses penchants et que nous luttons contre ses voluptés. »

La perfection exige de l'homme que pour aimer Dieu il renonce même aux choses dont il peut user licitement, pour qu'il puisse, par ce moyen, s'abandonner plus librement à Dieu. Il découle donc de ce *mode* d'agir que la haine et l'abnégation de soi-même appartiennent à la perfection, c'est ce qui fait que la manière même de parler du Seigneur, prouve que ces choses ont été proposées comme appartenant à la perfection. Comme il est dit, en effet, dans saint Matthieu, ch. XIX : « Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous avez, donnez-le aux pauvres, » ici il n'en fait pas un devoir absolu, il l'abandonne à la volonté. Il dit même : « Si quelqu'un veut venir après moi, qu'il se renonce lui-même, qu'il prenne sa croix et qu'il me suive ; » ce qu'explique saint Chrysostôme lorsqu'il dit, « sa parole n'est pas *coactive*, car il ne dit pas, que vous veuillez ou que vous ne veuillez pas, il faut souffrir ces choses. » Semblablement, lorsqu'il eut dit : « Si quelqu'un vient à moi et qu'il ne haïsse pas son père, etc., » il ajoute : « quel est celui d'entre vous qui voulant bâtir une tour ne commence d'abord par s'asseoir et ne calcule les frais qu'il lui faut faire, s'il a de quoi la construire ? » Saint Grégoire commentant ce passage dans une homélie dit : « Parce que les préceptes donnés sont sublimes, on ajoute aussitôt l'acquisition de la sublimité qui doit être édifiée, » et il dit peu après : « ce riche ne put pas faire ce sacrifice, lui qui après avoir gardé les commandements, se retira triste lorsqu'il

cessitate salutis : unde Gregorius dicit in Homilia : « Tunc nosmetipsos relinquimus et abnegamus, cum vitam, quod per vestitatem fuimus, et ad hoc nitimur, quod per novitatem vocamur. » Et sicut in Homilia alia dicit : « Tunc bene animam nostram odimus, cum ejus carnalibus desiderii non acquiescimus, cum ejus appetitus frangimus, et ejus voluptatibus reluctamur. »

Ad perfectionem vero pertinet, ut homo propter intentionem amoris Dei etiam ea abiciat, quibus licite uti posset, ut per hoc liberius Deo vacet. Secundum hunc ergo modum consequens est ut et odium, et abnegatio sui ipsius ad perfectionem pertineant : unde ex ipso modo loquendi apparet hæc à Domino opposita esse quasi ad perfectionem pertineant : Sicut enim dicit *Matthæi*, XIX : « Si vis perfectus esse, vade et vende om-

nia quæ habes, et da pauperibus, » non necessitatem imponens, sed voluntati relinquens, ita dicit : « Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. » Quod Chrysostomus exponit dicens : « Non coactivum facit sermonem, non enim dicit : Si vos volueritis et nolueritis, oportet hæc vos pati. » Similiter cum dixisset : « Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, etc., post modum subdit : « Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum. » Quod exponens Gregorius in Homilia dicit : « Quia sublimia præcepta data sunt, protinus comparatio ædificandæ sublimitatis adjungitur, » et post pauca dicit : « Istos sumptus dives ille habere non potuit, qui cum post servata præcepta relinquenda

eut entendu qu'il falloit renoncer à tout. » Il est évident, d'après ces paroles, que les choses dont il vient d'être parlé, appartiennent à la perfection, d'après une certaine *modalité*.

Les martyrs ont accompli ce conseil dans toute sa perfection. Saint Augustin dit, dans son discours sur les martyrs, que « le plus grand sacrifice que quelqu'un puisse faire, c'est de s'immoler soi-même. » Mais les martyrs sont les disciples de Jésus-Christ, ils ont en quelque sorte haï la vie présente pour Jésus-Christ, se renonçant eux-mêmes. Ils sont, comme le dit saint Chrysostôme commentant saint Matthieu : « Semblables à celui qui renie son prochain, qu'il soit son frère, son serviteur ou tout autre, au point que quand même il le verroit flageller, ou soumis à tout autre supplice, il ne l'assiste, ni ne vient à son aide. » Il faut de même que nous soyons sans indulgence pour notre corps, que nous n'ayons aucun égard pour lui, quand même on le flagellerait ou qu'on lui infligerait tout autre supplice. Et ne pensez pas qu'il faille seulement se renoncer soi-même jusqu'à supporter les injures et les affronts, il nous enseigne qu'il faut se renoncer soi-même jusqu'à la mort la plus honteuse, à savoir la mort de la croix ; c'est ce qu'il exprime lorsqu'il dit : « Qu'il prenne sa croix et qu'il me suive. » C'est pourquoi nous appelons ce renoncement ce qu'il y a de plus parfait ; les martyrs l'ont pratiqué, eux qui ont renoncé à leur propre vie, cette vie pour laquelle on tâche d'acquérir les biens temporels et à la conservation de laquelle pourtant on les sacrifie tous. L'homme, en effet, préfère perdre sa fortune, il aime mieux voir ses amis succomber sous le poids des infirmités corporelles et réduits en esclavage que de sacrifier sa vie. Le vainqueur, pour cette raison, donne la vie sauve aux vaincus. On conserve la vie au vaincu et on le réduit en esclavage. C'est pour cette raison que Satan dit au Seigneur, comme on le voit dans Job : « Peau pour

omnia audisset, tristes abscessit. » Ex quibus patet, hæc ad perfectionis consilium secundum aliquem modum pertinere.

Hoc autem consilium perfectissime martyres impleverunt, de quibus Augustinus dicit in sermone *De martyribus*, quod « nulli tantum impendunt, quantum qui seipsos impendunt. Martyres autem Christi sunt qui vitam præsentem propter Christum quodammodo habuerunt odio, abnegantes seipsos : » quia ut Chrysostomus dicit super *Matthæum* : « Qui negat alium, vel fratrem, vel famulum, vel quemcumque, et si flagellatum viderit, et quæcumque patientem non assistit, non adjuvat, ita vult corpori nostro nos non ignoscere, ut et si flagellaverint, vel quodcumque aliud fecerint, corpori non parcanus. » Et

ne existimes, quod usque ad verba tantum et contumelias oportet abnegare seipsum, ostendit, quod oportet abnegare seipsum usque ad mortem etiam turpissimam, scilicet crucis, quod significat in hoc quod dicit : « Et tollat crucem suam, et sequatur me. » Hoc autem ideo perfectissimum dicimus, quia martyres illud propter Deum contemnunt, scilicet propriam vitam, propter quam omnia temporalia quærentur et ejus conservatio etiam cum omnium aliorum amissione aliis omnibus præfertur. Magis enim homo vult et divitias perdere, et amicos adhuc etiam corporis infirmitati succumbere et in servitutum redigi, quam vita privari : unde hoc beneficium victis et victoribus præstatur, ut vitæ parcentes conservent servituti subjectos. Unde Satan ad

peau, et l'homme donnera tout ce qu'il a pour son ame, » c'est-à-dire pour conserver la vie du corps. Le renoncement aux autres objets pour Jésus-Christ est d'autant plus parfait que l'affection que l'on a pour eux est plus naturelle. L'homme n'aime rien tant que la liberté de sa propre volonté. C'est par elle qu'il domine les autres, qu'il peut leur être utile, qu'il peut jouir ; par elle aussi il est le maître de ses actes. De là, comme l'homme qui renonce à ses biens, ou aux personnes qui lui sont unies, fait abnégation et de ces personnes et de ces richesses, de même celui qui renonce au libre arbitre de sa volonté par lequel il est maître de lui-même, prouve qu'il fait abnégation de sa personne. Il n'est rien aussi que l'affection naturelle de l'homme ne récusé avec plus d'ardeur que la servitude ; ce qui fait que l'homme ne peut pas faire pour autrui, à moins qu'il ne donne sa vie pour lui, de plus grand sacrifice que se constituer perpétuellement son esclave. On lit à cette occasion dans Tobie, ch. IX : « Tobie dit à l'ange : Quand même je me constituerois votre esclave, je ne récompenserois pas vos services. » Mais il est dit des hommes qui se privent en particulier pour Dieu de cette liberté, en émettant le vœu de faire ou de ne pas faire une chose, quelque chose particulière. Le vœu, en effet, impose une certaine nécessité à celui qui l'émet, au point que, ce qui étoit permis ne l'est plus ; mais l'homme est dans l'obligation de rendre ce qu'il a voué. Il est écrit, Ps. LXV : « Je vous rendrai les vœux que prononcèrent mes lèvres, » et dans l'Ecclésiastique, ch. IV : « Si vous avez voué quelque chose à Dieu, rendez-le lui sans retard. » Quant à la promesse infidèle et faite sans discernement elle déplaît à Dieu.

Il en est d'autres qui renoncent complètement à leur volonté, et qui pour Dieu et par vœu d'obéissance se soumettent à autrui. Jésus-

Dominum dixit, ut habetur *Job*, II ; « Pellem pro pelle, et cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua, » id est, pro corporali vita servanda. Inter alia autem quanto aliquid magis naturaliter amatur, tanto perfectius contemnitur propter Christum. Nihil enim est homini amabilius libertati propriæ voluntatis. Per hanc enim homo est etiam aliorum dominus, per hanc aliis uti, vel frui potest, per hanc etiam actibus suis dominatur. Unde sicut homo dimittens divitias, vel personas conjunctas eas abnegat : ita descrens propriæ voluntatis arbitrium, per quod ipse sui ipsius dominus est, se ipsum abnegare invenitur. Nihil est etiam quod homo naturali affectu magis refugiat quam servitutem : unde et nihil posset homo pro alio amplius impendere post hoc quod seipsum in mortem pro eo traderet, quam quod se servituti

ejus subjugaret, unde ut dicitur *Tobie*, IX : « Tobias junior dixit ad angelum : Si me ipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiæ tuæ. » Hujus autem voluntatis libertatem aliqui sibi propter Deum particulariter adimunt, dum quodcumque particulare votum emittunt de quocumque faciendo vel non faciendo. Per votum enim necessitas quædam imponitur votenti, ut de cætero non liceat, quod prius licebat, sed quædam necessitate constringitur ad reddendum quod vovit. Unde in *Psal.* LXV dicitur : « Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. » Et *Ecclésiastici*, IV : « Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere : displicet enim ei infidelis et stulta promissio. »

Aliqui vero libertati propriæ voluntatis totaliter abrenuntiant, se propter Deum aliis subjicientes per obedientiæ votum,

Christ nous en a surtout donné l'exemple, lui de qui l'Apôtre dit, Rom., ch. V : « Comme la désobéissance d'un seul homme en a rendu un grand nombre pécheurs, de même l'obéissance d'un seul en a rendu un grand nombre justes. » C'est de cette obéissance dont parle l'Apôtre, Ep. aux Phil., lorsqu'il dit : « Il s'est humilié lui-même, il s'est fait obéissant jusqu'à la mort. » Cette obéissance consiste dans le renoncement à sa propre volonté, ce qui fait qu'il disoit, saint Matthieu, ch. XXVI : « Mon père, épargnez-moi, s'il est possible, ce calice, cependant que ce ne soit pas ma volonté, mais la vôtre qui s'accomplisse. » Il dit encore dans saint Jean, ch. VI : « Je suis descendu du ciel non pour faire ma volonté, mais celle de celui qui m'a envoyé. » Il nous en a encore donné l'exemple, afin que, comme il renonçoit à sa volonté en se soumettant à la volonté divine, nous soumettions de même la nôtre, tout entière, à Dieu et aux hommes qui nous sont préposés comme ses ministres. L'Apôtre dit à ce sujet, ch. ult. Hébr. : « Obéissez à vos préposés et soyez-leur soumis. »

CHAPITRE XI.

Que les trois voies de perfection, desquelles il vient d'être parlé, appartiennent proprement à l'état de perfection.

Le vœu commun, d'après la triple voie de perfection, assignée aux diverses religions, se trouve être triple lui-même, c'est-à-dire qu'il renferme trois choses, les vœux de pauvreté, de continence et d'obéissance même jusqu'à la mort. Les religieux, par le vœu de pauvreté, embrassent la première voie de perfection, renonçant à toute espèce de propriété. Ils entrent, par le vœu de continence, dans la seconde voie de perfection, s'engageant à ne jamais contracter mariage. Le vœu d'obéissance, en vertu duquel ils abdiquent leur volonté propre,

cujus quidem obedientiæ exemplum præcipuum habuimus in Christo de quo Apostolus dicit *Romanorum*, V : « Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam justii constituentur multi. » Quam quidem obedientiam Apostolus manifestat *ad Philippenses*, II, dicens : « Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. » Hæc autem obedientia in abrenuntiatione propriæ voluntatis consistit : unde ipse dicebat *Matth.*, XXVI : « Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu. » Et *Joan.*, VI, dicit : « Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. » In quo nobis dedit exemplum, ut sicut ipse suam voluntatem humanam abnegabat supponendo

eam divinæ, ita et nos nostram voluntatem Deo totaliter supponamus et hominibus, qui nobis præponuntur tanquam Dei ministri. Unde Apostolus ait *ad Hebræos*, ultim. : « Obedite præpositis vestris et subiacete eis. »

CAPUT XI.

Quod tres viæ prædictæ perfectionis propriæ ad statum religionis pertinent.

Secundum autem triplicem viam perfectionis assignatam in religionibus, triplex commune votum invenitur, scilicet votum paupertatis, continentiæ et obedientiæ usque ad mortem. Per votum paupertatis primam perfectionis viam religiosi assumunt omni proprietati abrenuntiantes. Per votum autem continentiæ aggrediuntur viam secundam matrimonio perpetuo abrenuntiantes. Per votum autem obe-

leur fait embrasser la troisième voie de perfection. Ce triple vœu convient parfaitement à la religion; car, comme le dit saint Augustin au dixième livre de la Cité de Dieu : « Le mot *religion* ne signifie pas un culte quelconque, mais le culte de Dieu. Tullius dit aussi à cette occasion, dans sa Rhétorique, que « la religion est une vertu qui rend à une certaine nature, que l'on appelle divine supérieure, un culte intérieur et extérieur. » On rend à Dieu le seul culte qui lui convienne dans l'oblation du sacrifice. Il offre à Dieu le sacrifice des biens extérieurs, celui qui pour Dieu les distribue en largesses, comme le dit l'Apôtre aux Hébreux, ch. ult. : « Souvenez vous d'exercer la charité et de faire part de vos biens au prochain, car c'est par de semblables hosties qu'on se rend Dieu propice. » On fait aussi à Dieu le sacrifice de son propre corps, et cela a lieu quand les disciples de Jésus-Christ crucifient, avec leurs vices et leur concupiscence, leur propre chair, comme le dit l'Apôtre, Ep. aux Gal., ch. V; le même Apôtre dit encore, Ep. aux Rom., ch. XII : « Offrez à Dieu vos corps comme une hostie sainte et agréable à ses yeux. »

Il est un troisième sacrifice très-agréable à Dieu, c'est celui par lequel on offre à Dieu son esprit; et c'est ce que prouvent les paroles suivantes du Psaume L : « L'esprit affligé est un sacrifice agréable à Dieu. » Il faut observer, comme le dit saint Grégoire expliquant Ezéchiel, qu'il y a une différence entre le sacrifice et l'holocauste, c'est que l'holocauste est toujours, un sacrifice, pendant que le sacrifice n'est pas toujours un holocauste. Dans le sacrifice, en effet, on n'offroit qu'une partie du troupeau, pendant que dans l'holocauste on l'offroit tout entier. Lors donc que quelqu'un voue à Dieu une partie de son être, et qu'il se réserve l'autre, c'est un sacrifice. Il est clair, d'après cela, que ceux qui font à Dieu de tels vœux, sont, à cause de l'excel-

dientiae maxime viam tertiam assumunt, voluntatem propriam abnegando. Hoc etiam triplex votum congrue religioni adaptatur. Nam sicut dicit Augustinus X. *De Civitate Dei*: « Religio non quemlibet, sed Dei cultum significare videtur. » Unde et Tullius dicit in *Rhetorica*, quod « religio est virtus, quae cuidam superiori naturae quam divinam vocant, cultum caeremoniamque affert. » Cultus autem soli Deo debitus in sacrificii oblatione ostenditur. Offeritur autem Deo sacrificium de exterioribus rebus, quando eas aliquis propter Deum largitur, secundum illud *Hebraeorum*, ultimo: « Beneficentiae et communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. » Offeritur etiam Deo sacrificium de proprio corpore, quando scilicet qui Christi sunt, « carnem suam crucifigunt cum vitis et concupiscentiis, » ut dicit Apostolus,

Galat., V. Unde et ipse dicit *Romanorum*, XII: « Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. »

Est etiam sacrificium tertium Deo acceptissimum, quando aliquis spiritum suum offert Deo secundum illud *Psal.* L: « Sacrificium Deo spiritus contribulatus. » Sed sciendum, quod sicut Gregorius dicit super *Ezech.*, hoc inter sacrificium et holocaustum distat, quod omne holocaustum est sacrificium et non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis, in holocausto vero totum pecus offerri consueverat. Cum ergo aliquis suum aliquid Deo vovet et aliquid non vovet, sacrificium est. Cum vero omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo voverit holocaustum est: quod quidem impletur per tria vota praedicta. Unde manifestum est eos qui hujusmodi

lence de leur sacrifice, appelés par *antonomase*, religieux. Mais, comme le prescrit la loi et l'ordonne le Lévitique, on satisfait pour les péchés par le sacrifice que l'on offre. De là, le Psalmiste, après avoir dit, Ps. IV : « Soyez touchés de componction dans le repos de vos lits sur les choses que vous méditez contre moi au fond de vos cœurs; » écrivant sur le sacrifice, ajoute aussitôt : « Offrez à Dieu un sacrifice de justice, » faites des œuvres de justice après les gémisséments de la pénitence, comme l'ajoute le commentaire. Donc, comme l'holocauste est le sacrifice parfait, de même l'homme satisfait pleinement à Dieu par les vœux dont il vient d'être parlé, vu qu'il offre en holocauste, et ses biens extérieurs, et son esprit tout entier. Ce qui précède démontre que l'état de religion renferme, non-seulement la perfection de la charité, mais encore celle de la pénitence, en tant qu'il n'y a pas de péchés assez graves pour qu'on exige de l'homme que, pour satisfaire à ces mêmes péchés, il entre en religion, ce qui fait que l'état de religion est, en quelque sorte, au-dessus de toute espèce de satisfaction. On voit à cette occasion, dans le Droit, livre XXX, quest. II, ch. *Admonere*, qu'il est conseillé à Astolphe, qui avoit mis à mort son épouse, d'entrer dans un monastère, comme ce qu'il a de plus parfait et de plus simple; s'il ne le fait pas on lui enjoit une pénitence excessivement dure.

Mais parmi les trois vœux que nous avons dit appartenir à l'état de religion, le vœu principal est celui d'obéissance, on peut le prouver de plusieurs manières. Et d'abord, par le vœu d'obéissance, l'homme offre à Dieu sa propre volonté; par celui de continence, il lui fait le sacrifice de son corps, et par celui de pauvreté, il lui offre ses biens extérieurs. Comme parmi les biens de l'homme, son corps passe avant les biens extérieurs et son ame avant son corps; de même le vœu de

vota Deo emittunt quasi propter holocausti excellentiam antonomastice religiosos vocari. Per sacrificii autem oblationem secundum legis mandatum pro peccatis satisfacere oportet, ut in *Levitico* expresse jubetur. Unde *Psal.* IV, cum dixisset, « Quæ dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini, » statim de sacrificiatione scribens dixit : « Sacrificatè sacrificium justitiæ, » id est opera facite justa post penitentiam lamenta, ut Glossa exponit. Sicut ergo holocaustum sacrificium est perfectum, ita per vota præmissa perfecte homo Deo satisfacit, cum et de proprio spiritu holocaustum offert. Ex quo patet, quod religionis status non solum perfectionem charitatis, sed etiam perfectionem penitentiam continet in tantum, quod nulla sunt peccata tam gravia, pro quibus possit homini imponi pro satisfac-

tione religionis assumptio, quasi religionis statu omnem satisfactionem transcendente. Unde ut habetur trigesima tertia, quæstione secunda, capitulo *Admonere*, Astolpho, qui uxorem occiderat, consulitur ut monasterium ingrediatur quasi melius et levius, alioquin ei durissimam penitentiam injungit.

Inter hæc autem tria quæ ad religionis statum diximus pertinere, præcipuum est obedientiæ votum, quod quidem multipliciter apparet. Primo quidem, quia per obedientiæ votum homo Deo propriam voluntatem offert : per votum autem continentiam offert ei sacrificium de proprio corpore, per votum vero paupertatis offert de exterioribus. Sicut ergo inter bona hominis corpus præfertur exterioribus rebus, et anima corpori, ita votum continentiam voto paupertatis præferretur, votum autem

continence l'emporte sur celui de pauvreté, et celui d'obéissance sur l'un et sur l'autre. Secondement, parce que l'homme se sert des biens extérieurs et même de son corps comme il lui plaît. Ainsi donc, celui qui donne sa propre volonté, semble avoir tout donné. Le vœu d'obéissance est, par conséquent, plus universel que les vœux de continence et de pauvreté, il renferme, en quelque sorte, les deux autres. C'est pour cela que Samuel préfère l'obéissance à tous les sacrifices lorsqu'il dit, premier livre des Rois, ch. XV : « L'obéissance est préférable aux victimes. »

CHAPITRE XII.

Réfutation de ceux qui ont eu la présomption de diminuer le mérite de l'obéissance ou du vœu.

Le démon donc, jaloux de la perfection humaine, a suscité divers maîtres de mensonge et de séduction qui ont combattu les trois voies de perfection desquelles il a été parlé plus haut. Vigilance, en effet, a combattu la première. Saint Jérôme, élevant la voix contre lui, dit : « Mais ce qu'il avance, à savoir que ceux qui jouissent de leurs biens, et qui peu à peu en distribuent les revenus aux pauvres, font mieux que ceux qui, après les avoir tous vendus, les distribuent de suite et en une seule fois; ce ne sera pas moi qui lui répondrai, ce sera le Seigneur : Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous avez, donnez-le aux pauvres, venez et suivez-moi. Il parle à celui qui veut être parfait, qui, avec les Apôtres, abandonne son père, sa barque et ses filets. Celui que vous louez c'est le second ou le troisième degré que nous admettons nous aussi, pourvu que nous sachions qu'il faut préférer le premier au second et au troisième, ce qui fait qu'afin d'exclure cette erreur, il est dit au livre des Dogmes ecclésiastiques : « Il est bien de dispenser avec économie ses biens aux pauvres;

obedientiæ utriusque. Secundo, quia propter propriam voluntatem homo et exterioribus rebus utitur et proprio corpore. Sic igitur qui propriam voluntatem dat, totum dedisse videtur. Universalis igitur est obedientiæ votum, quam continentiae et paupertatis, et quodammodo includit utrumque. Hinc est quod Samuel obedientiam omnibus sacrificiis præfert dicens I. Regum, XV : « Melior est obedientia, quam victimæ. »

CAPUT XII.

Contra errores illorum qui præsumperunt diminueré meritum obedientiæ, vel voti.

Humane igitur perfectioni diabolus invidens diversos vaniloquos et seductionis magistros suscitavit, qui prædictas perfectionis vias impugnarent. Primam enim

perfectionis viam vigilantius impugnavit, contra quem Hieronymus loquens ait : « Quod autem asserit, eos melius facere qui utantur rebus suis, et paulatim fructus possessionum pauperibus dividunt, quam illos qui possessionibus venundatis semel omnia largiantur : non à me ei, sed à Domino respondebitur : Si vis esse perfectus, vade et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me. Ad eum loquitur qui vult esse perfectus, qui cum Apostolis patrem, naviculam et rete dimittit. Iste quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est, quem et nos recipimus, dummodo sciamus prima secundis et tertiis præferenda; et ideo ad excludendum hunc errorem dicitur in libro *De Ecclésiasticis dogmatibus* : « Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare,

mais il vaut mieux, dans l'intention de suivre le Seigneur, de tout donner à la fois, et, débarrassé de toute inquiétude, d'être dans le besoin avec Jésus-Christ. »

Jovinien a combattu la seconde voie de perfection en égalant le mariage à la continence. Saint Jérôme a réfuté son erreur d'une manière très-expresse dans le livre qu'il a écrit contre lui. Saint Augustin parle aussi de cette erreur dans son livre des Rétractations, de la manière qui suit : « L'hérésie de Jovinien a voulu égaler le mérite des vierges sacrées à la pudicité du mariage. » On dit même de là que, dans la ville de Rome, quelques religieuses, sur l'impudicité desquelles précédemment on n'avoit aucun soupçon, ont contracté mariage. La sainte Eglise, notre mère, a en tout point résisté, avec la plus grande fidélité et la plus grande force, à cette erreur. On lit aussi, à cette occasion, dans le livre des Dogmes ecclésiastiques : « Egaler le mariage à la virginité consacrée à Dieu, ou croire que se priver de vin et de viande, par esprit de mortification, n'augmente en rien le mérite, ce n'est pas là la doctrine chrétienne, mais celle de Jovinien. »

Ces anciens pièges ne suffisant à satisfaire le démon, il a, dit-on, suscité de nos jours certains hommes qui combattent le vœu d'obéissance et généralement tous les autres ; à ces fins, ils soutiennent qu'il est plus louable de faire les bonnes œuvres de la vertu sans y être obligé par vœu ou par obéissance, que si l'on y est astreint par l'un ou par l'autre. On dit de quelques-uns d'entre eux qu'ils sont tombés dans une absurdité telle, qu'ils soutiennent que le vœu que quelqu'un a émis d'entrer en religion, il peut sans détriment aucun pour son salut n'en tenir aucun compte. On dit aussi que pour soutenir leur erreur ils s'appuyent sur des raisons vaines et futiles. Ils disent, en effet, que plus l'action est volontaire, plus elle est louable et méri-

melius est pro intentione sequendi Dominum, insimul omnia donare, et absolutum sollicitudine cum Christo egere. »

Secundam perfectionis viam impugnavit Jovinianus, matrimonium virginitati adæquans, cujus errorem Beatus Hieronymus evidentissime confutat in libro quem contra eum scripsit, de quo etiam errore Augustinus in libro *Retractationum* sic dicit : « Joviniani hæresis, sacrarum virginum meritum æquare pudicitæ conjugali voluit : unde in urbe Romana nonnullas etiam sæntimoniales de quarum impudicitia suspicio nulla præcesserat, dejecisse in nuptias dicitur. » Huic nostra sancta mater Ecclesia per omnia fidelissime ac fortissime resistit. Unde in libro *De Ecclésiasticis dogmatibus* dicitur, « sacratæ

Deo virginitati nuptias cœquare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus à vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere non est christiani, sed Joviniani. »

His autem antiquis insidiis diabolus non contentus, temporibus nostris quosdam dicitur incitasse, votum obedientiæ ac alia vota communiter impugnantes, dicendo laudabilius esse bona opera virtutum facere sine voto vel obedientia, quasi ad hoc facienda homo per votum vel obedientiam constringatur. Quorum aliqui dicuntur in tantam vesaniam prosilire, quod asserant votum, quod aliquis emisit de religione intranda posse prætermitti, absque detrimento salutis. Hunc autem errorem quibusdam vanis et frivolis rationibus confirmare dicuntur. Dicunt enim, quod tanto

toire; et qu'au contraire, plus est stricte l'obligation où l'on est de faire une chose, moins aussi cette chose semble volontaire. Les œuvres de vertu que quelqu'un fait conformément au mouvement de son libre arbitre, paroissent, par conséquent, plus louables et plus méritoires que celles qu'il fait parce qu'il y est astreint par vœu ou par obéissance. On dit encore qu'ils s'appuient sur ce que dit saint Prosper dans son second livre de la Vie contemplative. Il s'exprime ainsi : « Nous devons jeûner et nous abstenir de telle sorte que nous ne soyons pas dans la nécessité de le faire, de peur que n'étant pas encore assez dévoués, nous ne le fassions pas volontairement, mais bien contre notre gré. » Ils pourroient aussi, pour prouver leur assertion, rapporter ce que dit l'Apôtre II. Cor., ch. IX : « Que chacun donne ce qu'il aura résolu en lui-même de donner, non avec tristesse, ni par force, car Dieu aime celui qui donne avec joie. »

Il importe donc de démontrer clairement la fausseté de ce qu'ils disent, et de réduire à néant leurs frivoles raisons. Pour démontrer la fausseté de cette assertion, il faut s'appuyer : 1^o sur les paroles suivantes du Psaume LXXV : « Faites un vœu au Seigneur votre Dieu, et rendez-le lui. » « Il faut remarquer, dit le commentaire à ce sujet, qu'il y a des vœux faits à Dieu, qui sont communs à tous; ce sont ceux sans lesquels il n'y a pas de salut possible, comme le vœu de la foi dans le baptême et autres semblables; nous sommes tenus de les garder quand même nous ne les promettrions pas; il est dit à tous sur ces points : « Vouez et rendez; » il en est d'autres, au contraire, qui sont propres à chacun; tels sont les vœux de virginité, de chasteté et autres semblables. » Il nous invite donc et ne nous commande pas de faire ces derniers; mais une fois qu'ils sont faits il nous ordonne de les accomplir. Il est conseillé à la volonté de faire vœu, mais une fois le vœu fait, il y a nécessité de le rendre. Il y a donc un

aliquid est laudabilius et magis meritorium, quanto est magis voluntarium : sed quanto aliquid est magis necessarium, tanto videtur minus voluntarium, laudabilius ergo et magis meritorium videtur esse, quod quis opera virtutum exerceat proprio arbitrio et absque necessitate voti vel obedientiæ, quam quod ex voto vel obedientia hoc facere compellatur. Dicuntur etiam ad hoc inducere, quod Prosper dicit in secundo libro *De vita contemplativa*. Dicit enim : « Sic abstinere vel jejunare debemus, ut non nos necessitati jejunandi subdamus, ne jam non devoti, sed invitati rem non voluntarie faciamus. » Possent etiam ad hoc inducere quod dicit Apostolus II. *Corinthiorum*, IX : « Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex tris-

titia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. »

Oportet ergo manifeste ostendere, et hoc falsum esse quod dicunt et eorum frivolas rationes elidere. Ad ostendendum autem hujus erroris falsitatem primo assumendum est, quod in *Psal.* LXXV dicitur : « Vovete et reddite Domino Deo vestro. » Ubi dicit Glossa : « Notandum, quod alta sunt communia vota Dei, scilicet sine quibus non est salus, ut vovere fidem in baptismo et hujusmodi quæ etiam si non promittimus, solvere debemus, et de his præcipitur omnibus, vovete et reddite, alia sunt vota propria singulorum, ut castitas, virginitas, et hujusmodi. » Ad hæc ergo vovenda nos invitât, non præcipit, ut voveamus, sed ut vota reddamus. Vovere enim

vœu qui est de précepte, et un vœu qui n'est que de conseil. Mais on conclut de la nécessité qu'ils imposent tous deux, qu'il vaut mieux faire une bonne œuvre y étant obligé par vœu que si on n'étoit pas obligé de la faire. Il est évident, en effet, que tous sont tenus par précepte divin de faire les choses qui sont de nécessité de salut, et il n'est pas permis de penser que Dieu a donné inutilement un précepte quelconque ; « mais la charité, comme le dit l'Apôtre, I. Tim., ch. II, est la fin de tout précepte ; » ce seroit donc inutilement qu'il seroit commandé de faire quelque chose, s'il n'y avoit pas une charité plus parfaite à le faire qu'à ne pas le faire. Non-seulement il nous est ordonné de croire et de ne pas voler, mais nous sommes encore obligés d'en faire le vœu. Il y a donc une charité plus parfaite à croire et à ne pas voler à la suite d'un vœu, que si on le faisoit sans vœu ; il en est de même des autres choses de ce genre. Mais ce qui appartient plus immédiatement à la charité est, et plus louable et plus méritoire. Il est donc et plus louable et plus méritoire de faire une chose à la suite d'un vœu que s'il n'y en avoit pas. Encore une fois, on ne donne pas seulement le conseil de garder la virginité et la chasteté, mais on conseille d'en faire le vœu, comme le prouve le commentaire cité plus haut. Mais, ainsi qu'il a été dit déjà, on ne donne que le conseil de faire ce qui est plus parfait, donc il vaut mieux garder la chasteté après en avoir fait le vœu que sans l'avoir fait ; il en est de même pour les autres choses de ce genre. On est de même dans l'usage de recommander d'une manière particulière, parmi les autres bonnes œuvres, l'observation de la virginité à laquelle nous invite le Seigneur lorsqu'il dit, saint Matthieu, ch. XIX : « Que celui qui peut comprendre comprenne. » Mais le vœu rend la virginité elle-même plus louable. Saint Augustin dit en effet dans son livre de la Virginité :

voluntati consultitur, sed post voti emissionem redditio exigitur necessario. Votum ergo quoddam est in præcepto, quoddam in consilio. Ex utroque autem ex necessitate concluditur, quod melius est aliquod bonum facere ex voto, quam sine voto. Manifestum est enim, quod ad ea quæ sunt de necessitate salutis, omnes tenentur ex Dei præcepto, nec est fas æstimare aliquod Dei præceptum in vacuum dari : « finis autem cujuslibet præcepti est charitas, » ut dicit Apostolus I. *Timothei*, I. Frustra ergo daretur aliquod præceptum de aliquo faciendo, si non magis ad charitatem pertineret illud facere, quam non facere. Datur autem præceptum non solum de credendo vel de non furando, sed etiam ut hæc voveamus. Credere igitur ex voto et abstinere à furto ex voto, et cætera hujusmodi, magis ad charitatem per-

tinet, quam si sine voto fiant. Quod autem magis ad charitatem pertinet, magis est laudabile, et magis meritorium. Magis ergo est laudabile et meritorium facere aliquod ex voto, quam sine voto. Rursus, consilium datur non solum de virginitate vel castitate servanda, sed etiam de vovendo, ut patet ex Glossa supra inducta. Sed consilium non datur nisi de meliori bono, ut supra dictum est, melius ergo est servare virginitatem cum voto, quam sine voto, et simile est in aliis. Item inter alia bona opera maxime observatio virginitatis commendari solet, ad quam Dominus invitatur dicens *Matth.*, XIX : « Qui potest capere, capiat, » sed ipsa virginitas ex voto commendabili redditur. Dicit enim Augustinus in libro *De virginitate* : « Neque virginitas, quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur, quam vovet et servat

« On n'honore pas la virginité parce qu'elle est virginité, mais parce qu'elle est consacrée à Dieu, et qu'elle voue et conserve la continence de la piété. Nous ne prêchons pas au milieu des vierges, dit-il plus bas, qu'elles sont vierges, mais qu'elles sont consacrées à Dieu par une pieuse continence de la virginité. » Il est donc un grand nombre d'œuvres qui, parce qu'on a fait le vœu de les accomplir, deviennent par là bien plus louables. De plus, si l'on joint un bienfait à un autre qui l'est aussi, il en résulte un bien plus parfait que chacun des deux pris à part. Or, il ne peut y avoir aucun doute que la promesse elle-même d'un bien n'en soit une. C'est ce qui fait que celui qui fait à quelqu'un une promesse, semble déjà lui accorder un bien, d'où il suit que ceux à qui on fait une promesse sont dans l'usage de remercier pour cette promesse; mais le vœu est une promesse faite à Dieu, comme le prouve ce qui se lit dans l'Écclésiastique, chap. IV : « Si vous avez voué quelque chose à Dieu, sans retard rendez-le lui; il n'aime pas la promesse infidèle et insensée. » Il vaut donc mieux faire une chose après l'avoir promise par vœu, que de la faire simplement sans vœu.

Encore, plus est grand l'objet qu'un homme accorde à un autre homme, plus grande aussi est la récompense qu'il mérite de lui. Mais celui qui fait une chose sans y être obligé par vœu, ne donne à celui pour lequel il la fait, que la chose seule qu'il fait par amour pour lui, pendant que celui qui ne se contente pas de la faire, mais qui s'y oblige encore par vœu, ne lui donne pas seulement la chose qu'il fait, il lui fait encore don de la puissance par laquelle il agit. Il se met, en effet, dans une position telle qu'il est obligé d'accomplir ce qu'auparavant il pouvoit licitement omettre. Il y a donc aux yeux de Dieu un plus grand mérite pour celui qui fait une chose parce que son vœu l'y oblige, que pour celui qui la fait sans l'avoir promise par vœu. Une bonne œuvre est donc d'autant plus louable que la volonté est plus fortement affermie dans le bien, de même que l'obstination de la

continentiam pietatis. » Et infra : « Nec nos virginibus, quod virgines sunt, prædicamus, sed quod Deo dicatæ sunt pia continentia virginitatis. » Multo igitur magis aliqua opera laudabiliora redduntur, ex hoc quod per votum Deo dicantur. Iterum, quodlibet bonum finitum cum enumeratione alterius boni melius est. Nulli autem dubium esse potest, quin ipsa promissio boni sit aliquod bonum. Unde et qui homini aliquid promittit, bonum aliquod ei videtur jam impendere, unde et quibus aliquid promittitur, gratias agunt : votum autem est quædam promissio Deo facta, ut patet per illud quod dicitur *Ecclesiastici* IV : « Si quid vovisti Deo, ne mo-

reris reddere, displicet enim ei infidelis et stulta promissio. » Melius est igitur aliquid facere et vovere, quam facere simpliciter absque voto.

Adhuc, quanto aliquis plus dat alicui, tanto majus aliquid ab eo meretur. Qui autem facit aliquid sine voto, dat ei solum, quod facit propter ejus amorem; qui autem non solum facit, sed etiam vovet, non solum dat ei quod facit, sed etiam potentiam, qua facit. Facit enim se non posse quin faciat, quod prius non facere licite poterat. Majus igitur aliquid meretur apud Deum qui ex voto aliquid facit, quam qui illud facit sine voto. Amplius ad laudem boni operis pertinet, quod voluntas firme-

volonté dans le mal aggrave la faute. Il est donc évident, après cela, que celui qui voue quelque chose, rend sur cette même chose qu'il voue sa volonté plus ferme, ce qui fait que quand il accomplit la bonne œuvre qu'il a vouée, elle procède d'une volonté plus solide. Ce qui fait, par conséquent, que comme plus le propos d'après lequel on fait une chose mauvaise est ferme, plus la faute qui en résulte est grave, car alors il y a péché de malice; de même la bonne œuvre que quelqu'un fait à la suite d'un vœu devient par là plus méritoire.

Par conséquent, plus la vertu de laquelle procède un acte est grande, excellente, plus aussi l'acte est louable, puisque tout le mérite d'un acte se tire de la vertu qui le produit. Mais il arrive quelquefois que l'acte d'une vertu inférieure est commandé par une vertu supérieure, comme, par exemple, si quelqu'un fait par charité un acte de justice; il vaut donc mieux faire un acte d'une vertu inférieure d'après les motifs d'une vertu supérieure, comme d'accomplir une œuvre de justice par un motif de charité, ce qui est bien plus parfait. Mais il est évident que les bonnes œuvres particulières que nous faisons appartiennent à quelques vertus particulières; ainsi jeûner appartient à l'abstinence, être continent à la chasteté, ainsi des autres. Mais faire un vœu est un acte de lâcheté, personne par conséquent ne sauroit douter que cet acte soit préférable, soit à l'abstinence, soit à la chasteté, ou tout autre de ce genre. Il vaut mieux, en effet, honorer Dieu, que de remplir ses devoirs envers le prochain ou envers soi-même. Donc l'œuvre, soit de continence, soit de chasteté, ou de toute autre vertu de ce genre qui est inférieure à la lâcheté, est par conséquent plus louable, si elle procède d'un vœu. Le sentiment pieux de l'Église vient aussi à l'appui de cette thèse; car, invitant les hommes à faire des vœux, elle accorde à ceux qui les émettent des

tur in bono, sicut ad aggravationem culpæ pertinet, quod voluntas sit obstinata in malo. Manifestum est autem, quod qui aliquid vovet, voluntatem suam firmat ad id quod vovet, et sic cum implet, quod voverat opus bonum, ex voluntate firmata procedit. Sicut igitur ad gravamen culpæ pertinet, quod ex proposito firmato aliquis malum operetur, hoc enim est ex malitia peccare, ita ad augmentum meriti pertinet quod aliquis bonum opus operetur ex voto.

Item, quanto aliquis actus ab excellentiori virtute progreditur, tanto laudabilior est, cum tota laus operis ex virtute procedat: contingit autem quandoque actum inferioris virtutis à superiori virtute imperari, puta cum aliquis actum justitiæ ex charitate facit, multo igitur melius est opus virtutis inferioris facere ex imperio

superioris virtutis, sicut melius est opus justitiæ, si ex charitate fiat. Manifestum est autem, quod particularia bona opera quæ facimus, pertinent ad aliquas inferiores virtutes, puta, jejunare, ad abstinentiam; continere, ad castitatem, et sic de aliis. Vovere autem est proprie patriæ actus, quam nulli dubium esse debet, esse potiolem vel abstinentiam, vel castitatem, vel quacumque alia hujusmodi virtute. Majus enim est colere Deum, quam recte se habere erga proximum, aut seipsum. Opus igitur abstinentiæ, vel castitatis, vel cujuscumque talium virtutum, quæ sunt infra patriam, laudabilius est si ex voto fiant. Huic etiam suffragatur pium ecclesiæ studium, quæ homines ad vovendum invitans, et voventibus ire in subsidium terræ sanctæ, vel alias in defensionem ecclesiæ indulgentias et privilegia largitur; non au-

indulgences, des privilèges; tel, par exemple, qu'à ceux qui émettent le vœu d'aller au secours de la terre sainte, ou de défendre d'autres églises; mais s'il valoit mieux faire une bonne œuvre sans vœu qu'à la suite d'un vœu, elle n'engageroit pas à en faire. Cette assertion est aussi contraire aux paroles de l'Apôtre, I. Cor., ch. XII : « Entre ces dons, ayez plus d'empressement pour les meilleurs. » Il suit de là que, s'il valoit mieux faire de bonnes œuvres sans vœu qu'à la suite d'un vœu, loin d'inviter à en faire, elle en détourneroit soit par défense, soit au moins par persuasion. Comme pareillement l'intention de l'Eglise est de ramener les fidèles à un état plus parfait, elle les absoudroit tous de leurs vœux, afin de rendre par ce moyen leurs œuvres plus louables. Il est donc évident qu'une proposition de ce genre répugne également à ce que tient et pense l'Eglise, ce qui fait qu'on doit la rejeter comme hérétique.

Quant aux raisons qu'ils objectent en leur faveur, il est facile d'y répondre, et on peut le faire d'une foule de manières. Leur première objection consiste en effet à dire, la bonne œuvre faite à la suite d'un vœu est moins volontaire; or ceci n'est pas universellement vrai pour toutes les choses. Il est en effet un grand nombre de personnes qui font avec tant de promptitude de volonté les choses qu'elles ont vouées, que quand même elles ne les auroient pas vouées, non-seulement elles les feroient, mais elles en feroient même le vœu. Admettons en second lieu qu'une bonne œuvre que quelqu'un fait à la suite d'un vœu ou par obéissance, soit considérée simplement en elle-même involontaire, il la fait cependant cette œuvre, parce que son vœu ou l'obéissance l'y oblige, et qu'il ne veut pas y manquer; et il agit encore lorsqu'il la fait, et d'une manière plus louable et plus méritoire que s'il la faisoit avec promptitude de volonté et sans vœu. Bien, en effet, qu'il n'ait pas la volonté propre de la faire, comme par exemple de jeûner, il a cependant la volonté propre d'accomplir

tem invitaret ad vovendum, si melius bona opera esset facere sine voto. Hoc enim esse contra exhortationem Apostoli I. *Corinthiorum*, XII : « *Æmulamini charismata meliora.* » Unde si melius esset bona opera facere absque voto, non invitaret ad vovendum, sed etiam à vovendo retraheret vel prohibendo, vel etiam dissuadendo. Similiter etiam cum ecclesiæ intentio sit homines fideles ad meliorem statum reducere, omnes à votis factis absolveret; ut sic eorum bona opera laudabiliora existerent. Patet igitur hujusmodi positionem repugnare ei quod communiter ecclesia tenet et sentit, unde et tanquam hæretica reprobanda est.

Ad ea vero quæ pro se obijciunt, facile

est multipliciter respondere. Primo enim quod dicunt, quod opus bonum ex voto factum est minus voluntarium, non est universaliter et in omnibus verum. Multi enim sunt qui ea quæ voverunt tam prompta voluntate faciunt, ut etiam si non vovissent, non solum facerent, sed voverent. Secundo detur quod aliquod bonum opus quod quis facit ex voto, vel obedientia simpliciter consideratum sit involuntarium, sed tamen facit hoc ex necessitate voti, vel obedientiæ, quam non vult præterire, adhuc dum hoc facit, laudabilius operatur, et magis meritorie, quam si prompta voluntate illud faceret sine voto. Et si enim non habeat voluntatem propriam illud faciendi, puta jejunandi, ha-

son vœu ou d'obéir, ce qui est et plus méritoire et plus louable que jeûner; par conséquent, celui qui agit de la sorte mérite plus que celui qui jeûne de sa propre volonté. On juge que la volonté d'accomplir un vœu ou d'obéir est d'autant plus prompte, que ce que fait quelqu'un par obéissance ou par vœu, considéré en soi-même, répugne davantage à la volonté. C'est pourquoi saint Jérôme dit au moine Rustique : « Mon entretien tend par tous ces moyens à ce but; c'est de vous apprendre à ne pas vous abandonner à votre libre arbitre. » Et il ajoute un peu plus bas : « C'est que vous ne fassiez pas ce que vous voulez, que vous mangiez ce qu'il vous est ordonné de manger, que vous ne possédiez que ce que vous aurez reçu, que vous vous revêtiez des habits qui vous sont donnés, que vous acquittiez la dette de votre œuvre, que vous soyez soumis à qui vous ne voudriez pas l'être, que, fatigués, vous veniez à votre couche, et que, vous promenant, vous sommeilliez, et que vous soyez forcé de vous lever avant d'avoir pris votre sommeil. »

Tout ce que nous venons de dire prouve que le mérite d'une bonne œuvre vient de ce que celui qui la fait ou la supporte, ne la fait pas pour la chose elle-même, mais bien pour Dieu; parce qu'il est démontré que la volonté se porte avec d'autant plus de promptitude vers l'amour de Dieu, que ce que nous faisons ou souffrons pour lui est plus opposé à notre volonté. Il résulte de là que plus les choses que les martyrs ont supportées pour l'amour de Dieu sont nombreuses et opposées à la volonté humaine, plus ils ont de mérite devant Dieu. C'est pourquoi Eléazar dit, II^e livre des Mach., ch. VI, pendant qu'on le tourmentoit : « Je supporte dans mon corps de cruelles douleurs, mais mon ame me les fait volontiers souffrir à cause de la crainte de Dieu. »

Etant donné en troisième lieu un homme en qui n'existe pas même

bet tamen voluntatem promptam votum implendi, vel obediendi, quod est multo laudabilius et magis meritorium quam jejunare, unde plus meretur quam ille qui sua voluntate jejunat: tantoque voluntas votum implendi, aut obediendi promptior judicatur, quanto id quod aliquis facit propter obediendam, vel votum magis in se consideratum voluntati repugnat. Unde Hieronymus ad Rusticum monachum dicit: « Per hæc omnia ad illud tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio dimitteudum. » Et post pauca dicit: « Non facias quod vis, comedas quod juberis, habeas quantum acceperis, vestiaris quod datur, operis tui pensam persolvas, subjiarius cui non vis, lassus ad stratum venias, ambulansque dormites, et necdum expleto

somno surgere compellaris. » Ex hoc patet quod ad meritum boni operis pertinet, ut quæ aliquis propter seipsa non vellet, propter Deum faciat aut patiat; quia tanto invenitur voluntas promptior ad fervorem divini amoris, quanto magis ea quæ propter ipsum facimus, aut patimur nostræ voluntati repugnant. Unde et martyres maxime commendantur, quanto plura sustinuerunt propter Dei amorem contra voluntatem humanam: unde II. *Machabæorum*, VI, Eleazarus dum torqueretur dixit: « Diros corporis sustineo dolores, secundum animam vero propter timorem Dei libenter hæc patior. »

Tertio detur quod nec etiam aliquis ipsam voluntatem retineat votum servandi, aut obediendi, manifestum est, quod cum

la volonté de garder son vœu ou d'obéir; il est évident que devant Dieu qui juge les cœurs, un tel homme est considéré comme réfractaire de son vœu, et qu'il prévarique contre l'obéissance qu'il doit. Si néanmoins il accomplit par une crainte purement humaine ou par pudeur le vœu qu'il a fait, ou ce qui lui est commandé, il n'aura nul mérite devant Dieu, parce qu'il ne le fait pas dans le dessein de lui plaire, mais seulement parce qu'une nécessité humaine l'y contraint; ce n'est cependant pas inutilement qu'il fait son vœu, si l'amour a présidé à son émission, car son vœu est plus méritoire que le jeûne d'un autre qui le fait simplement, et ce mérite il le retrouve s'il se repent de cœur de sa prévarication. Ici se trouve la réponse aux raisons mises en avant par les adversaires et qui traitent de la nécessité humaine, tel, par exemple, que lorsque quelqu'un fait par pudeur ou par crainte humaine ce qu'il a voué ou juré, mais qui n'ont nullement trait à la nécessité qui a pour fin l'amour de Dieu, tel, par exemple, que quelqu'un fait ou souffre pour faire la volonté de Dieu ce qu'autrement il n'eût pas fait, c'est ce que prouvent les paroles de l'Apôtre lorsqu'il dit, II. Cor., ch. IX: « Ce n'est ni par tristesse ni par nécessité. » La tristesse est fille de la nécessité, mais la nécessité qui provient de l'amour divin, ou détruit, ou diminue la tristesse. C'est aussi ce que prouvent les paroles de saint Prosper: « Ne faisons pas involontairement, sans dévotion et contre notre gré ce que nous avons promis. La nécessité qui procède de l'amour divin, loin de le diminuer, l'augmente. » Et qu'une telle nécessité soit louable et désirable, c'est ce que prouvent les paroles de saint Augustin dans sa lettre à Armentarius et à Pauline: « Parce que vous avez déjà fait vœu, vous vous êtes obligé, il ne vous est pas permis de faire autre chose. Avant d'être lié par votre vœu, vous étiez libre de faire ce que vous vouliez; mais vous seriez au-dessous de cette liberté, bien qu'il ne faille pas ap-

Deus iudex sit cordium, apud Deum talis habetur quasi voti fractor, aut obedientiæ prævaricator. Si tamen impleat quod vovit, vel quod ei præcipitur solo humano timore, vel pudore, non est ei meritorium apud Deum, quia non facit voluntate Deo placendi, sed humana necessitate coactus: nec tamen inutiliter vovit, si ex charitate vovit, nam plus meruit in vovendo, quam aliis simpliciter jejunando, quod meritum ei reservatur, si de prævaricatione cordis pœniteat. Per hoc etiam patet responsio ad auctoritates inductas, quæ loquuntur de necessitate humana, cum aliquis scilicet ex pudore vel timore humano facit quod juravit vel vovit: non autem loquuntur de necessitate, quæ est ex fine dilectionis divinæ, puta, cum aliquis facit, vel patitur

ea quæ alias nollet, ut impleat voluntatem divinam. Et hoc patet ex verbis Apostoli, qui dicit II. ad Corinth., IX: « Non ex tristitia aut necessitate. » Tristitiam enim humanam necessitas inducit: necessitas autem dilectionis divinæ tristitiam tollit, vel minuit. Patet etiam hoc ex verbis Prosperi dicentis: « Ne non devoti sed inviti rem non voluntarie faciamus. Non enim necessitas quæ ex divina dilectione procedit, minuit dilectionem, sed auget. » Et quod talis necessitas sit laudanda et appetenda, patet per hoc quod Augustinus dicit in epistola ad Armentarium et Paulinam: « Quia jam vovisti, jam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam esses voti reus, liberum fuit quod velles facere, sed tunc esses inferior, quamvis non sit gratulanda

prouver la liberté par laquelle il se fait que l'on rend avec avantage ce que l'on ne doit pas.

1 » Mais maintenant, comme la promesse que vous avez faite à Dieu vous oblige, ce n'est pas, par conséquent, à un grand acte de justice que je vous invite, à savoir de garder la continence que vous aviez déjà vouée, comme le prouve ce que nous venons de dire, mais c'est d'une grande iniquité que je veux vous éloigner. Si vous n'accomplissez pas votre vœu, vous serez loin de ce que vous eussiez été si ne l'aviez pas fait; vous eussiez été alors moins grand, mais vous n'eussiez pas été pire. Mais, ce qu'à Dieu ne plaise...! si vous rompez la foi promise à Dieu, vous serez d'autant plus malheureux que vous eussiez été plus heureux si vous l'aviez gardée. Ne vous repentez donc pas du vœu que vous avez fait, réjouissez-vous plutôt qu'il ne vous soit pas permis de faire ce que vous n'eussiez pas pu accomplir sans danger pour vous. Attaquez avec courage ce que vous avez promis et remplissez par vos actions vos promesses; celui qui désire vos vœux vous soutiendra lui-même: heureuse est la nécessité qui vous pousse à faire ce qu'il y a de plus parfait. » Ces paroles prouvent aussi que l'assertion de ceux qui soutiennent que quelqu'un n'est pas tenu d'accomplir le vœu qu'il a fait d'entrer en religion est erronée.

CHAPITRE XIII.

De la perfection de l'amour du prochain, qui est de nécessité de salut.

Après avoir considéré la perfection de la charité en tant qu'elle appartient à l'amour de Dieu, nous allons maintenant la considérer en tant qu'elle a pour objet l'amour du prochain. La perfection de l'amour du prochain, aussi bien que celle de l'amour de Dieu, renferme plusieurs degrés. Il y a en effet une certaine perfection qui est requise pour le salut, et elle est de nécessité de précepte. Il y a aussi

libertas, qua fit ut non debeat quod cum lucro redditur.

» Nunc vero quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam justitiam invito, scilicet ad continentiam quam jam voveras, ut per superiora apparet, sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris si non feceris quod vovisti, qualis mansisses si nihil tale vovisses: minor enim tunc esses, non peior, modo autem tanto, quod absit, miserior si fidem Deo fregeris, quanto beator si persolveris. Nec ideo te vovisse pœniteat, immo gaude jam tibi non sic licere quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, et dicta imple factis, ipse adjuvabit qui vota tua expetit. Felix est necessitas, quæ ad meliora

compellit. » Patet etiam ex his verbis erroneum esse quod dicunt, quod aliquis non tenetur de implendo votum de religione intranda.

CAPUT XIII.

De perfectione dilectionis proximi, quæ est necessaria ad salutem.

His autem consideratis de perfectione charitatis quantum pertinet ad dilectionem Dei, considerandum relinquitur de charitatis perfectione quantum pertinet ad dilectionem proximi. Est autem considerandus multiplex gradus perfectionis circa dilectionem proximi, sicut et circa dilectionem Dei. Est enim quædam perfectio, quæ requiritur ad salutem, quæ cadit sub necessitate præcepti. Est etiam quædam ul-

une perfection plus grande et surabondante qui ne tombe que sous la nécessité du conseil. Mais la perfection de l'amour du prochain, nécessaire au salut, doit être considérée d'après le *mode* même de l'aimer que nous prescrit le précepte, qui s'exprime ainsi : « Vous aimerez votre prochain comme vous-même. » Comme Dieu est le bien universel qui existe au-dessus de nous, la perfection de l'amour divin exige que le cœur de l'homme se tourne tout entier d'une certaine façon vers lui, ainsi que le prouve ce que nous avons dit plus haut. C'est pour cela que les paroles suivantes expriment convenablement le mode d'aimer Dieu : « Vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur. » Mais le prochain n'est pas un bien universel existant au-dessus de nous, il est seulement un bien particulier placé au-dessous de nous; ce qui fait qu'on ne nous détermine pas un mode d'après lequel on est obligé de l'aimer de tout son cœur, mais simplement comme soi-même. Trois conséquences découlent de ce mode d'aimer le prochain.

La première, c'est que l'amour soit vrai. Comme il semble, en effet, découler de la raison même de la charité ou de l'amour, que celui qui aime quelqu'un lui veuille du bien, il est évident que le mouvement de la dilection tend vers deux choses, à savoir vers celui à qui il veut du bien, et vers le bien qu'il lui veut. Quoique l'on dise que l'on aime l'un et l'autre, on aime toutefois d'un amour véritable celui à qui on désire du bien. On ne donne que comme par accident le nom d'amour au bien que quelqu'un désire à son prochain, en tant qu'il tombe comme conséquence sous l'acte de l'amour. Il ne convient pas en effet de dire d'un objet dont quelqu'un désire la destruction, qu'il est proprement et véritablement aimé. Mais il est une foule d'objets que détruit l'usage que nous en faisons; tel, par exemple,

terior perfectio superabundans, quæ sub consilio cadit. Perfectio autem dilectionis proximi necessaria ad salutem consideranda est ex ipso modo diligendi, qui nobis præscribitur in præcepto de proximi dilectione, cum dicitur : « Diliges proximum tuum sicut teipsum. » Quod vero Deus est universale bonum supra nos existens, ad perfectionem dilectionis divinæ requirit, ut totum cor hominis secundum aliquem modum convertatur in Deum, sicut ex supra dictis patet. Et ideo modus divinæ dilectionis convenienter exprimitur per hoc quod dicitur, « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. » Proximus autem noster non est universale bonum supra nos existens, sed particulare infra nos constitutum; et ideo non determinatur nobis modus, ut aliquis diligat proximum ex toto corde, sed sicut seipsum. Ex hoc autem

modo circa dilectionem proximi, tria consequuntur.

Primo quidem, ut sit vera dilectio. Cum enim de ratione dilectionis sive amoris hoc esse videatur, ut aliquis bonum velit ei quem amat, manifestum est, quod motus amoris sive dilectionis in duo tendit, scilicet in eum cui aliquis vult bonum, et in bonum quod optat eidem. Et quamvis utrumque amari dicatur, tamen illud vere amatur, cui aliquis bonum optat. Bonum vero quod quis optat alicui, quasi per accidens dicitur amor, prout ex consequenti sub actu amoris cadit. Inconveniens enim est dicere, quod illud vere et proprie amatur cujus destructionem aliquis optat. Multa autem sunt bona quæ dum in nostrum usum vertimus, consumuntur sicut vinum dum bibitur, et equus dum exponitur pugnae : unde manifestum est, quod dum res

que le vin lorsqu'on le boit, et un cheval quand on l'expose au combat. Il est évident, d'après cela, que quand nous désirons faire servir certaines choses à notre usage, c'est véritablement et proprement nous-même que nous aimons; mais on dit que nous ne les aimons que par accident et comme par abus. Il est constant que naturellement chacun s'aime vraiment de telle sorte qu'il désire son propre bien, tel, par exemple, que le bonheur, la vertu, la science; et les autres choses nécessaires à la sustentation de la vie. Tout ce que quelqu'un prend pour son usage, il ne l'aime pas véritablement, il n'en aime que l'usage, et c'est lui surtout qu'il aime; mais nous usons des autres hommes comme nous prenons les autres objets pour notre usage. Si donc nous n'aimons notre prochain qu'en tant qu'il nous est utile à quelque chose, il est clair que nous ne l'aimons pas véritablement, que nous ne l'aimons pas comme nous-mêmes, et c'est ce en quoi consiste l'amitié utile et délectable. Celui, en effet, qui aime quelqu'un, parce qu'il lui est utile et agréable, s'aime évidemment lui-même, vu qu'il cherche, au moyen de cet autre, un bien utile et agréable; et on dit de celui par lequel il cherche ce bien, qu'il l'aime, comme on dit que l'on aime le vin ou un cheval, que nous n'aimons pas comme nous-mêmes, au point que nous leur désirions ces biens, mais que nous les désirions plutôt eux-mêmes pour nous comme des biens réels. Ce qui précède démontre donc clairement que l'homme est tenu d'aimer son prochain comme soi-même, et que nécessairement l'amour véritable doit être uni à la charité. La charité procède en effet, comme le dit l'Apôtre, I. Tim., ch. I^{er}, « d'un cœur pur, d'une conscience intègre, et d'une foi sans détour. » C'est ce qui lui fait dire, I. Cor., ch. XIII : « La charité ne cherche pas son propre bien, mais elle désire le bien de ceux qu'elle aime. » Il se donne lui-même comme un modèle de cette vérité, lorsqu'il dit,

aliquas in nostrum usum vertere cupimus, vere quidem et proprie nosipos amamus, res autem illæ per accidens et quasi abusive à nobis amari dicuntur. Manifestum est autem, quod unusquisque naturaliter sic vere se amat, ut sibiipsi bona optet, puta felicitatem, virtutem, scientiam, et quæ ad sustentationem vitæ requiruntur. Quæcumque vero aliquis in suum usum assumit, non vere illa amat, sed usum, et magis seipsum, sicut autem alias res assumimus in nostrum usum, ita etiam et homines ipsos. Si igitur proximos eo tantum modo diligamus in quantum in nostrum usum venire possunt, manifestum est, quod eos non vere diligimus, nec sicut nos ipsos, et hoc quidem apparet in amicitia utilis ei delectabilis. Qui enim amat ali-

quem, quia est ad suam utilitatem vel delectationem, seipsum amare convincitur, cum ex altero bonum delectabile vel utile quærit, non illum ex quo quærit, nisi sicut dicitur amari vinum, vel equus quæ non diligimus, sicut nosipos, ut eis bona optemus, sed magis ut ipsa bona existentia nobis cupiamus. Primo ergo ex hoc quod præcipitur, quod homo proximum tanquam seipsum diligat, dilectionis veritas demonstratur, quam necesse est charitati adesse. « Procedit enim charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, » ut Apostolus dicit I. Tim., I. Ideo ut ipse dicit I. Corint., XIII : « Charitas non quærit quæ sua sunt, » sed optat bona eis, quos amat. Et hujus rei seipsum exemplum dat cum dicit I. Corint., X : « Non quærens quod

I. Cor., ch. X : « Je ne cherche pas ce qui m'est avantageux, mais ce qui l'est à plusieurs, afin qu'ils se sauvent. »

Le mode prédéterminé d'aimer le prochain nous apprend second^{le}ment, que l'amour du prochain doit être juste et droit. L'amour est juste et droit toutes les fois que l'on préfère un bien supérieur à un bien inférieur. Mais il est manifeste que parmi tous les biens humains, le bien de l'ame tient la première place, et après lui vient celui du corps, et celui qui tient la dernière place est celui qui consiste dans les objets extérieurs. C'est pourquoi nous voyons cet ordre de s'aimer soi-même naturellement empreint dans l'homme. Il n'est personne, en effet, qui n'aimât mieux être privé de la vue du corps, que de l'usage de la raison, qui est l'œil de l'esprit. L'homme est aussi disposé à sacrifier tous ses biens extérieurs pour sauver la vie de son corps, comme nous l'apprennent les paroles suivantes de Job, ch. II : « Peau pour peau, et l'homme donnera tout ce qu'il possède pour sauver sa vie. » Voilà l'ordre naturel de l'amour de soi-même ; il n'est presque pas ou point en défaut pour ce qui concerne les biens temporels desquels nous avons cité l'exemple. Mais il se trouve des hommes qui pervertissent l'ordre de la charité, par rapport aux choses que nous avons dites plus haut ; tel est le grand nombre de ceux qui, par amour pour leur corps ou pour le sauver, renoncent au bien de la science ou de la vertu. De ce nombre sont encore ceux qui, pour acquérir les biens extérieurs, exposent leur corps à des dangers et des travaux excessifs, leur amour n'est point droit, loin de là, et pour dire la vérité d'une manière plus expresse, il est prouvé qu'ils ne s'aiment pas eux-mêmes. Ici, en effet, on considère comme la chose tout entière ce qui en est la partie principale. Ainsi nous disons d'une ville qu'elle fait une chose, quand ses principaux habitants le font. Mais il est évident que, dans l'homme, l'ame est ce qu'il y a de

mibi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. »

Secundo ex prædeterminato modo nobis indicitur, ut dilectio proximi sit justa et recta. Est enim justa et recta dilectio, cum majus bonum minori bono proponitur. Manifestum est autem, quod inter omnia humana bona, bonum animæ præcipuum locum tenet, post hoc autem ordinatur bonum corporis, ultimum autem bonum est, quod consistit in rebus exterioribus. Unde et hunc ordinem diligendi seipsum, videmus homini naturaliter inditum. Nulus enim est qui non mallet se corporis oculo privari, quam usu rationis quæ est oculi mentis. Rursusque pro vita corporali tuenda vel conservanda, homo omnia sua bona exteriora largitur, secundum illud

Observons encore que ceux qui embrassent l'état épiscopal s'exposent à une multitude de dangers. Saint Grégoire dit dans son *Pastoral* : « Le plus souvent au milieu des occupations du gouvernement on perd même le fruit d'une bonne œuvre dont on profiteroit dans le calme de la paix ; » la raison, c'est que si la mer est calme, le pilote même inexpérimenté dirige bien le vaisseau, pendant que si elle est agitée par la tempête, le nautonier même exercé se trouble. Mais qu'est-ce que le pouvoir de celui dont la dignité est la plus élevée, si ce n'est la tempête de l'esprit par laquelle le vaisseau du cœur est

gatum se quemlibet posse cognoscere, prælationis officium tutius declinatur.

Est autem et aliud considerandum, scilicet quod statum religionis rerum temporalium objectio comitatur : econtrario vero statui prælationis multa bona temporalia adjunguntur. Qui ergo religionis statum assumunt, manifeste demonstrant, se temporalia bona non quærere, sed quod per eorum abjectionem ad bona spiritualia tendunt. Qui vero pontificalem dignitatem assumunt, plerumque magis temporalia bona considerant quam æterna. Unde Gregorius dicit in *Pastorali* : « Tunc fuit laudabile episcopatum quærere, quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. » Et postea subdit : « Sanctum quippe officium non diligit omnino, sed nescit, qui ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione co-

gitationis cæterorum subjectione pascitur, laude propria lætatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium abundantia exultat. » Mundi ergo lucrum quæritur sub ejus honoris specie, quo mundi destrui lucra debuerunt.

Est et aliud advertendum, quod qui prælationis statum assumit, multis periculis se exponit. Dicit enim Gregorius in *Pastorali* : « Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perditur, qui in tranquillitate tenebatur : quia quieto mari recte navim etiam imperitus dirigit, perturbato autem tempestatis fluctibus etiam peritus se nauta confundit. » Quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis, in qua cogitationum semper procellis navis cordis quatitur, et huc illicque incessanter impellitur, ut per repentinos excessus oris et operis, quasi per

sans cesse battu par les tourmentes des pensées , et poussé sans relâche tantôt d'un côté tantôt de l'autre, au point qu'il est brisé par les excès soudains de la bouche et des œuvres comme par des rochers qui s'offrent à sa rencontre? David nous fournit un exemple de ce danger, parce que, comme le dit saint Grégoire : « David, au jugement de celui qui pèse tout, fut agréable dans presque toutes ses actions , comme il brilla sous le poids du pouvoir, il se laissa blesser par l'orgueil, et il devint d'une rigidité cruelle en procurant à un homme la mort, lui qui se laissa énerver par la convoitise d'une femme ; il refusa d'abord de frapper de mort celui qui le persécutoit après s'en être emparé, et le désir de tromper lui fit ensuite immoler au préjudice de l'armée un soldat dévoué. » Celui qui embrasse l'état religieux évite les dangers du péché, ce qui fait que saint Jérôme, dans sa lettre contre Vigilance, parlant de la personne des moines, dit : « Pour moi, quand je fuis le mondé, je ne suis pas vaincu parce que je fuis, mais je fuis pour ne pas l'être. Il n'y a pas de sécurité à dormir dans le voisinage d'un serpent, il peut se faire qu'il ne me morde pas, mais il peut toutefois arriver qu'il me morde dans une circonstance donnée. » Il agit donc prudemment celui qui, pour éviter le péché, embrasse l'état religieux. Donc, que quelqu'un aspire spontanément à l'état de prélature, c'est une trop grande présomption, quand même on penseroit être assez fort pour tenir ferme au milieu des dangers; ou c'est n'avoir aucun souci de son salut que de ne prendre aucune précaution pour éviter le péché. Il résulte donc de tout ce qui précède que, bien que l'état épiscopal soit plus parfait, il ne peut pas être désiré sans péché de concupiscence.

obviantia saxa frangatur? cujus periculum exemplum in David apparet, quia ut dicit Gregorius, « David actoris iudicio pene in cunctis actibus placens, ut principatus pondere claruit, in timore vulneris erupit, factusque est in morte viri crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminæ fuit enerviter fluxus, prius ferire comprehensum persecutorem noluit, et post cum damno exercitus devotum militem sub studio fraudis extinxit. » Qui autem statum religionis assumit, pericula peccati vitat. Unde Hieronymus ex persona monachi loquens in epistola *contra Vigilantium*, dicit : « Ego cum fugero, scilicet mundum, non vincor in eo quod

fugio, sed ideo fugio ne vincar : Nulla securitas, cum vicino serpente dormire : potest fieri, ut me non mordeat, tamen potest fieri, ut aliquando me mordeat. » Quod ergo aliquis pericula peccati evitans religionis statum assumat, prudentiæ est. Quod vero sponte ad prælacionis statum aspiret, vel nimix præsumptionis est, si se tam fortem existimet esse, ut inter pericula possit manere securus, vel omnino suæ salutis curam non habens, si peccata vitari non curat. Ex his ergo apparet quod prælacionis status, et si perfectus sit, tamen absque vitio concupiscentiæ appetitus esse non potest.

CHAPITRE XX.

Preuves sur lesquelles s'appuient ceux qui veulent prouver que les prêtres curés et les archidiacres, sont dans un état plus parfait que les religieux. Réfutation de ces preuves.

Il y a certains hommes qui, non contents de préférer l'état épiscopal à celui des religieux, lui préfèrent encore celui des doyens, des curés et des archidiacres, et de tous ceux qui ont charge d'âme. Ils tentent d'établir leur assertion de plusieurs manières. Saint Chrysostôme dit en effet dans son sixième livre des dialogues; « quand même vous me présenteriez un moine qui soit, et c'est exagérer, tel que fut Hélié, bien qu'il ne soit ni troublé, ni ne pèche gravement pendant tout le temps qu'il est seul, car il n'a rien qui l'y pousse ni qui l'exaspère; il ne faut néanmoins pas le comparer à celui qui, livré au peuple et forcé de supporter les fautes de la multitude, persévère ferme et immobile. » Ces paroles prouvent évidemment que le moine, quelque parfait qu'il soit, ne peut pas entrer en parallèle avec celui quel qu'il soit qui a charge d'âme et qui s'acquitte dignement de cette charge. Il ajoute encore après : « Si quelqu'un me proposoit de choisir l'état où j'aimerois le mieux plaire à Dieu, ou de l'état sacerdotal ou de la solitude des moines, je choisirois sans comparaison celui dont j'ai parlé le premier. » Il faut donc incomparablement préférer l'état qui a charge d'âmes à celui de vivre même dans la solitude, genre de vie religieuse qui est estimé le plus parfait. Saint Augustin dit lui aussi dans sa lettre à Valère : « Que votre prudence religieuse pense bien qu'il n'y a rien dans cette vie et surtout dans ce temps de plus facile, de plus léger et de plus louable aux yeux des hommes que les fonctions d'évêque, de

CAPUT XX.

Rationes quòrumdam qui astruere conantur, quod presbyteri curati, et archidiaconati sunt in statu perfectiori quam religiosi, et earum solutiones.

Sunt autem quidam qui non solum episcoporum statum præferre religiosorum statui sunt contenti, sed et decanorum, et plebanorum, et archidiaconorum, et quorumcumque curam habentium animarum. Quod multipliciter asserere conantur. Dicit enim Chrysostomus in VI. libro sui *Dialogi*: « Si aliquem mihi talem adducas monachum, qualis, ut secundum exaggerationem dicam, fuit Helias, tamen quamdiu solus est, si non perturbatur, neque graviter peccat, quippe non habet quibus stimuletur atque exasperetur, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, et

multorum ferre peccata compulsus, immobilis perseveravit et fortis. » Ex quo manifeste videtur, quod monachus quantumcumque perfectus, adæquari non possit cuicumque curam animarum habenti, si eam bene exerceat. Adhuc, ibidem postmodum subditur: « Si quis mihi proponeret optionem, ubi in allem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud, quod prius dixi. » Incomparabiliter igitur præferendus est status curam animarum habentium, quam vivere etiam in solitudine monachorum, quod genus religionis perfectissimum reputatur. Item Augustinus dicit in epistola ad Valerium: « Cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, et maxime hoc tempore, facilius et levius, et hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si per-

prêtre ou d'archidiacre, si on ne traite la chose que par manière d'acquit et avec une basse flaterie ; mais il n'y a rien devant Dieu de plus malheureux , de plus triste et de plus damnable. » Il n'y a rien non plus dans cette vie et surtout en ce temps de plus difficile, de plus pénible et de plus dangereux que la charge d'évêque , de prêtre ou de diacre ; mais il n'y a rien devant Dieu de plus heureux si on combat comme notre chef nous commande de le faire. L'état de religion n'est donc pas plus parfait que celui des prêtres ou diacres qui ont charge d'ame, et qui sont en vertu de leur charge obligés d'avoir des rapports avec les hommes. Saint Augustin écrit en outre à Aurélien ; « C'est une chose déplorable si nous contraignons les moines de s'élever à un orgueil si ruineux et que nous estimions dignes d'une telle injure les clercs du nombre desquels nous sommes ; à savoir que nous les forcions de dire, un méchant moine est un bon clerc, bien que souvent le bon moine fait à peine un bon clerc. » Donc la perfection d'un bon clerc est plus grande que celle d'un bon moine. Il dit de même un peu avant : « Il ne faut pas donner aux serviteurs de Dieu, c'est-à-dire aux moines, de raison de penser que plus facilement ils pourront être choisis pour ce qu'il y a de plus parfait, c'est-à-dire pour la cléricature, s'ils sont devenus pires, par exemple, en quittant leur monastère. Donc l'état clérical est préférable à l'état monastique. » Saint Jérôme écrit aussi au moine Rustique : « Vivez dans votre monastère de telle sorte que vous méritiez d'être élevé à la cléricature. » La fonction de clerc est donc plus élevée que le régime monacal.

En outre, il n'est pas permis de passer d'un état plus parfait à celui qui l'est moins ; mais il est permis de passer de l'état monacal à celui de prêtre, ayant charge d'ame, comme le dit le pape Gélase et comme il est écrit dans le droit, XVI, Quest., ch. I : « Si quelqu'un a été

functorie atque adulatorie res agatur : sed nihil apud Deum miserabilius, et tristius, et damnabilius : item, nihil est in hac vita, maxime hoc tempore, difficilium, et laboriosius, et periculosius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio : sed apud Deum nihil beatius si eo modo militetur, quo noster Imperator jubet. » Non ergo religionis status est perfectior statu presbyterorum, aut diaconorum, qui curas animarum habent, ad quorum officium pertinet conversari cum hominibus. Præterea Augustinus dicit ad Aurelium : « Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos subigimus, et tam gravi contumelia clericos dignos putamus, in quorum numero nos sumus, si scilicet vulgares de nobis locabuntur, dicentes : Malus monachus, bonus clericus est, cum aliquando bonus etiam monachus vix bonum clericum

faciat. Major ergo est perfectio boni clerici, quam boni monachi. » Item, paulo ante dicit : « Non est via danda servis Dei, id est, monachis, ut se facilius putent eligi ad aliquod melius, id est, ad officium clericatus, si facti fuerint deteriores, et monasterium, scilicet deferendo. Melius est ergo officium clericatus, quam status monasticus. » Item, Hieronymus dicit ad Rusticum monachum : « Sic vive in monasterio, ut clericus esse merearis. Majus est ergo clericatus officium, quam monachi conversatio. »

Præterea, non licet de majori ad minus transire : de statu monastico licet transire ad officium presbyteri curam habentis, sicut dicit Gelasius Papa, et habetur XVI. *questione*, I : « Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vitæ merito sacerdotio dignus prævideatur, et Abbas, sub cujus im-

moine, en considération du mérite de cette vie vénérable, il doit être estimé digne du sacerdoce ; et si l'abbé sous l'autorité duquel il combat pour Jésus-Christ demande à l'évêque de l'élever au sacerdoce, il doit être ordonné et choisi, pour remplir, dans le lieu qu'il aura jugé convenable, les fonctions de la charge sacerdotale avec justice et prudence, et cela d'après le choix du peuple ou de l'évêque. » Il y a touchant le même sujet plusieurs chapitres au même endroit, dist. XLVII. Toutes ces preuves établissent donc que l'état des clercs et surtout celui de ceux qui ont charge d'ame est préférable à l'état religieux.

Il est facile, en se rappelant ce que nous avons dit précédemment, de voir le sens de toutes ces expressions. Nous avons dit en effet plus haut, que autre est l'acte de perfection, autre est l'état de perfection lui-même. Il n'y a que l'obligation perpétuelle de faire ce qui appartient à la perfection qui en constitue l'état. Il est des personnes qui sans cette obligation accomplissent des actes de perfection ; de ce nombre sont ceux qui gardent la continence ou qui vivent dans la pauvreté sans y être astreints par vœu. Il faut aussi observer, qu'il y a deux choses à considérer dans les prêtres et les diacres qui ont charge d'ame, ce sont les fonctions de la cure et la dignité de l'ordre. Or il est évident que quand ils prennent la charge d'une cure, ils ne contractent pas une obligation perpétuelle, puisque souvent ils renoncent à la cure de laquelle ils s'étoient chargés, comme le prouve la conduite de ceux qui quittent leurs paroisses ou leurs archidiaconés et entrent en religion. Ce que nous avons dit plus haut prouve aussi que l'état de perfection ne se trouve que là où il y a obligation perpétuelle. Il est évident que quand même les archidiacons et les prêtres qui sont à la tête des paroisses auroient été choisis, ils n'ont pas acquis l'état de perfection avant leur consécration, non plus que les novices avant

perio regi Christo militat, illum fieri presbyterum petierit ab episcopo, debet eligi, et in loco quo judicaverit ordinari, ea omnia quæ ad sacerdotii officium pertinent vel populi, vel episcopi electione provide ac juste acturus. » Et plura alia capitula ibidem ponuntur : et *dist.*, 47. Ex his ergo omnibus videtur, quod status quorumcumque clericorum, et maxime curam animarum habentium, religionis statui præferatur.

Horum autem dictorum ratio de facili percipi potest, si ea quæ dicta sunt, ad memoriam revocentur. Jam enim supra dictum est, aliud esse perfectionis actum, atque aliud perfectionis statum. Nam perfectionis statum non efficit, nisi perpetua obligatio ad ea quæ ad perfectionem spec-

tant sine qua obligatione plurimi perfectionis opera exequuntur, puta, qui nullo voto continentiam servant, aut in paupertate vivunt. Rursum considerandum est, quod in presbyteris et diaconibus curam animarum habentibus duo consideranda sunt, scilicet officium curæ, et dignitas ordinis. Manifestum est autem, quod officium curæ suscipientes perpetuam obligationem non habent, cum multoties curam dimittant susceptam, sicut patet de illis qui dimittunt parochias, vel archidiaconatus, et religionem intrant. Patet etiam ex supradictis, quod status perfectionis non habetur nisi cum perpetua obligatione.

Manifestum est autem, quod archidiaconi, et parochiales sacerdotes, et etiam electi ante consecrationem statum perfec-

qu'ils aient fait profession. Mais il arrive, ainsi que nous l'avons dit précédemment, que, bien qu'une personne ne soit pas dans l'état de perfection, elle en pratique les œuvres, et dans ce cas elle est parfaite quant à l'état de charité. Si donc il arrive que les archidiaques, les curés et les prêtres soient parfaits quant à l'état de charité, et qu'ils participent en quelque chose à la perfection, ils n'atteignent pas pour cela l'état de perfection. Ce qui prouve la vérité de cette assertion, c'est que pour ceux qui se consacrent ou s'obligent à faire perpétuellement une chose; d'après un ancien rit de l'Eglise, celle-ci entoure leur action d'une certaine solennité ecclésiastique, telle que la consécration pour les évêques, et la bénédiction pour la profession religieuse, comme le démontre saint Denis dans le livre de la Hiérarchie ecclésiastique, ch. VI.

Mais il est manifeste qu'il ne se fait rien de semblable dans l'acte par lequel on confie un archidiaconé ou une cure; l'investiture s'en fait simplement par l'anneau ou toute autre chose semblable. Il est clair d'après cela que par le fait qu'un archidiaconé ou une paroisse sont remis aux soins de quelqu'un, il n'embrasse pas un état qui l'engage perpétuellement. Il est donc facile, d'après ce qui précède, de résoudre les difficultés que l'on peut faire contre cette vérité.

Ce que dit en effet saint Chrysostôme : « Quand même vous me présenteriez un moine tel que fut Hélie, il ne seroit cependant pas comparable à celui qui est obligé de porter les péchés d'une multitude de personnes. Ces paroles prouvent évidemment que son intention n'est pas de comparer un état à l'autre, mais bien de montrer que celui qui est à la tête du peuple éprouve bien plus de difficultés pour persister que celui qui mène la vie solitaire; prises dans leur ensemble, c'est ce quelles établissent. Il ne dit pas simplement en effet, que le moine

tionis nondum adepti sunt, sicut nec novitii in religionibus ante professionem.

Contingit autem ut supra dictum est, aliquem non in perfectionis statu existentem opera perfectionis agere, et perfectum esse secundum habitum charitatis. Si igitur contingit archidiaconos et parochianos presbyteros perfectos esse secundum habitum charitatis, et participare in aliquo perfectionis officio, statum tamen perfectionis non assequuntur. Hujus autem evidens signum est, quia his qui perpetuo ad aliquid deputantur, vel obligantur, aliqua ecclesiastica solemnitas in tali obligatione adhibetur, puta, qui in episcopos consecrantur, vel qui in professione religionis benedicuntur, etiam secundum antiquum ritum Ecclesiæ, ut patet per Dionysium in libro de Ecclesiast. hierarch., cap. VI: « Manifestum est autem, quod nihil ho-

rum fit in commissione archidiaconatus, vel parochiæ, sed simpliciter investiuntur vel per anulum, vel per aliquid tale. »

Unde manifestum est, quod ex hoc, quod aliquis archidiaconatum, vel parochiæ curam accipit, non sortitur perpetuæ obligationis statum. His autem visis facile est objecta in contrarium solvere.

Quod enim Chrysostomus dicit : « Si talem aliquem adducas monachum, qualis fuit Helias, non tamen illi comparandus est, qui multorum peccata ferre compellitur, manifeste apparet, per ea quæ dicit. quod non intendit statum statui comparare, sed ostendere difficultatem bene persistendi majorem esse in eo qui præest populis, quam in eo qui solitariam vitam ducit, quod patet si integre verba accipiantur. » Non enim simpliciter dicit, quod monachus non sit comparandus illi

n'est pas comparable à celui qui est obligé de porter les péchés du peuple; mais que le moine, s'il n'est pas troublé, s'il ne pèche pas gravement pendant tout le temps qu'il est seul, il ne faut pas lui comparer celui qui persévère ferme et inébranlable au milieu du peuple, car il y a une plus grande vertu à se conserver sans atteinte là où de plus graves dangers menacent. C'est pourquoi il dit avant les paroles citées : « Lorsque quelqu'un aura été au milieu des flots et qu'il aura pu délivrer le navire de la tempête, alors il aura justement mérité aux yeux de tous le nom de pilote parfait. » On pourroit aussi dire que celui qui mène une conduite régulière au milieu des méchants fait preuve d'une plus grande vertu que celui qui en mène une semblable au milieu d'hommes vertueux. C'est pourquoi il est dit à la louange de Loth, II. Pet., ch. II : « Qu'il étoit juste par ses regards et son ouïe; habitant au milieu de ceux qui chaque jour tourmentoient son ame par les œuvres de l'iniquité. » Il n'est cependant pas possible de dire qu'il soit de l'état de perfection de demeurer au milieu des méchants, puisque d'après les Ecritures il est plus prudent de fuir cette position.

Ces paroles ne prouvent pas que l'état de ceux qui ont charge d'ame est plus parfait que celui des religieux, mais qu'il est plus dangereux; elles apprennent aussi ce qu'il faut répondre aux paroles du même docteur qui viennent immédiatement après. « Si quelqu'un, dit-il, me proposoit de choisir où j'aimerois le mieux plaire à Dieu, dans les fonctions sacerdotales, ou dans la solitude des moines, je choisirois sans comparaison celui dont j'ai parlé d'abord; c'est-à-dire que j'aimerois mieux plaire à Dieu dans les fonctions sacerdotales. » Il faut observer ici, qu'il ne dit pas qu'il aimeroit mieux être dans l'état sacerdotal que dans la solitude des moines; mais qu'il aimeroit mieux plaire à Dieu dans cet état que dans l'autre, parce qu'il est plus diffi-

qui compellitur peccata populi ferre, sed quod monachus si non perturbatur, nec graviter peccat, quamdiu solus est, non comparatur illi, qui perseverat immobilis et fortis in multitudine populi, quia majoris virtutis est illæsum se conservare, ubi plura pericula imminet. Unde et ante hæc verba dicit: « Cum aliquis fuerit in mediis fluctibus, et de tempestate navem liberare potuerit, tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur. » Sic etiam dici posset, quod ille qui inter malos bene conversatur majoris virtutis esse ostenditur, quam qui bene conversatur inter homines bonos. Unde in laudem Loth dicitur II. Petri, II, quod « aspectu et auditu justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justam iniquis operibus

cruciabant. » Nec tamen dici potest, quod conversari inter malos ad statum perfectionis pertineat, cum hoc secundum sacræ Scripturæ documenta prudentius declinetur.

Ex his igitur verbis non ostenditur, quod status curam animarum habentium sit perfectior, quam status religiosorum, sed quod sit periculosior. Per hoc etiam patet responsio ad verba ejusdem, quæ postmodum subduntur. « Si quis, inquit, mihi proponeret optionem, ubi mallet placere in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem illud, quod prius dixi, scilicet placere Deo in officio sacerdotali. » Ubi considerandum est, quod non dicit, quod mallet esse in officio sacerdotali, quam in solitudine monachorum, sed quod mallet ibi quam hic placere

cile d'y vivre sans péché que dans la solitude des moines, comme il l'avoit déjà dit plus haut. Mais où le danger est plus grand, là aussi on fait preuve d'une plus grande vertu si on l'évite, ainsi qu'il a été dit précédemment. Quoique l'homme sage, quel qu'il soit, préférât posséder une vertu telle qu'il lui fût possible de demeurer sain et sauf au milieu de toute espèce de périls, il n'y a cependant que l'insensé qui puisse préférer un état plus périlleux, par cela même qu'il l'est davantage, à celui qui est plus sûr.

Ce que nous venons de dire indique aussi la solution à donner aux paroles de saint Augustin, par lesquelles il affirme qu'il n'y a rien de plus dangereux et de plus pénible que l'état épiscopal, sacerdotal et celui de diacre si on l'exerce bien, et qu'il n'y a rien de plus agréable à Dieu. Par là même, en effet, qu'il est pénible et difficile de se conserver sans péché dans l'accomplissement des devoirs de cette charge, c'est faire preuve d'une plus grande vertu et d'après cela être plus agréable à Dieu; on ne doit pourtant pas en tirer pour conséquence que l'état des prêtres chargés de paroisses ou d'archidiaconés soit plus parfait que celui de la religion.

On fait à toutes les difficultés qui suivent une seule et même réponse, car dans toutes les autorités citées on ne compare pas l'état de religion à celui des curés, mais l'état des moines en tant que moines à celui des clercs. Les moines en effet, par là même qu'ils sont moines, ne sont pas clercs, puisqu'il y a un grand nombre de laïques moines, et qu'anciennement presque tous les moines étoient laïques, comme il est écrit dans le droit, XVI. Quest., ch. I. Mais il est évident que les clercs ont dans l'Eglise un rang plus élevé que les laïques. C'est pourquoi les laïques sont promus à la cléricature comme à quelque chose de plus grand et comme à un rang plus élevé, ce qui fait qu'il faut

Deo, quia in sacerdotali officio absque peccato manere difficilius est, quam manere absque peccato in solitudine monachorum, sicut jam supra dixerat: ubi autem est majus periculum, ibi major virtus ostenditur, si periculum evitetur, sicut etiam dictum est. Et quamvis quilibet sapiens magis eligeret esse tantæ virtutis, ut etiam inter pericula quæcumque illæsus posset persistere, nullus tamen nisi insipiens statum periculosiorem ex hoc ipso statui securiori præferret. Ex hoc etiam apparet solutio ad verba Augustini, quibus asseritur nihil esse periculosius et laboriosius officio Episcopi et sacerdotis, et diaconi, si bene exerceatur, et nihil esse Deo acceptabilius. Ex hoc enim ipso, quod est laboriosum et difficile, immunem se à peccato conservare in hujus officii executione majoris virtutis esse ostenditur, et

secundum hoc Deo acceptabilius, non tamen ex hoc sequitur, quod status sacerdotum parochialium aut archidiaconorum sit majoris perfectionis, quam status religionis.

Ad omnia vero quæ subsequuntur et similia, est una eademque responsio. Nam in omnibus illis autoritatibus non comparatur status religionis statui curatorum, sed status monachorum in quantum sunt monachi, statui clericorum. Non enim monachi, in eo quod sunt monachi, sunt clerici, cum multi sint monachi laici: et antiquis temporibus fere omnes monachi laici erant, ut habetur XVI. *quæstione* I. Manifestum est autem clericos in ecclesia Dei majorem gradum obtinere, quam laicos. Unde laici promoventur ad clericatum, tanquam ad aliquid majus, et sicut major gradus, ita et amplior virtus requiritur ad

une plus grande vertu pour un bon clerc que pour un bon laïque, quand même il seroit moine. Le moine qui est clerc a deux qualités; ce sont la cléricature et l'état religieux; le clerc qui a charge d'ame, lui aussi a deux titres, ce sont la cléricature et la charge d'ame. Si par conséquent il advient que l'on préfère les clercs aux moines, ce n'est pas qu'on leur préfère les curés en tant que curés; toutefois il est vrai que s'ils remplissent bien les fonctions de leur charge et qu'ils évitent le péché, ils font preuve d'une plus grande vertu que le moine qui s'en préserve; ainsi que nous l'avons dit plus haut. Mais de ce que l'on prend le moine pour lui donner charge d'ame dans les églises paroissiales, il ne s'ensuit pas que l'état de curé en tant que curé soit plus parfait, parce que le religieux qui a été chargé d'une paroisse ne perd pas son ancien état. Il est dit en effet dans le droit, Quest. X, ch. I : « Quant aux moines qui ont demeuré longtemps en religion, si plus tard ils sont élevés à l'ordre de clercs, nous ordonnons qu'il ne leur soit pas permis de renoncer à leur premier dessein. » Ainsi donc, il n'est pas démontré que l'état du clerc qui a charge d'ame soit plus parfait que celui de religion, bien que les religieux puissent recevoir cette charge dans leur état antérieur et poursuivre leur dessein. Mais s'ils sont promus à l'épiscopat ils embrassent un état plus parfait.

CHAPITRE XXI.

Raisons sur lesquelles s'appuient certains hommes pour ruiner la proposition qui vient d'être prouvée.

Certains hommes emportés par le désir de discuter, ne pesant convenablement ni ce qu'ils disent ni ce qu'ils entendent, s'efforcent encore de s'opposer par leurs contradictions à ce qui précède. Leurs objections ne me parvinrent qu'après que j'eus écrit ce qui a été dit plus

bonum clericum, quam ad bonum laicum, quamvis sit monachus. Sed in monacho clerico duo concurrunt, et clericatus, et status religionis, similiter in clerico habente curam animarum, scilicet cura animarum, et clericatus. Quod ergo clerici præferuntur monachis, nihil pertinet ad hoc, quod curati in quantum curati monachis præferuntur : sed verum est, quod si bene officium suum exequantur, et absque peccato majoris esse virtutis demonstrantur, quam si monachus immunis à peccato permaneat, ut supra dictum est. Quod autem monachus assumitur ad curam animarum in parochialibus ecclesiis, non ostendit statum curati ex hoc, quod est curatus, esse perfectiorem, quia religiosus parochiam adeptus statum pristinum non omittit. Dicitur enim XVI. quæst. I. de

Monachis, qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordinem pervenerint, statuimus non debere eos à priori proposito discedere. Sic ergo non ostenditur, quod status clerici habentis curam animarum, sit perfectior, quam status religionis, quamvis religiosi curam animarum accipere possint in priori statu, et proposito permanentes. Ad episcopatum autem promoti, statum altiorem assumit.

CAPUT XXI.

Rationes quorundam destruere volentium immediate determinatam veritatem.

Verum quidam contentioni studio exagitati, neque quæ dicunt, neque quæ audiunt debite ponderantes, adhuc conantur prædictis contradicentes obviare, quorum obviations postquam præmissa conscripse-

haut. Il est donc nécessaire, pour les réfuter, de considérer quelques-unes des choses dites précédemment : 1^o Ils essayent, et cela de plusieurs manières, de prouver que les archidiacres et les prêtres-curés sont dans un état de perfection plus grande que les religieux. Le prêtre en effet, d'après les canons, doit être chassé de son état s'il vient à délinquer ; c'est ce qui se lit dans le droit, dist. XXCI, *Si quis amodo episcopus*, et dans la Quest. XIV, ch. IV, *Si quis oblitus* : donc il étoit dans un état, autrement il ne seroit pas possible de l'en chasser. 2^o Ils disent que le mot état peut se dire de trois manières ; il emporte en effet avec lui l'acte de se tenir droit ; on dit en effet de l'homme choisi, qu'il se tient *stare*. Saint Grégoire dit à cette occasion dans son liv. VII de Morale : « Ils se laissent choir de toute droiture, ceux qui se perdent par des paroles nuisibles. » Ce mot emporte aussi la permanence et la fixité d'après les paroles de saint Grégoire, liv. VIII de Morale : « La protection et la garde du Seigneur consistent en ce que nous demeurions dans l'état où il nous a placé. » Il dit aussi dans la neuvième homélie sur Ezéchiel : « La pierre est taillée et elle a comme un état ou siège de tous côtés, de sorte qu'elle ne peut choir dans quelque position qu'on la mette. » Il emporte aussi la grandeur ou la longueur, car il se dit, de se tenir *a stando*. Mais comme les archidiacres et les prêtres qui sont chargés du soin des paroisses, ont la grandeur spirituelle, puisque le zèle du salut des âmes fait qu'ils s'en chargent, ils doivent aussi avoir la permanence, parce qu'ils persévèrent forts et inébranlables au milieu des dangers ; donc on ne peut pas dire qu'ils ne sont pas dans un état de perfection de ce genre.

3^o Ils disent, l'établissement de l'état religieux n'a pas pu préjudicier aux prêtres et aux diacres qui ont charge d'âme ; vu que les prêtres et les diacres qui ont charge d'âme étoient dans un état par-

ram, ad me pervenerunt. Ad quorum confutationem, necesse est aliqua ex supra positis respicere. Primo igitur multipliciter nituntur ostendere, archidiaconos, et parochiales presbyteros in statu perfectionis esse et majoris quam religiosi. Presbyter enim si delinquat, jubetur ejici de statu suo, secundum Canones, ut habetur LXXXI. distinctione : « Si quis amodo episcopus, » et XIV. quæst. IV : « si quis oblitus, » ergo erat in statu, alioquin à statu ejici non posset. Item, inventur status tripliciter dici : importat enim rectitudinem. Nam homo electus dicitur stare. Unde Gregorius dicit in VII. *Moral.* : « Ab omni rectitudinis statu deperunt, qui per noxia verba dilabuntur. » Importat etiam permanentiam, et fixationem, secundum illud Gregorii in VIII. *Moral.* : « Conditoris protectio, et custodia est, quod in statu per-

manemus. » Et in nona Homilia secundæ partis, super *Ezech.* : « Lapis quadrus est, et quasi ex omni latere statum habet, qui casum in qualibet permutatione non habet. » Importat etiam magnitudinem, vel longitudo : dicitur enim à stando. Cum autem Archidiaconi, et parochiales presbyteri habeant magnitudinem spiritualem, cum propter animarum zelum curam suscipiunt, habeant etiam permanentiam, quia inter pericula immobiles perseverant et fortes, habeant etiam rectitudinem intentionis et justitiæ, non est dicendum hujusmodi in statu perfectionis non esse.

Præterea, religionis institutio præjudicare non potuit diaconibus, et presbyteris curam animarum habentibus : sed ante institutas religiose prædicti curam animarum habentes statum perfectionis tenebant. Dicitur enim I. *Timoth.*, V : « Qui

fait avant même l'établissement des religions. L'Apôtre dit en effet, I. Tim., ch. V : « Que les prêtres qui gouvernent bien, à savoir par leur conduite et leur science, soient doublement honorés ; » à savoir qu'on leur obéisse spirituellement et qu'on leur fournisse les biens extérieurs qui leur sont nécessaires ; donc même après l'établissement des religions ils ont un état de perfection.

4^o Ils disent qu'au temps de saint Jérôme, le nom de prêtre et d'évêque étoient synonymes, comme le prouve ce que dit ce saint dans son explication de l'Épître à Tite. « Le prêtre autrefois étoit le même que l'évêque ; mais par la suite, il a été décrété dans l'univers entier qu'il y en auroit un de placé au-dessus des prêtres, pour faire disparaître toute semence de schisme. » Si donc les évêques sont dans un état plus parfait que les religieux, il s'ensuit que l'état des prêtres est de même plus parfait.

5^o Ils disent encore, celui que, dans l'Église, on prend pour remplir une charge et plus grande et plus honorable et plus fructueuse, paroît être placé dans un état plus parfait. Mais les prêtres et les archidiaques qui ont charge d'ame, sont chargés d'un office plus honorable que les religieux, car bien que la vie contemplative soit plus sûre, la vie active cependant est plus fructueuse, comme le dit le droit, *Extrav. de renuntiatione, et nisi cum pridem*. Donc les prêtres qui ont charge d'ame sont dans un état plus parfait que les religieux.

6^o Il n'y a pas, disent-ils, de charité plus parfaite que celle qui porte un homme à donner sa vie pour ses amis, comme il est écrit dans saint Jean, ch. XV. Mais les bons curés donnent leur vie pour ceux qui leur sont soumis ; ils se constituent leurs serviteurs comme le dit l'Apôtre, I. aux Cor., ch. IX : « Lorsque je ne dépendois de personne, je me suis fait le serviteur de tous. » Le travail plus considérable qu'ils supportent semble aussi les faire mériter davantage ainsi que

bene præsumt presbyteri, » scilicet vita et doctrina, « digni habeantur à subditis, duplici honore, » ut scilicet eis spiritualiter obedient, et exteriora ministrent : ergo etiam post religiones institutas habent statum perfectionis.

Item dicunt, quod tempore Hieronymi presbyter et episcopus erant nomina synonyma, ut patet per illud quod dicit Hieronymus super Epistolam ad Titum : « Olim idem presbyter qui et episcopus, sed postea in toto orbe decretum est, ut unus presbyteris præponeretur, ut schismatum semina tollerentur. »

Si ergo episcopi sint in statu perfectiori quam religiosi, etiam presbyteri in statu perfectiori erunt.

Item, qui ad majus et dignius, et fruc-

tuosius officium ecclesiæ assumitur, in majori statu esse videtur, sed archidiaconi et presbyteri curati assumuntur ad dignius officium quam religiosi, quia licet vita contemplativa sit magis segura, tamen vita activa est magis fructifera, ut habetur extra de renuntiatione, *Nisi cum pridem*. Presbyteri igitur curati sunt in majori statu perfectionis quam religiosi.

Item, nulla major charitas esse potest, quam « ut animam suam ponat quis pro amicis suis, » ut dicitur *Joan.*, XV. Boni autem curati animam suam ponunt pro suis subditis, quorum etiam se servos constituunt, secundum illud I. *Corint.*, IX : « Cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci. » Videntur etiam plus mereri, cum plus laborent, secundum illud

le dit l'Apôtre, I. aux Cor., ch. XV : « J'ai le plus travaillé de tous, » et dans la I. aux Cor., ch. III : « Chacun recevra sa propre récompense suivant le travail qu'il aura fait. » Ces paroles prouvent que les prêtres-curés sont dans un état plus parfait que les religieux. Les archidiaques d'après cela semblent être dans le même état. Les sept diaques que choisirent les apôtres étoient dans un état de perfection supérieure: On lit au livre des Actes, ch. VI : « Choisissez, mes frères, sept hommes d'entre vous, d'une probité reconnue, pleins de l'Esprit saint et de sagesse, pour que nous leur confiions ce ministère. » Bede commentant ce passage, s'exprime comme il suit : « Les Apôtres reconnoissoient ici l'établissement de sept diaques dans l'Eglise, lesquels étoient plus élevés en dignité que les autres, et qui très-près de l'autel, y assistoient comme les colonnes de l'Eglise. » Mais il paroît qu'ils furent dans un état parfait, puisqu'ils étoient dans un degré élevé, et que colonnes de l'Eglise, ils en supportoient les charges. Or les archidiaques dans l'Eglise sont les représentants de ceux-ci quant au degré d'élévation, vu que d'après le commentaire du même passage, ils servent et président en même temps ceux qui sont serviteurs. Donc d'après cela les archidiaques sont dans un état de perfection plus grande que les prêtres-curés à la tête desquels ils sont placés, et par conséquent aussi dans un état plus parfait que celui des religieux. Ne paroît-il pas insensé aussi de dire que les bienheureux archidiaques, Etienne, Laurent et Vincent, n'ont pas été dans l'état de perfection, eux qui méritèrent d'arriver à la palme du martyr ? Les prêtres-curés et les archidiaques ressemblent aussi beaucoup plus aux évêques que les moines et les religieux quels qu'ils soient, vu qu'ils sont au dernier rang de soumission, tandis que les prêtres et les archidiaques ont le nom d'évêques, d'après ce qui se lit au livre des Actes, ch. XX : « Prenez-donc garde à vous-mêmes et à tout le troupeau sur

Apostoli I. Cor., XV : « Plus omnibus laboravi, » et I. Cor., III : « Unusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. » Videtur igitur, quod curati presbyteri sint in perfectiori statu, quam religiosi. Item videtur hoc idem de archidiaconis. Septem enim diacones quos elegerunt Apostoli, erant in excellenti statu perfectionis. Dicitur enim *Actuum*, VI : « Considerate fratres viros ex vobis boni testimonii septem plenos Spiritu sancto et sapientia, quos constituamus super hoc opus. » Ubi dicit Glossa Bedæ : « Hic discernebant Apostoli per Ecclesias constitui septem diacones, qui essent sublimioris gradus cæteris, et proximi circa aram tantquam columnæ assisterent. » Videtur autem eos in statu perfectionis fuisse, qui

sublimioris gradus erant cæteris, et quasi columnæ Ecclesiæ onera supportantes. Horum autem gradum representant in Ecclesia archidiaconi, qui ministrant et presunt ministrantibus, secundum Glossam ibidem. Videtur ergo quod archidiaconi sint in majori statu perfectionis, quam presbyteri curati quibus præficiuntur, et ita per consequens etiam, quam religiosi. Item, insanum videtur esse dicere, beatos Stephanum, Laurentium et Vincentium archidiaconos in statu perfectionis non fuisse, qui meruerunt ad palmam martyrii pervenire. Item, presbyteri curati et archidiaconi similiores sunt episcopis, quam monachi, et quicumque religiosi qui tenent infirmum subjectionis gradum, in tantum quod presbyteri episcopi nominan-

lequel le Saint-Esprit vous a établis pour gouverner l'Eglise de Dieu, » le commentaire entend ces paroles des prêtres d'Ephèse. Donc à plus forte raison les prêtres-curés sont dans l'état de perfection.

7° Ils disent aussi, l'administration des biens de l'Eglise ne diminue pas la perfection, puisque ce sont des biens communs, comme le dit le Droit, 1^o question, ch. *Expediit*. Ce n'est donc pas l'administration des biens de l'Eglise qui fait perdre aux prêtres-curés ou aux archidiaques l'état de perfection. Les prêtres-curés et les archidiaques sont eux aussi tenus de faire l'hospitalité aux dépens de leurs biens temporels, comme il est dit, Dist. XLII, chap. I. Mais le moine ne peut pas pratiquer la même vertu puisqu'il ne possède rien en propre. Donc le mérite du prêtre-curé est plus grand que celui du moine. Saint Grégoire dit aussi qu'il n'y a rien qui plaise tant à Dieu que le zèle du salut des âmes, et saint Bernard dit dans son livre de l'Amour de Dieu, « Celui-là est plus grand dans l'amour qui attire un plus grand nombre à ce même amour ; » mais ce sont surtout l'archidiacre et le prêtre qui doivent le faire et non le moine, car son office n'est pas d'attirer les autres à l'amour de Dieu.

8° Ils disent, comme le patriarche préside dans son patriarcat et l'évêque dans son diocèse, de même l'archidiacre préside dans son archidiaconat et le prêtre dans sa paroisse. Que fait en effet l'évêque, à part l'ordination, que le prêtre-curé ne fasse, ainsi qu'il est dit dans le Droit, Dist. XCIII, ch. *Legimus*. Tout ce qui se dit de l'évêque ou de celui qui doit être ordonné évêque, d'après les quarantes chapitres des règles apostoliques, peut s'entendre de tout homme choisi pour quelque prélature que ce soit. On peut l'entendre et du prêtre et de l'archidiacre, ainsi qu'il est écrit, Dist. LXXXI, ch. I. Si donc l'évêque

tur, secundum illud *Actuum*, XX : « Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei : » quod exponit Glossa de presbyteris Ephesi. Multo igitur magis, presbyteri curati sunt in statu perfectionis. Item, administratio facultatum Ecclesie statum perfectionis non minuit, cum sint bona communia, ut habetur XII, quæst. I. cap. *expedit*. Non ergo presbyteri curati vel archidiaconi deficient in statu perfectionis propter administrationem rerum Ecclesie. Item, presbyteri curati et archidiaconi de bonis temporalibus tenentur facere hospitalitatem, ut XLII distinct. habetur, cap. I. Hoc autem monachus non potest facere, quia non habet proprium. Majori ergo meriti est presbyter curatus, quam monachus. Item Gregorius dicit, quod « nullum sacrificium est, quod ita placeat Deo, sicut zelus animarum, » et

Bernardus dicit in libro *de Amore Dei*, quod « ille major est in amore Dei, qui plures ad amorem Dei trahit : » hoc autem convenit archidiacono et presbytero curato, non autem monacho cujus non est officium ut aliquem trahat ad Deum.

Item, sicut patriarcha præsidet in suo patriarcatu, et episcopus in suo episcopatu, ita et archidiaconus in suo archidiaconatu, et presbyter curatus in sua parochia. Quid enim facit episcopus excepta ordinatione, quod presbyter curatus non facit, ut habetur dist. XCIII, cap. *Legimus*. Et quæcumque dicuntur de episcopo, seu ordinando in episcopum, secundum quatuordecim capitula Apostolicæ regulæ, omnia debent intelligi de quolibet electo ad quamlibet prælationem, ut presbytero curato, et archidiacono, ut habetur LXXXI dist. cap. I. Si ergo episcopus est in perfectiori statu quam monachus, pari ratione

est dans un état plus parfait que le moine, par une raison semblable le prêtre-curé et l'archidiaque le sont aussi.

9° Ils disent encore, le prêtre et le diacre s'ils ont péché doivent être chassés, et renfermés dans un monastère pour y faire pénitence, comme il est écrit, Dist. LXXXI, ch. *Si quis clericus*. Ceci prouve donc que l'état d'archidiaque et de curé est véritablement un état, pendant que l'entrée en religion n'en est pas un, mais plutôt une chute ou dégradation. Telles sont les raisons que l'on peut recueillir de leurs écrits, bien qu'elles n'y soient pas établies dans le même ordre.

Comme il a été démontré précédemment que les archidiacs non plus que les prêtres-curés ne sont pas dans un état de perfection, il nous reste à voir de quelle manière ils tentent d'éluder les preuves mêmes qui l'établissent. Il a été dit, en effet, plus haut, que dans l'Eglise, l'état de perfection se confère par une certaine consécration ou bénédiction solennelle, ce qui ne se pratique pas lorsque l'on confère une église paroissiale ou un archidiaconé. Il en est qui tentent par plusieurs moyens d'annihiler cette preuve. Et d'abord, parce que dans la consécration de l'évêque et du prêtre les paroles sont les mêmes: « Seigneur, afin que ces mains soient consacrées et sanctifiées, etc.... » 2° Si l'on dit que l'onction se fait à la tête de l'évêque et non à celle du prêtre, ils soutiennent que cela ne fait rien à la proposition, parce que les rois aussi, autrefois, recevoient l'onction à la tête; cependant ils ne peuvent pas revendiquer pour eux l'état de perfection. Ce n'est donc pas parce que l'évêque est oint à la tête que l'on peut dire qu'il est dans un état plus parfait que le prêtre-curé. 3° Ils tentent aussi de les éluder, parce que ce n'est pas la consécration qui fait le mérite, mais bien les bonnes œuvres de l'esprit. Il arrive quelquefois, en effet, qu'un méchant homme soit consacré évêque et qu'il démerite grandement dans cet état. Ce n'est pas de fait celui qui

et presbyter curatus, et archidiaconus. Item, presbyter vel diaconus propter delictum jubetur ejici de statu, et recludi in monasterium ad agendum pœnitentiam, ut habetur LXXXI, dist. cap. *Dictum est*, et cap. *Si quis clericus*. Ex quo videtur, quod status archidiaconatus, sive curæ parochiæ, vere status est, sed ingressus religionis non est status, sed potius casus vel descensus. Hæc igitur sunt quæ ex eorum scriptis colligi possunt, quamvis non eodem ordine ponantur ibidem.

Et quia supra ostensum est, archidiaconos et presbyteros curatos in statu perfectionis non esse, restat videre qualiter ipsas probationes conentur elidere. *Dictum est enim supra*, quod quilibet status perfectionis in Ecclesia, cum aliqua solemni con-

secratione vel benedictione confertur, quod non fit in commissione parochialis ecclesiæ, vel archidiaconatus. Quam probationem quidam excludere conantur multipliciter. Primo, quia in consecratione tam episcopi, quam sacerdotis, verba sunt communia, ut consecrentur et sanctificentur, Domine, manus istæ, etc. Item, si dicatur, quod unctio capitis datur episcopo, et non sacerdoti, hoc non videtur ad propositum pertinere, quia etiam reges olim in capite ungebantur, qui tamen non possunt sibi statum perfectionis vindicare. Non ergo per hoc potest dici episcopus esse in statu perfectiori supra presbyterum curatum, quia in capite ungitur. Item, quia meritum non acquiritur per consecrationem, sed per bona opera mentis. Aliquando enim

aura occupé le poste le plus élevé qui sera pour cela le plus juste , mais celui-là est le plus grand qui a été le plus juste , ainsi qu'il est écrit, Dist. XL, ch. *Multi*. Il est dit dans la même Distinction que ce ne sont ni le poste ni les ordres qui nous approchent beaucoup de notre Créateur, mais que ce sont nos mérites qui nous unissent à lui, de même que nos mauvaises actions nous en séparent, et qu'ils ne sont pas les enfants des saints ceux qui en tiennent la place, ce sont ceux au contraire qui en font les œuvres. Ce n'est donc pas parce que les évêques ont reçu une plus grande consécration que les prêtres-curés, qu'ils sont dans un état plus parfait de perfection.

4° Ils disent encore , la consécration de la tête exprime d'une manière plus particulière le degré du sacerdoce; l'épiscopat, en effet, n'est pas un nouvel ordre, mais un degré de ce sacrement, autrement il y auroit plus de sept ordres. La perfection de la charité appartient au mérite de la sainteté et non au degré de ce sacrement. Donc les évêques qui par l'onction de la tête obtiennent un rang plus élevé dans le sacerdoce, ne sont pour cela dans un état plus parfait. 5° Ils disent aussi , l'évêque établit l'archidiaque, le prêtre chargé du soin du peuple ou le curé, par le livre et l'anneau, ainsi qu'il est écrit dans le Droit, *Extrav. de sententia et re judicata*; de même quand le pape ordonne de mettre quelqu'un en possession d'une église en qualité de chanoine , de frère ou de curé ayant charge d'ames, il ordonne qu'il soit investi de la plénitude d'honneur comme il est marqué dans le Droit, *Extrav. de concessione ecclesie*, ch. *Proposuit*. Donc, d'après ce qui précède, les curés et les archidiacres sont dans un véritable état et on peut les dégrader.

etiam malus in episcopum consecratur, et in hoc maxime demeretur. Non enim qui major fuerit in honore justior est, sed qui fuerit justior major est, ut habetur XL dist. cap. *Multi*. Et in eadem distinctione dicitur, quod non loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed uos aut merita bona ei jungunt, aut mala disjungunt, et non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Non ergo propter hoc episcopi sunt in statu magis perfecto, quam presbyteri curati, quia majorem consecrationem habent.

Item, consecratio capitis magis pertinet ad signum et gradum sacerdotii : episcopatus enim non est novus ordo, sed gradus in ordine, alioquin essent plures ordines

quam septem. Perfectio autem charitatis pertinet ad meritum sanctitatis, non ad gradum ordinis. Non ergo episcopi qui quod unctionem capitis obtinent majorem gradum sacerdotii sunt in perfectiori statu. Item episcopus instituit archidiaconum, vel plebanum, vel curatum, per librum, vel per anulum, ut habetur extra de sententia et re judicata, velut cum Papa mandat aliquem institui in ecclesia aliquo, in canonicum, et in fratrem, seu in plebanum, vel curatum, mandat eum institui cum plenitudine honoris, ut habetur extra de concessione ecclesie, cap. *Proposuit*. Videtur ergo status curatorum et archidiaconorum esse status, ex quo statu quis ejici potest.

CHAPITRE XXII.

Raisons pour prouver que la démission d'une cure ne suffit pas à établir que les curés ou les archidiaques ne sont pas dans un état parfait.

Ils objectent pareillement une foule de raisons contre ce qui a été dit précédemment, à savoir que les archidiaques et les prêtres-curés ne sont pas dans un état de perfection, parce qu'ils peuvent sans péché quitter cet état. 1^o Ils disent que ce qui fait que le prêtre-curé peut passer à l'état religieux, c'est que, bien que l'état de prêtre-curé soit et plus parfait et plus fécond en fruits heureux, l'état religieux offre et plus de garantie et plus de sécurité. Ils rapportent, pour le prouver, ce qui est écrit dans le Droit, *Extrav. de renuntiatione, nisi cum pridem*. Ils disent pour prouver leur thèse : l'homme ne peut pas quitter son épouse malgré elle pour passer à l'état religieux, ainsi qu'il est écrit dans l'Extravagante de la conversion des personnes mariées, canon *Uxoratus*. Or, ceci ne vient pas de ce que l'état du mariage est plus parfait que celui de religion, ni même qu'il puisse lui être comparé; mais bien de ce que l'époux s'est indissolublement lié à son épouse par le mariage. Donc pareillement, bien que le prêtre-curé puisse passer à la religion, il ne s'ensuit pas que l'état religieux soit plus parfait, ni même puisse être également parfait.

2^o Ils rapportent aussi à cette fin l'exemple de David qui, comme il est écrit, premier livre des Rois, ch. XVII : « Ne pouvant combattre avec les armes de Saül, parce qu'elles exigeoient plus de force, eut recours à des armes moins grandes et d'une moindre force, à savoir à une fronde et des pierres, et pourtant avec elles il défit, enfant encore, le Philistin, homme fait et guerrier dès son adolescence, et il le terrassa. » Le curé peut donc, à l'exemple de David, avoir recours à des

CAPUT XXII.

Rationes ad ostendendum quod dimissio curæ non sufficit ad probandum, quod presbyteri curati, vel archidiaconi non sint in statu perfectionis.

Similiter etiam contra id quod dictum est, quod archidiaconi, vel presbyteri curati non sunt in statu perfectionis, quia possunt sine peccato ab hoc recedere, multipliciter objiciunt. Primo quidem, quia dicunt quod propter hoc curatus presbyter ad religionem transire potest, quamvis status curati sit perfectior et fructuosior, quia status religionis est securior. Et ad hoc probandum inducunt, quod dicitur extra de renuntiatione : *Nisi cum pridem*. Item, vir uxorem suam non potest dimittere ea invita, et ad religionem transire.

ut dicitur extra de conversione conjugatorum, can. *Uxoratus* : sed hoc non est ideo, quia status conjugii majoris perfectionis sit quam status religionis, vel æquetur ei, sed quia se uxori suæ per matrimonium insolubiliter obligavit. Ergo similiter presbyter curatus licet possit transire ad religionem, non propter hoc sequitur, quod status religionis sit perfectior, vel æquè perfectus.

Inducunt etiam ad hoc exemplum David, qui ut habetur I. *Reg.*, XVII, cum non posset pugnare in armis Saulis, quæ requirebant majorem fortitudinem, contulit se ad arma majoris humilitatis, licet minoris, vel fortitudinis, scilicet ad fundam, et ad lapides, quibus gigantem Philisthæum virum ab adolescentia sua bellatorem puer dejecit et prostravit. Potest ergo curatus exemplo David ad arma majoris humilita-

armes plus humbles, à savoir à celles de la religion, bien qu'il fût auparavant dans un état parfait.

3° Ils disent encore, si l'impossibilité de quitter un état constituoit cet état, il s'ensuivroit qu'il ne seroit pas permis à un homme de passer d'un état à l'autre, mais c'est une chose permise, donc l'*in-séparabilité* n'est pas la raison d'un état.

4° Ils disent aussi, d'après le Droit écrit, un prélat pourroit appeler de la religion à son église un curé son sujet, s'il savoit qu'il lui fût utile ou profitable; bien plus, un curé ne doit pas quitter son église sans le consentement ou l'autorisation de l'évêque; s'il venoit à le faire, celui-ci pourroit lui infliger une peine canonique, comme il est marqué, *Extrav. de renuntiatione*, ch. *Convenit*, et des privilèges et des excès des privilèges, can. *Cum et plantare*, § *in ecclesiis*, et quest. VII, I. can. *Episcopus de loco*. Ainsi donc, de ce que les prêtres-curés peuvent entrer en religion, il ne s'ensuit pas que ce soit un état plus parfait.

5° Ils disent encore, par contre, le moine peut même, si les besoins de l'Eglise l'exigent, passer à l'église séculière avec charge d'ames, ainsi qu'il est écrit, Dist. XVI, quest. I, can. *Vos autem* et canon *Monachos*, car l'avantage du plus grand nombre doit passer avant celui d'un seul, septième question, can. *Scias*.

6° Ils disent, de ce quelqu'un peut tomber de la perfection de la charité, il ne s'ensuit pas qu'il n'a jamais été dans cet état de perfection, mais qu'au contraire c'est une preuve qu'il y a été. Bien, en effet, que le prêtre-curé, pour une cause quelconque, vienne à quitter le gouvernement qui lui est confié, il ne s'ensuit pas que d'abord il n'ait été dans un état de perfection.

7° Ils disent que bien que les premiers prélats de l'Eglise, c'est-à-dire les évêques ne pussent pas passer à l'état religieux sans le consentement

tis, scilicet religionis se transferre, licet esset in statu perfectiori.

Item, si inseparabilitas esset causa status, sequeretur, quod non liceret alicui se transferre de statu in statum : hoc autem licet : ergo inseparabilitas non est de ratione status. Item, secundum jura scripta prælatus posset curatum sibi subditum de religione ad ecclesiam suam revocare, si sciret eum esse utilem, aut proficuum ecclesiæ suæ, immo curatus non debet ecclesiam suam dimittere sine consensu et auctoritate episcopi : quod si fecerit, potest episcopus in eum exercere canonicam ultionem, ut habetur extra de renuntiatione, cap. *Amovet*. Et de privilegiis et excessu privilegiatorum, can. *Cum et plantare*, § in ecclesiis, et VII. quæst. I. can. *Episcopus*

de loco. Sic ergo non videtur verum, quod status religionis sit perfectior propter hoc quod curati presbyteri possunt religionem intrare. Item, etiam econverso monachus pro necessitate ecclesiæ et cura animarum potest transire de religione ad ecclesiam sæcularem cum cura, ut habetur XVI, quæst. I. can. *Vos autem*, et can. *Monachos*. Nam unius utilitati præferenda est utilitas plurimorum, ut habetur VII. q. I, can. *Scias*.

Item, non sequitur, quod si aliquis cadere potest à perfectione charitatis, quod nunquam fuerit in perfectione charitatis, sed magis econverso, quod fuerit. Licet ergo presbyter curatus discedat à suo regimine ex aliqua causa, non sequitur quod non fuerit in statu perfectionis.

Item, quod majores prælati Ecclesiæ,

du souverain Pontife, c'est une chose qui dépend d'une constitution de l'Eglise, promulguée au temps du pape Innocent, comme le prouve le décrétale *Extrav. de renuntiatione*, can. *Nisi cum pridem*. Donc, avant cette constitution, les premiers prélats comme les prélats inférieurs pouvoient licitement passer à l'état religieux, et cependant les prélats les plus élevés en dignité sont dans un état parfait. Donc cela n'empêche pas les prêtres-curés d'être dans un état plus parfait que les religieux, bien que sans la permission du souverain Pontife ils puissent passer à l'état religieux.

8^o Personne, disent-ils, ne doit être choisi pour l'épiscopat à moins qu'il n'ait été dans les ordres sacrés, comme il est écrit dans le Droit, Dist. LX, *Nullus in episcopum*. Mais celui qui est dans les ordres sacrés ne peut pas se marier. Donc on ne peut pas dire avec vérité de celui qui a été élu qu'il puisse épouser.

CHAPITRE XXIII.

Réfutation des raisons précédentes qui sembloient prouver que les curés et les archidiaques sont dans un état plus parfait que les religieux.

Nous allons démontrer, en pesant avec soin chacune des raisons qui précèdent, combien elles sont frivoles, dérisoires et même erronées en plusieurs points : 1^o Ils citent plusieurs canons pour prouver que les prêtres-curés et les archidiaques sont dans un état, mais ceci ne fait rien à notre proposition, car il n'est fait aucune mention de l'état dans les chapitres cités, il n'y est question que du rang ou degré. Voici ce qui se lit dans la LXXXI^e Dist. : « Si désormais quelque évêque, prêtre ou diacre a pris une femme, et qu'après l'avoir prise il la garde, qu'il soit déchu de son rang. » On lit encore, XIV Dist., IV, can. *Si quis dicitur* : « Si quelqu'un a oublié la crainte de Dieu et les saintes Ecri-

scilicet episcopi, non possunt transire ad religionem sine licentia summi Pontificis, hoc est de constitutione Ecclesiæ promulgata tempore Innocentii, sicut patet per illam decretalem extra de renuntiatione, cap. *Nisi cum pridem* : ergo ante constitutionem licebat majoribus, sicut et minoribus, et tamen majores sunt in perfectiori statu. Non ergo hoc impedit, presbyteros curatos esse in perfectiori statu quam religiosos, licet sine licentia summi Pontificis possint ad religionem transire.

Item, nullus debet in episcopum eligi, nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus, ut habetur LX distinctione, *Nullus in episcopum* : sed in sacris ordinibus constitutus, non potest uxorem ducere. Non est ergo verum quod electus possit ducere uxorem.

CAPUT XXIII.

Solutio rationum præmissarum, in quibus probari videbatur, quod curati, vel archidiaconi sunt magis in statu perfectionis quam religiosi.

Hæc autem quæ posita sunt, quam sint frivola, derisibilia, et in multis erronea, demonstrandum est singulorum efficaciam diligenter ponderando. Quod enim primo inducunt quosdam Canones ad probandum presbyteros curatos, et archidiaconos in statu esse, nihil ad propositum facit. Nam in capitulis inductis nulla fit mentio de statu, sed de gradu. Sic enim habetur LXXXI distinctione. « Si quis amodo episcopus, presbyter, aut diaconus sceminam acceperit, vel acceptam retinuerit, à proprio gradu decedat. » Item, XIV, quæstione, IV. can. *Si quis dicitur*. » Si quis oblitus

tures qui disent : celui qui aura prêté son argent sans intérêt, et qui après cette constitution, œuvre d'un grand concile, aura prêté à usure ou aura exigé le centième, ou aura cherché dans un négoce deshonnête quelconque un gain honteux, ou qui aura reçu certains bénéfices en achetant ou vendant diverses espèces de vins, de produits de la terre, ou d'objets quels qu'ils soient, que déchu de son rang il soit tenu pour étranger au clergé. » Il est donc impossible de prouver par ces paroles, à moins de les entendre à contre-sens, qu'il s'agisse d'un état, mais bien d'un rang. Et c'est une chose nécessaire, car partout où il y a supériorité, là aussi il y a rang ou degré.

2° Quant à leur seconde objection, toute personne intelligente peut voir combien elle est futile. Il n'y a, en effet, aucun doute que le mot état puisse être entendu de plusieurs manières, car on dit de celui qui est élevé, qu'il se tient, et la grandeur fait l'état; c'est d'après cela que l'on distingue l'état de ceux qui commencent, de ceux qui progressent et de ceux qui sont parfaits. Se tenir, *stare*, emporte aussi la solidité d'après ces paroles de l'Apôtre, I. Cor., chap. XV : « Soyez fermes et inébranlables, et travaillez sans cesse de plus en plus à l'œuvre de Dieu. » Il ne parle point ici dans ce sens de l'état, il en parle seulement en tant qu'il est entendu de l'état de liberté ou de servitude, comme il est pris dans le Droit, deuxième question, ch. VI : « Si quelquefois on vient à être interpellé dans une affaire capitale ou une affaire d'état, il faut agir par soi-même et non par procureur. » En entendant ainsi l'état, ceux-là embrassent l'état de perfection qui se constituent esclaves pour accomplir les œuvres de la perfection, comme il est dit plus haut; mais ceci n'est que le résultat de l'obligation perpétuelle qui procède d'un vœu, parce que la servitude est opposée à la liberté. Pendant tout le temps donc que quelqu'un conserve la liberté de renoncer aux œuvres de la perfection, il

timorem Domini, et sanctarum Scripturarum quæ dicunt: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et post hanc constitutionem magni Consilii fœneraverit, vel centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio inhonesto turpis lucri quæserit, aut per diversas species vini, vel frugis, vel cujuslibet rei emendo, vel vendendo aliqua incrementa susceperit, de gradu suo dejectus, alienus habeatur à clero.» Non ergo per hoc probari potest à contrario sensu, quod habeat statum, sed gradum. Et hoc necesse est, quia ubicumque est ordo, vel superioritas aliqua, ibi est aliquis gradus.

Quod vero secundo est propositum, quam sit frivolum, quilibet intelligens advertere potest. Nulli enim dubium est, statum multipliciter dici. Nam ille qui erigitur,

stare dicitur, et magnitudo statum facit, secundum quod distinguitur status incipientium, proficientium, et perfectorum. *Stare* etiam firmitatem importat, secundum illud Apostoli I. *Corint.*, XV : « *Stabiles estote, et immobiles abundantes in omni opere Domini.* » Non autem sic loquitur de statu, sed secundum quod dicitur status libertatis, vel servitutis, sicut accipitur II. quæst. VI. Si quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit, non per exploratores, sed per seipsum est agendum. Et sic accipiendo statum, illi statum perfectionis accipiunt, qui se servos constituunt ad opera perfectionis implenda, ut supra dictum est : hoc autem non contingit nisi per votum obligationis perpetuæ, quia servitus libertati opponi-

n'est pas dans l'état de perfection, ainsi qu'il a été précédemment démontré.

3^o Leur troisième objection est de fait si futile qu'elle ne mérite même pas de réponse. Lorsqu'en effet on dit : Les prêtres qui président bien, etc., on ne fait aucune mention de la perfection ou de l'état. Présider ne constitue pas un état, mais un rang ; l'honneur n'est pas dû à la perfection seule, il est généralement dû à tous ceux qui font de bonnes œuvres ; c'est ce que l'on désigne par ces mots : « Qui président bien. » Il est dit en effet I. Rois, chap. II : « Gloire, honneur et paix à quiconque fait le bien. »

4^o Leur quatrième proposition contient évidemment une fausseté. Au temps de saint Jérôme et de saint Augustin, disent-ils, le prêtre et l'évêque étoient une même chose. Saint Augustin dit expressément le contraire dans sa lettre à saint Jérôme, il s'y exprime en ces termes : « Quoique d'après les expressions des gens bien intentionnés, lesquelles expressions sont déjà passées en usage dans l'Eglise, l'épiscopat soit supérieur à la prêtrise, cependant dans plusieurs choses il est inférieur. » Mais pour que personne ne dise calomnieusement que l'usage s'est établi vers le temps de saint Jérôme, de dire que l'évêque est plus grand que le prêtre, il faut accepter l'autorité de saint Denis qui a écrit l'ordre de la hiérarchie ecclésiastique d'après ce qui existoit dans la primitive Eglise. Il dit dans le ch. V de la Hiérarchie ecclésiastique, qu'il y a « trois ordres de cette hiérarchie, ce sont, celui des évêques, celui des prêtres et celui des diacres. » Il faut observer qu'il dit, que l'ordre des diacres purifie, celui des prêtres illumine et celui des évêques rend parfait. Comme le dit le même saint dans le chapitre VI du même ouvrage, à ces trois ordres correspondent trois autres ordres ; à l'ordre des diacres est soumis l'ordre de ceux qui ne

tur. Quamdiu igitur in sua libertate aliquis habet recedere à perfectionis opere, statum perfectionis non habet, sicut et supra ostensum est.

Quod vero tertio propositum fuit, tam frivolum esse videtur, ut responsione non egeat. In hoc enim quod dicitur : Qui bene præsent presbyteri, etc., nec perfectione, nec de statu fit mentio. Præesse enim non constituit statum, sed gradum : nec honor debetur soli perfectioni, sed universaliter omnibus qui bene operantur, quod designatur in hoc, quod dicitur : Bene præsent. Dicitur enim, I. Reg., II : « Gloria et honor, et pax omni operanti bonum. »

In hoc vero quod quarto propositum est, manifeste falsitas continetur, ubi dicitur, quod tempore Hieronymi et Augustini non erat aliud presbyter et episcopus. Hujus enim contrarium expresse dicit Augustinus

in Epist. ad Hieronymum, dicens : « Quamvis secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, episcopatus presbyterio major sit, tamen in multis rebus minor est. » Sed ne aliquis calumniatur hoc circa tempus Hieronymi in usum venisse, ut episcopus presbytero major sit, accipienda est authoritas Dionysii, qui scripsit ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ secundum quod erat in ecclesia primitiva. Dicit enim in V. cap. *Ecclesiast. hierarch.*, « tres esse ordines ecclesiasticæ hierarchiæ, scilicet episcoporum, presbyterorum, et diaconorum. » Ubi notandum est, quod ordinem diaconorum dicit esse pugnativum, ordinem autem sacerdotum illuminativum, ordinem vero episcoporum perfectivum, et sicut ipse dicit in VI. capite ejusdem libri his tribus ordinibus tres ordines alii respondent : nam ordini diaco-

sont pas purifiés et qui ont besoin de l'être ; à l'ordre des prêtres celui de ceux qui ont besoin d'être illuminés, (c'est le peuple saint). Par la réception des sacrements qu'ils reçoivent de la main des prêtres ils le sont. A l'ordre des évêques est soumis celui des personnes parfaites, c'est-à-dire des moines qui sont instruits par les enseignements qu'ils leur adressent, et cet ordre est, par ce moyen, porté vers une plus grande perfection. Il résulte de là d'après saint Denis, que la perfection est attribuée aux évêques seuls et aux moines, aux évêques comme plus parfaits, aux moines comme seulement parfaits. Mais de peur que quelqu'un dise que saint Denis a donné l'ordre de la hiérarchie établie par les apôtres, bien que cependant, d'après l'institution du Seigneur, les évêques fussent la même chose que les prêtres, les paroles suivantes de saint Luc, ch. X : « Mais après cela le Seigneur désigna, etc., » prouvent combien cette assertion seroit peu fondée. Le Commentaire de ces mêmes paroles s'exprime comme il suit : « Comme les Apôtres sont la figure des évêques, de même les soixante-douze sont celle des prêtres ; » et il est étonnant qu'en rapportant cette preuve ils ignorent leurs propres paroles ; ils affirment en effet aussitôt après que ce n'est que vers le temps de saint Jérôme que s'est établie la distinction des évêques et des prêtres, et si quelqu'un vouloit interroger les âges antérieurs, il trouveroit que, même dans l'ancienne loi, les pontifes sont distincts des prêtres d'un rang inférieur, ils le reconnoissent en tant que ce sacerdoce étoit la figure de notre sacerdoce. On lit, en effet, Dist. XXI, ch. *De quibus* : « Les souverains pontifes et les prêtres inférieurs sont établis de Dieu par Moïse, qui, d'après le commandement du Seigneur, consacra pour le souverain pontificat Aaron, et ses fils pour le sacerdoce inférieur. Il est évident, d'après ce qui précède, qu'ils donnent des paroles de saint Jérôme une

norum subjicitur ordo immundorum, qui purgatione indigent : ordini vero presbyterorum subjicitur ordo illuminandorum, scilicet sacer populus, qui à presbyteris illuminatur per sacramentorum susceptionem : ordini vero episcoporum subjicitur ordo perfectorum, scilicet monachorum, qui per eorum traditiones edocentur ad perfectissimam perfectionem sursum actus. Ex quo patet secundum Dionysium, quod perfectio attribuitur solis episcopis et monachis episcopis, tanquam perfectioribus, monachis autem, tanquam perfectis. Sed ne aliquis dicat, quod Dionysius tradit ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ ab Apostolis institutum, cum tamen ex Domini institutione idem essent episcopi, et presbyteri, hoc manifeste falsum apparet ex hoc quod dicitur *Luc.*, X : « Post hæc autem designavit Dominus, » etc., ubi dicit Glossa :

« Sicut in Apostolis est forma episcoporum, sic in septuaginta duobus forma est presbyterorum secundi ordinis, » et mirum est, cum hoc ipsi introducant, qualiter propriam vocem ignorent, statim postmodum afferentes solum citra tempora Hieronymi episcopos à presbyteris esse distinctos, et si quis ad anteriora tempora progredi voluerit inveniet etiam in veteri lege distinctos Pontifices à minoribus sacerdotibus, in quantum erat sacerdotium illud nostri sacerdotii figurate. Dicitur enim distinct. XXI. cap. *De quibus* : « Summi Pontifices et minores sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysen, qui ex præcepto Domini Aaron in summum pontificem, filios vero ejus unxit in minores sacerdotes. » Ex quo patet, quod falsum intellectum concipiunt ex verbis Hieronymi. Non enim intendit Hieronymus dicere, quod in primitiva Eccle-

fausse interprétation, car il n'a pas eu l'intention de dire que, dans la primitive Eglise, l'ordre ou l'état des évêques fût le même que celui des prêtres, mais seulement que l'on se servoit indifféremment de ces deux noms. Les prêtres étoient appelés évêques, parce qu'ils étoient chargés de veiller sur le peuple, et les évêques prêtres à cause de la dignité du sacerdoce. Saint Isidore dit à cette occasion et il est écrit dans le Droit, Dist. XXI, ch. *Cleros* : « Que les prêtres inférieurs, bien qu'ils soient prêtres, n'ont cependant pas la haute dignité du pontificat, parce qu'ils ne peuvent pas marquer le front avec le chrême, ni donner l'Esprit saint; » ce qui, d'après la lecture des Actes des apôtres, n'est dû qu'aux seuls évêques; et il en conclut : « de là, chez les anciens, les évêques et les prêtres furent une même chose, parce que ce nom est celui de la dignité et non de l'âge. » Il établit par là, qu'il y a une différence dans la chose, mais qu'il y a des rapports de convenance dans le nom, à cause de la dignité qu'emporte le nom *Prêtrise*. Il fut nécessaire, par la suite, pour éviter l'erreur du schisme qui venoit de la différence du nom, de distinguer les noms eux-mêmes, afin que ceux qui avoient reçu le comble du sacerdoce fussent appelés évêques, et que ceux qui ne l'avoient pas reçu dans sa plénitude reçussent celui de prêtre.

5^e Quant à leur cinquième objection, elle n'a aucune valeur. La vie contemplative non-seulement est préférée à la vie active, parce qu'elle est plus sûre, comme ils le disent; mais elle l'est encore, parce qu'elle est simplement meilleure, d'après ce que dit le Seigneur dans saint Luc, ch. X : « Marie a choisi pour elle la meilleure part. » Plus la vie contemplative l'emporte sur la vie active, plus aussi il semble faire pour Dieu celui qui souffre quelque dommage du côté de cette contemplation qu'il aime, afin de s'appliquer par amour pour Dieu à procurer le salut du prochain. S'appliquer donc à procurer le salut du prochain en se pri-

sia esset idem ordo, vel status episcoporum, et presbyterorum, sed quod vocabulorum istorum erat promiscuus usus, quia et presbyteri dicebantur episcopi quasi intendentes, et episcopi presbyteri propter dignitatem : unde Isidorus dicit et habetur distinct. XXI. cap. *Cleros*, quod presbyteri minores licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec chrismate frontem signant, nec Spiritum paraclitum dant, quod solum debet episcopis lectio Actuum Apostolorum demonstrat et concludit : unde et apud veteres idem episcopi, et presbyteri fuerunt, quia illud nomen est dignitatis, non ætatis. Ubi ostendit differentiam esse in re, sed convenientiam in nomine propter dignitatem, quam importat nomen presbyteratus. Fuit

autem postmodum necessarium ad vitandum schismatis errorem, qui ex indifferentia nominis oriebatur, ut etiam nomina distinguerentur, ut scilicet soli majores presbyteri episcopi dicerentur, minores vero solum presbyteri dicerentur.

Quod vero quinto propositum est non habet efficaciam. Vita enim contemplativa non solum præfertur activæ, quia est securior, ut proponitur, sed quia est simpliciter melior, secundum quod Dominus dicit *Luc.*, X : « Optimam partem elegit sibi Maria. » Et quanto contemplatio melior est actione, tanto plus pro Deo videtur facere, qui dilectæ contemplationis aliquod detrimentum patitur, ut saluti proximorum propter Deum intendat. Intendere igitur saluti proximorum cum aliquo detrimento

vant en quelque chose des douceurs de la contemplation par amour pour Dieu et pour le prochain, paroît être d'une plus grande perfection de charité que de s'attacher aux douceurs de la contemplation au point de ne vouloir y renoncer d'aucune manière, pas même afin de procurer le salut du prochain pour lequel l'Apôtre désiroit non-seulement de voir sa vie se prolonger, mais il alloit jusqu'à souhaiter que, pour le salut du prochain, le temps où il devoit jouir de la contemplation de la céleste patrie fût retardé; c'est ce que prouvent les paroles suivantes, Ep. aux Phil., ch. I : « Je me trouve pressé de deux côtés; car d'une part j'ai le désir d'être dégagé des liens du corps et d'être avec Jésus-Christ, ce qui sans comparaison est le meilleur; et de l'autre, il est plus utile pour votre bien que je demeure encore en cette vie. » Mais s'il s'agit de cette perfection de la charité qui réside surtout dans la disposition de l'esprit, comme nous l'avons prouvé plus haut par les paroles de saint Augustin, un grand nombre de ceux qui vivent de la vie contemplative ont même cette perfection, vu que leur esprit est prêt selon le bon plaisir de Dieu à voir se suspendre pendant un temps ce loisir de la contemplation qu'ils aiment, pour se livrer au soin de procurer le salut du prochain; cette perfection de la charité cependant ne se trouve pas dans la plupart de ceux qui se livrent au service du prochain, l'ennui de la vie contemplative les porte plus vers les objets extérieurs que s'ils l'avoient en désir, au point qu'en eux elle appartient à la perfection de l'amour, de telle manière qu'ils ne la font venir qu'en seconde ligne, comme un bien que l'on aime pour un temps à venir. Mais le manquement de quelques-uns ne peut porter préjudice à l'état ou à la charge : l'acte même qui consiste à prendre soin du prochain doit être censé un acte de perfection, puisqu'il appartient à la perfection de l'amour de Dieu et du prochain.

Il faut observer ici que quiconque fait ce qui est plus parfait, n'est

contemplationis propter amorem Dei et proximi, ad majorem perfectionem charitatis videtur pertinere, quam si aliquis in tantum dulcedini contemplationis inhæret, quod nullo modo eam deserere vellet, etiam propter salutem aliorum propter quam Apostolus non solum prolongationem præsentis vitæ, sed etiam à contemplatione cœlestis patriæ retardari ad tempus voluit propter proximorum salutem, ut patet per illud, quod dicitur *Philipp.*, I : « Coarctor enim duobus, desiderium habens dissolvi et esse cum Christo, multo melius est : permanere autem in carne, necessarium propter vos. » Sed si de perfectione charitatis agitur quæ in animi præparatione plurimum consistit, ut supra ex verbis Augustini probatum est, multi contempla-

tivam vitam agentes, etiam hanc perfectionem habent, ut cum animo sint parati secundum Dei beneplacitum etiam à dilectæ contemplationis otio suspendi ad tempus, ut proximorum saluti vacent, quæ tamen perfectio charitatis in plerisque proximorum utilitati vacantibus non invenitur, quos magis contemplativæ vitæ tædium ad exteriora deducit, quam in desiderio habeatur, ut sic in eis ad perfectionem dilectionis pertineat, quod eam tanquam bonum dilectum ad tempus postponant. Sed quorumdam defectus statui, vel officio præjudicium au' terre non potest : hoc enim ipsum quod est aliorum proximorum curam gerere, perfectionis actus censeri debet, cum ad perfectionem Dei et proximi pertineat. Sed hic considerandum est, quod non

pas pour cela constitué dans un état plus parfait. Personne ne doute en effet que garder la virginité ne soit une chose qui appartient à la perfection, parce que le Seigneur dit à cet égard : « Que celui qui peut comprendre, comprenne. » Saint Matth., ch. XIX. L'Apôtre dit, I. aux Cor., ch. VII : « Je n'ai pas reçu de précepte du Seigneur pour les vierges, mais c'est un conseil que je donne. » Les conseils ont pour objet les œuvres de la perfection ; néanmoins la virginité gardée sans vœu ne constitue pas un état de perfection. Saint Augustin dit dans son livre des Vierges : « La virginité n'est pas honorée parce qu'elle est virginité, mais parce qu'elle est consacrée à Dieu, bien qu'elle soit gardée dans la chair ; ce qui rend la virginité spirituelle, c'est que la continence de la piété la consacre à Dieu et la garde. » Il dit plus bas : « Il faut compter comme plus honorable parmi les biens de l'âme, cette continence par laquelle l'intégrité de la chair est vouée, consacrée et gardée pour le créateur de l'âme et de la chair lui-même. » Mais il est manifeste que les archidiacres et les prêtres-curés, bien qu'ils aient charge d'âme, ne sont pas astreints par vœu à avoir cette charge, autrement il ne leur seroit pas permis, sans l'autorisation de celui qui pourroit les dispenser de leur vœu perpétuel, de renoncer à la charge de leur archidiaconé ou de leur cure. Bien donc que l'archidiaconé ou le prêtre-curé accomplisse quelque acte de perfection, il n'a cependant pas l'état de perfection. Si quelqu'un y réfléchit d'une manière sérieuse, il verra qu'ils sont plutôt dans cet état de perfection les religieux qui par le vœu de leur ordre s'obligent à servir sous les évêques dans les choses qui ont pour objet le salut des âmes, tel que prêcher, entendre les confessions, ce que font les archidiacres et les curés eux-mêmes.

6° Leur sixième objection consiste à dire que la personne qui n'est

quicumque actu habet, quod est perfectius, in perfectiori statu constituitur. Nullus enim dubitat, quin virginitatem servare ad perfectionem pertineat, quia de hoc Dominus dicit, « qui potest capere, capiat, » *Matth.*, XIX. Et Apostolus dicit *I. Corinth.*, VII : « De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. » Sunt autem consilia de operibus perfectionis, et tamen virginitas conservata absque voto perfectionis statum non habet. Dicit enim Augustinus in libro *De Virginitate* : « Neque enim ipsa, scilicet virginitas, quia virginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur, quæ licet in carne servetur, ac per hoc etiam virginitas corporis spiritualis est, quam vovet et servat continentia pietatis. » Et infra : « Honoratius in animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis ipsi creatori ani-

mæ et carnis vovetur, consecratur, servatur. » Manifestum est autem, quod archidiaconi et curati presbyteri, et si curam animarum habeant, non tamen se voto astringunt ad hujusmodi curam habendam, alioquin non possent absque autoritate ejus qui in voto perpetuo dispensare posset, archidiaconatus parochiæ curam dimittere ; et si igitur archidiaconus vel presbyter curatus aliquem perfectionis actum exerceat, vel officium accipiat, non tamen perfectionis statum habet. Et si quis recte consideret, hujus perfectionis statum magis habent religiosi, qui ex voto sui ordinis obligantur ad hoc, quod episcopis subministrant in his, quæ ad curam animarum pertinent, prædicando et audiendo confessiones, quam ipsi archidiaconi curati.

Jam vero quod sexto proponitur, augmentum vel perfectio charitatis non po-

pas dans un état ne peut être parfaite en charité. D'après ce que nous avons dit précédemment cette assertion est complètement fautive. Il est en effet certaines personnes qui sont dans un état de perfection et dont pourtant la charité est bien imparfaite, ou qui n'en ont pas du tout; tels sont un grand nombre d'évêques et de religieux qui vivent dans le péché mortel. Donc, quoiqu'un grand nombre de bons curés aient la charité parfaite, qu'ils soient prêts à donner leur vie pour les autres, ils ne sont cependant pas dans un état de perfection, parce qu'il y a aussi bon nombre de laïques même mariés qui ont la même perfection de charité, au point que s'il le falloit, ils seroient prêts à donner leur vie pour le salut du prochain; on ne dit pourtant pas pour cela qu'ils soient dans un état de perfection.

7° Leur septième objection consiste à dire que les sept diacres institués par les apôtres ont eu un état de perfection. Il n'est possible de tirer cette conclusion ni du texte, ni du commentaire; ce que l'on dit en effet, qu'ils eurent la plénitude de l'Esprit saint et de la sagesse, prouve qu'ils eurent la perfection de la grace qui peut exister dans ceux même qui n'ont pas l'état de perfection. Quant à ce qui se lit dans le commentaire de Bède, « qu'ils étoient d'un rang plus élevé, et qu'ils approchoient de très-près l'autel, » ceci désigne l'élévation de leur rang et de leur fonction. Autre chose est en effet être dans un rang, et autre chose est être dans un état, ainsi qu'il a été dit plus haut, et cependant il est vrai que ces sept diacres ont été dans un état de perfection, de cette perfection, dis-je, de laquelle le Seigneur dit : « Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous avez et suivez-moi, » Matth., ch. XIX : car ayant tout abandonné, ils suivirent Jésus-Christ, ne possédant rien en propre, ils avoient tout en commun, ainsi qu'il est dit aux Actes, ch. IV; c'est d'après leur exemple qu'ont été institués tous les ordres religieux.

test esse in persona quæ non sit in statu, patet secundum prædicta omnino esse falsum. Sunt enim aliqui in statu perfectionis imperfectam charitatem, vel omnino nullam habentes, sicut multi episcopi et religiosi in peccato mortali existentes. Quamvis igitur multi boni curati perfectam charitatem habeant, ut sint parati animam suam ponere pro aliis, non tamen propter hoc sunt in statu perfectionis, quia non desunt multi laici, etiam conjugati, eandem charitatis perfectionem habentes, ut pro salute proximorum parati sint animas ponere, nec tamen in statu perfectionis esse dicuntur.

Quod vero septimo proponitur septem diaconos ab Apostolis institutos perfectionis statum habuisse, hoc nec ex textu, nec ex

Glossa haberi potest, quod enim eos dicitur fuisse plenos Spiritu sancto, et sapientia, ostendit eos gratiæ perfectionem habuisse, quæ potest esse etiam in his qui statum perfectionis non habent, quod vero in Glossa Bedæ dicitur, quod erant sublimioris gradus et proximi circa aram, designat eminentiam gradus vel officii. Aliud autem est esse in gradu, et aliud esse in statu, ut supra jam dictum est, et tamen verum est, illos septem diaconos etiam in statu perfectionis fuisse, illius, inquam, perfectionis de qua Dominus dicit : « Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quæ habes, et sequere me, » Matth., XIX. Nam relictis omnibus secuti fuerant Christum, nihil proprium possidentes, sed erant illis omnia communia, ut dicitur Act., IV : à quorum

8° Ils objectent en huitième lieu, que les bienheureux archidiaques Etienne, Laurent et Vincent, furent dans un état de perfection. Nous l'accordons, mais ce fut par leur martyre, qui est préférable à la perfection de quelque religion que ce soit, et non parce qu'ils étoient archidiaques qu'ils furent dans cet état. Saint Augustin dit à cette occasion dans le livre des Vierges : « L'autorité de l'Eglise nous fournit de ceci un très-éclatant témoignage, les fidèles savent par là quel est l'endroit où l'on récite au sacrement des autels les noms des martyrs et des saintes vierges. Je dis pour la même raison que Sébastien et Georges ont été dans un état de perfection, et nous ne disons cependant pas pour cela que les soldats aient un état de perfection. »

9° Leur neuvième objection consiste à dire, les prêtres-curés et les archidiaques ressemblent plus aux évêques que les religieux. Cette assertion est vraie en tant que les prêtres comme les évêques donnent des soins à ceux qui leur sont soumis ; mais quant à l'obligation perpétuelle qui est requise pour l'état de perfection, les religieux ressemblent plus aux évêques que les archidiaques et les prêtres-curés, comme le prouve ce qui précède.

10° Quant à ce qu'ils objectent en dixième lieu, à savoir que l'administration des biens de l'Eglise ne diminue pas l'état de perfection, nous l'accordons sans hésiter ; autrement, parmi les religieux eux-mêmes, les supérieurs et les autres religieux chargés d'administrer le temporel seroient exclus de l'état de perfection. Ce qui diminue en eux l'état d'une certaine perfection, c'est qu'ils ne renoncent pas à leurs biens propres, quittant pour Jésus-Christ tout ce qu'ils possèdent ; bien plus ils font des revenus des Eglises comme leurs biens propres.

11° On voit d'une manière évidente que leur onzième objection est

exemplo omnes religiones derivatæ sunt.

Quod vero octavo proponitur, beatos Stephanum, Laurentium, et Vincentium archidiaconos in statu perfectionis fuisse, concedimus quidem, sed non propter archidiaconatum, sed propter martyrium, quod omni perfectioni religionis præfertur. Unde dicit Augustinus in libro *De Virginitate* : « Perhibet hujus rei præclarissimum testimonium ecclesiastica autoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, et quo defunctæ sanctimonialia ad altaris sacramenta recitentur, sic enim dico et Sebastianum in statu perfectionis fuisse, et Georgium, nec tamen propter hoc dicemus milites statum perfectionis habere. »

Quod autem nono objicitur, quod presbyteri curati, et archidiaconi sunt similiores episcopis quam religiosi, verum est,

quantum ad aliquid scilicet quantum ad curam subditorum, sed quantum ad perpetuam obligationem, quæ requiritur ad statum perfectionis, similiores sunt episcopo religiosi quam archidiaconi presbyteri curati, ut ex prædictis patet.

Quod vero decimo proponitur, quod administratio facultatum Ecclesiæ statum perfectionis non minuit, indubitanter concedimus : alioquin in ipsis religionibus prælati et alii officiales temporalia dispensantes à gradu perfectionis deciderent. Sed hoc in eis perfectionis cujusdam statum diminuit, quod propriis non abrenuntiant sua omnia propter Christum relinquentes, quinimmo ecclesiarum fructus tanquam proprios lucrifaciunt.

In eo vero quod undecimo proponitur, manifeste veniuntur desipere, Vigilantiæ errorem sequentes, contra quem Hierony-

une erreur, ils suivent celle de Vigilance, contre lequel écrivant saint Jérôme, il dit : « Mais ce qu'il affirme, qu'ils agissent d'une manière plus parfaite ceux qui se servent de leurs biens, et qui peu à peu en divisent les revenus aux pauvres, que ceux qui après avoir vendu leurs possessions les distribuent toutes en une seule fois ; ce ne sera pas moi qui leur répondrai, mais bien le Seigneur : Si vous voulez être parfait, allez, vendez tout ce que vous possédez, donnez-le aux pauvres, venez et suivez-moi. Il s'adresse ici à celui qui veut être parfait, qui, avec les Apôtres quitte son père, sa barque et ses filets : celui que vous louez n'est que le second ou le troisième degré. » Les archidiacres et les prêtres-curés ne sont donc pas parfaits parce qu'ils pratiquent l'hospitalité que ne pratiquent pas les moines, qui, ne possédant rien en propre, sont dans l'impossibilité de le faire

12^o La douzième difficulté qu'ils proposent consiste à dire qu'il n'y a pas de sacrifice plus agréable à Dieu que le zèle du salut des âmes. Nous l'accordons volontiers, mais il faut dans ce zèle garder l'ordre suivant : l'homme doit d'abord avoir le zèle du salut de la sienne propre, la dégageant de toute affection des objets terrestres, d'après ces paroles de l'Écclésiastique, ch. XXX : « Ayez pitié de votre âme en plaisant à Dieu ; » c'est ce que prouve saint Augustin, liv. XXI de la Cité de Dieu. Ainsi donc, si quelqu'un, après le mépris des possessions terrestres et de lui-même, va plus loin encore sur ce point, de telle sorte qu'il ait le zèle du salut des âmes, son sacrifice sera encore plus parfait. Mais quand on est obligé, comme les évêques ou les religieux par vœu ou par profession à avoir le zèle du salut des âmes, c'est alors ce qu'il y a de plus parfait.

13^o Ils disent dans leur treizième objection, comme le patriarche préside dans son patriarcat, et l'évêque dans son diocèse, de même

mus scribens dicit : « Quod autem asserit eos melius facere, qui utantur rebus suis, et paulatim fructus possessionum pauperibus dividant, quam illos qui possessionibus venundatis semel omnia largiuntur, non à me eis sed à Domino respondebitur : Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me. Ad eum loquitur, qui vult perfectus esse, qui cum Apostolis patrem, naviculam et rete dimittit : iste quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est. » Non ergo propter hoc archidiaconi vel presbyteri curati sunt perfectiores, quia servant hospitalitatem quam monachi, qui proprium non habentes eam, servare non possunt.

Quod vero duodecimo proponitur, quod nullum sacrificium est Deo magis acceptum, quam zelus animarum, absque du-

bitatione concedimus, sed animarum hic ordo servandus est, ut primo homo zelum animæ suæ habeat, eam ab omni affectu terrenorum absolvens, secundum illud Sapientis, *Ecclésiast.*, XXX : « Miserere animæ tuæ placens Deo, » ut patet per Augustinum XXI. *de Civitate Dei*. Sic ergo si aliquis post contemptum terrenorum et sui ipsius in hoc procedat ulterius, ut etiam aliarum animarum zelum habeat, erit perfectius sacrificium. Sed tunc perfectissimum est, quando ad zelum animarum habendum voto seu professione obligatur, sicut episcopus, vel etiam religiosi, ad hoc per votum obligati.

Quod vero tertio decimo proponitur, quod sicut patriarcha præsidet in suo patriarchatu, et episcopus in suo episcopatu, ita archidiaconus in suo archidiaconatu, et presbyter curatus in sua parochia, est ma-

l'archidiacre préside dans son archidiaconé et le prêtre-curé dans sa paroisse ; ce qui est évidemment faux ; car les évêques sont principalement chargés du soin de tous ceux qui sont dans leur diocèse, pendant que les archidiacres ou les prêtres-curés ne sont chargés que de certains soins particuliers sous les évêques ; ils sont par rapport à l'évêque comme les ballis par rapport au roi. C'est ce qui fait que le commentaire des paroles suivantes, I. aux Corinthiens, chapitre XII : « Les uns ont le don d'assister les frères, d'autres celui de les gouverner, » dit : « Les uns ont le don d'assister, c'est-à-dire ceux qui portent secours, à ceux qui sont dans un rang plus élevé, comme Tite aidait l'Apôtre, ou les archidiacres aident les évêques ; d'autres ont reçu le don de gouverner, telles sont les prélatures des personnes moins élevées, comme sont les prêtres chargés d'instruire. » L'ordination même des prêtres le prouve ; l'évêque dit en effet : « En tant que nous sommes plus fragiles, » à savoir que comme les Apôtres nous avons besoin du secours de ceux-ci. C'est encore par la même raison qu'il est écrit dans le droit, XVI. Quest., ch. I, *Cunctis dicitur* : « Tous les prêtres, diacres et autres clercs, doivent observer qu'il ne leur est permis de rien faire sans l'autorisation du propre évêque. » Aucun prêtre ne peut donc sans son ordre dire la messe dans sa paroisse, ni baptiser, ni faire quelque chose que ce soit ; il est pareillement écrit, Dist. LXXX, ch. *Non debere* : « Que les prêtres ne fassent rien sans l'ordre ou le conseil de l'évêque. »

14° Quant à ce qu'ils disent en quatorzième lieu des clercs, que des crimes énormes font reléguer dans les monastères, cette difficulté montre assez quels sont et leur esprit et leur intention ; car comme le dit saint Grégoire dans son liv. X de Morale : « Il est extrêmement difficile que les méchants, lorsqu'ils prêchent des choses droites, ne se précipitent pas vers ce qu'en secret ils recherchent. » Ils pensent que les

nifeste falsum : nam episcopi principaliter curam habent omnium suæ diœcesis, presbyteri autem curati, vel etiam archidiaconi, habent aliquas administrationes sub episcopis : sic enim se habent ad episcopum, sicut balivi vel præpositi ad regem, unde super illud I. *Corint.*, XII : « Alii opitulationes, alii gubernatores, » dicit Glossa : « Opitulationes, id est, eos qui majoribus ferunt opes, ut Titus Apostolo, vel archidiaconi episcopis, gubernationes, scilicet minorum personarum prælationes, ut sunt presbyteri, qui documento sunt : » unde et hoc ipsum ostenditur in ordinatione sacerdotum de quibus episcopus dicit : « Quanto fragilliores sumus, » scilicet Apostolis, « tanto magis his auxiliis indigemus ; » unde XVI. quæst. I. cap. *Cunctis*

dicitur : « Omnibus presbyteris, diaconibus, et reliquis clericis attendendum est. ut nihil absque proprii episcopi licentia agant. » Non utique missas sine suo jussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam absque ejus permissu faciat, et similiter LXXX. distinct. cap. *Non debere* : « Presbyteri nihil sine præcepto et consilio episcopi agant. »

Quod vero quarto decimo proponitur de clericis, qui propter enormia delicta in monasterio retruduntur, satis eorum animum et intentionem declarat : nam sicut Gregorius dicit X. *Moralium* : « Pravi cum recta prædicant, valde difficile est, ut ad hoc quod taciti ambiunt, non erumpant. » Arbitrantur enim clericos esse in statu perfectionis, non autem monachos, propter

clercs sont dans un état de perfection et non les moines, à cause de la grandeur de la pénitence que les moines embrassent volontairement et à laquelle on contraint le clercs délinquants. Cet état est d'autant plus élevé devant Dieu qu'il est plus abject suivant le monde, d'après les paroles suivantes de saint Luc, ch. XIV : « Celui qui s'humilie sera élevé, » et ces autres de saint Jacques, ch. II : « Dieu a choisi les pauvres de ce monde, riches par la foi et héritiers du royaume. » Mais recherchant la gloire du monde, ils estiment que les choses qui ont pour objet cette gloire mettent dans un état élevé, pendant que celles qui pourroient humilier sont basses et dignes de mépris.

CHAPITRE XXIV.

Réfutation des raisons apportées pour prouver que le défaut de bénédiction solennelle ou de consécration ne déroge pas à l'état de perfection des prêtres-curés ou des archidiaques.

Après donc avoir démontré combien sont frivoles les raisons sur lesquelles ils s'appuient pour établir que les archidiaques et les prêtres-curés sont dans un état plus parfait que les religieux, il nous faut prouver aussi combien sont futiles celles qu'ils objectent contre ce qui a été dit : que quelqu'un est établi dans un état de perfection par la bénédiction ou consécration solennelle. Il faut d'abord observer ici que la consécration solennelle ou bénédiction n'est pas cause que l'homme est dans un état de perfection, on ne la donne que comme signe de cet état. On ne l'emploie en effet que pour ceux qui sont établis dans un état quelconque, non pas toujours même pour ceux qui vivent dans un état de perfection, mais bien pour tous ceux qui acquièrent un état quel qu'il soit. Ceux qui s'unissent en mariage, s'établissent dans un état, parce que l'homme, dès lors, n'est plus

ca perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferunt, » quod etiam plenius in ecclesiastica narratur historia, quorum presumptiones sancti Patres conati sunt reprimere rationibus et decretis. Eorum autem dictis quidam perversi nostri temporis abutuntur, ea indocti, « atque instabiles depravantes, sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem, » ut dicitur II. *Petri*, ultimum, in tantum quod in contrarium errorem labuntur asserentes, quod non licet religioso doctoris officium exercere, vel suscipere, et non debet ei injungi : quod quidem falsum esse primo ostendamus, postmodum ad eorum probationes respondentes.

Primo ergo inducatur Hieronymi autoritas ad Rusticum, quæ habetur XVI, quest. I : « Sic vive in monasterio, ut clericus esse mercaris: multo tempore disce,

de manière à mériter d'être clerc; apprenez pendant longtemps ce que vous enseignerez ensuite. » Il dit aussi dans sa lettre au même, chapitre suivant : « Si la cléricature vous flatte, étudiez votre désir, afin de savoir si vous êtes capable d'instruire. » On peut conclure de là, que les moines peuvent recevoir la charge d'enseigner. C'est aussi ce que nous enseignent les saints par leur exemple, vivant dans leurs monastères, ils enseignèrent, comme le prouve l'exemple de saint Grégoire de Nazianze, qui, bien qu'il fût moine, fut appelé à Constantinople, pour y enseigner l'Écriture sainte, comme nous le raconte l'histoire ecclésiastique. La manière d'agir de saint Damascène prouve la même chose, lui qui, bien que moine, donne aux étudiants, non-seulement des leçons d'Écriture sainte, mais leur enseigne encore les arts libéraux, comme le prouve le livre des Miracles de la bienheureuse Vierge. Saint Jérôme dans son prologue de la Bible, bien qu'il fût moine, promet au moine Paulin la science de la sainte Écriture, à savoir qu'il lui enseignera cette science, il l'exhorte aussi à étudier la sainte Écriture. On lit aussi de saint Augustin, qu'après avoir établi un monastère, dans lequel il commença à vivre sous la règle instituée par les saints Apôtres, il écrivoit des livres et enseignoit les ignorants. La conduite des autres docteurs prouve la même chose; c'est en effet ce que firent saint Basile, saint Chrysostôme et un grand nombre d'autres, qui furent religieux, et qui pourtant furent les plus grands docteurs. On peut aussi facilement l'établir par plusieurs raisons. Les œuvres prouvent, en effet, la doctrine des saintes Écritures. On lit au livre des Actes, chapitre I : « Jésus commença par faire, puis il enseigna. » Le commentaire ajoute : « De ce qu'il commence par faire, et qu'ensuite il enseigne, il forme le bon docteur qui fait ce qu'il enseigne. » Il enseigne donc très-convenablement la doctrine évangélique, celui qui non-seulement garde les préceptes,

quæ postmodum doceas. » Item, ad eundem in cap. seq. : « Si clericatus te titillat, desiderium discas, quod possis docere. » Ex quibus accipi potest, quod monachi possint suscipere docendi officium : hoc idem ostenditur exemplis sanctorum, qui in religione viventes docuerunt, sicut patet de Gregorio Nazianzeno, qui cum monachus esset, Constantinopolim est adductus, ut sacram Scripturam ibi doceret, ut ecclesiastica narrat historia : hoc etiam patet de Damaso, qui cum monachus esset, scholares docuit non solum in sacra Scriptura, sed etiam in liberalibus artibus, ut patet in libro *De miraculis beatæ Virginis*. Hieronymus, etiam in prologo Bibliæ, licet monachus esset, doctrinam sacræ Scripturæ promittit Paulino monacho, scilicet

quod eum docebit, quem etiam ad studium sacræ Scripturæ hortatur. De Augustino etiam legitur, quod postquam monasterium instituit, in quo cœpit vivere secundum regulam sub sanctis Apostolis institutam, scribebat libros, et docebat indoctos : hoc etiam patet de aliis Ecclesiæ doctoribus, scilicet Gregorio, Basilio, Chrysostomo et aliis multis, qui religiosi fuerunt, et præcipui Ecclesiæ doctores : hoc etiam rationibus ostendere facile est. Doctrina enim sacræ Scripturæ operibus comprobatur, *Actuum*, I : « Cœpit Jesus facere et docere, » Glossa : « Quod cœpit facere et docere bonum doctorem instruit, qui quod docet, facit. » Doctrina autem eum angelica non solum præcepta, sed et consilia continet. Convenientissime ergo doctrinam

mais qui observe aussi les conseils, tel que le font les religieux.

2° Celui qui meurt à une vie étrangère, meurt aussi aux œuvres de cette vie, et celui qui commence à vivre d'une vie quelconque, fait comme lui convenant parfaitement les œuvres de cette vie nouvelle. Saint Denis montre à cette occasion, dans le ch. II de la Hiérarchie ecclésiastique, qu'avant le baptême, par lequel l'homme reçoit la vie divine, il ne peut pas accomplir les œuvres divines, parce que, comme il le dit lui-même, il faut commencer par exister avant d'agir; mais le religieux, par le vœu de religion, meurt au siècle, vivant pour Dieu. Donc, parce qu'il est religieux, les opérations séculières, telles que le commerce et les autres affaires du siècle lui sont interdites, mais non les actions divines qui demandent un homme qui vive pour Dieu. Mais la confession est de ce genre, elle qui se fait par la science. Il est écrit, Ps. CXIII : « Ce ne sont pas les morts qui vous loueront, Seigneur, mais nous qui vivons, etc. » Ainsi les religieux ne sont pas exclus par leur vœu de religion de l'enseignement. En outre, ceux-là sont surtout aptes à enseigner, qui par la contemplation peuvent saisir les choses divines; ce qui fait dire à saint Grégoire, dans son XVI^e liv. de Morale : « Ceux qui contemplent, se pénètrent en repos de ce qu'ils déverseront par leurs paroles sur le prochain, lorsqu'ils s'en occuperont. Mais le but des religieux est surtout de se livrer à la contemplation. » Donc, par le fait même qu'ils sont religieux, leur état les rend plus aptes à enseigner qu'à les en empêcher.

Il est même ridicule de dire que quelqu'un ne doit pas se livrer à l'étude de la science, par cela que le repos auquel il se livre le rend plus apte à y vaquer; comme il seroit ridicule de dire de celui qui a brisé les obstacles qui l'empêchoient de courir, qu'il ne peut pas le faire. Mais les religieux, par leur triple vœu, ont renoncé à tout ce

evangelicam docet, qui non solum præcepta, sed etiam consilia servat, cujusmodi sunt religiosi.

Item, qui moritur alienæ vitæ ab illis operibus decidit, quæ illi vitæ congruunt, et qui vivere incipit aliqua vita, illa opera tunc sibi flunt maxime convenientia, quæ illi vitæ competunt, unde Dionysius II, cap. *Eccles. hierarch.* ostendit, quod ante baptismum per quem homo divinam vitam accipit, non potest exercere divinas operationes, quia sicut ipse dicit, oportet primum existere et deinde operari: sed religiosus per votum religionis sæculo moritur Deo vivens, ergo per hoc quod religiosus est, interdicuntur sibi operationes sæculares, sicut mercationes, et alia negotia sæcularia, non autem actiones divinæ quæ scilicet hominem in Deo viventem requirunt. Talis autem est divina confessio, quæ fit per

doctrinam, *Psal.* CXIII : « Non mortui laudabunt te, Domine : sed nos qui vivimus, etc. » Et ita religiosi per votum religionis à doctrinæ officio non excluduntur. Præterea, illi maxime sunt idonei ad docendum, qui maxime divina per contemplationem capere possunt, unde Gregorius in VI, *Moralium* : « Quietè contemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant : sed ad vacandum contemplationi præcipue religiosi sunt deputati. » Ergo per hoc quod sunt religiosi, redduntur magis ad docendum idonei quam impediuntur.

Item, ridiculum est dicere, quod ex hoc aliquis à doctrina repellatur, per quod magis quietus ad vacandum studio et doctrinæ redditur, sicut ridiculum esset, quod à currendo impediretur, qui impediencia cursum relinquit : sed religiosi per triplex

qui inquiète l'esprit, comme le prouve ce qui a été dit précédemment. C'est donc à eux qu'il convient surtout et d'étudier et d'enseigner. Il est écrit, *Ecclésiastique*, chap. XXXVIII : « Ecrivez sur les tables de votre cœur la sagesse; » le commentaire ajoute, « divine; » c'est-à-dire, apprenez pendant le temps du repos; et celui dont la vie est moins active acquerra la sagesse.

Ce sont surtout les pauvres de Jésus-Christ auxquels il convient d'avoir la connoissance des Ecritures, comme le prouvent les paroles de saint Jérôme, dans son Prologue des Questions hébraïques sur la Genèse : « Que, comme nous qui sommes pauvres et humbles, qui ne possédons pas de richesses, qui ne daignons pas même recevoir celles qui nous sont offertes, ils sachent, eux aussi, qu'il n'est pas possible d'avoir la connoissance des Ecritures avec les richesses du monde; mais il appartient surtout d'enseigner à ceux qui connoissent les Ecritures. » Donc les religieux qui font profession de pauvreté sont surtout à même d'enseigner.

On peut, comme il a été dit précédemment, établir une religion pour accomplir quelque œuvre de miséricorde que ce soit : mais instruire est une œuvre de miséricorde, ce qui fait que l'enseignement est mis au nombre des aumônes spirituelles. Donc, on peut établir une religion qui soit spécialement consacrée à l'enseignement. En outre, les combats du corps qui se font avec des armes corporelles, semblent plus éloignés du but de la religion que la guerre spirituelle qui se fait avec des armes spirituelles, qui sont, les saints enseignements pour combattre les erreurs. C'est de ces armes dont parle l'Apôtre, II. Cor., ch. X, lorsqu'il dit : « Les armes de nos combats ne sont point charnelles, etc. » Mais certaines religions ont été providentiellement établies pour faire la guerre corporelle, afin de défendre l'Eglise contre ses ennemis corporels, quoiqu'il ne manque pas dans l'Eglise de

votum reliquerunt illa, quibus animus maxime inquietatur, ut ex prædictis patet. Ergo eis maxime docere et studere competit *Eccli.*, XXXVIII : « Sapiëntiam, Glossa, divinam, scribe in tabulis cordis, id est, discite in tempore vacuitatis, et qui minoratur actu, percipiet sapiëntiam. »

Item, pauperibus Christi maxime competit notitiam Scripturarum habere, ut patet per Hieronymum, in prol. *Hebraicorum quæstionum*, super *Gen.* : « Ut nos humiles et pauperes, nec habemus divitias, nec oblatas dignamur accipere, ita et illi noverint non posse notitiam Scripturarum, id est, Christi cum mundi habere divitiis : eis autem competit docere, qui notitiam habent Scripturarum. » Ergo religiosi, qui paupertatem profitentur, maxime competit docere.

Item, sicut supra probatum est, ad quodlibet opus misericordiæ exequendum potest aliqua religio institui : sed docere est actus misericordiæ, unde inter eleemosynas spirituales computatur. Ergo potest aliqua religio institui specialiter ad docendum. Præterea magis remota videtur à religionis proposito corporalis militia quæ corporalibus armis exercetur, quam militia spiritualis quæ utitur armis spiritualibus, scilicet sacris documentis ad errorum impugnationem, de quibus dicitur II. *ad Corinth.*, X : « Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, etc. » Sed religiones aliquæ provide institutæ sunt ad exequendam militiam corporalem in tutelam Ecclesiæ ab hostibus corporalibus, quamvis non desint Ecclesiæ principes sæculares, qui ex officio

princes séculiers, qui en vertu de leur charge sont obligés de la défendre. Donc c'est avec avantage que l'on a institué certaines religions pour qu'elles enseignassent et que par leur science elles défendissent l'Eglise contre ses ennemis; bien qu'il y en ait d'autres qui soient obligés de la défendre de cette manière.

Celui que l'on peut choisir avec avantage pour remplir une fonction importante qui en renferme une autre, est à plus forte raison digne de remplir celle qui l'est moins et que renferme la première; mais le religieux, bien que sa religion n'ait pas pour but d'instruire, peut être choisi pour remplir la fonction épiscopale, comme le prouvent plusieurs chapitres du Droit, concernant les moines, XVI^e Quest., ch. I. Par conséquent, comme l'épiscopat est supérieur au doctorat, fonction que remplissent les maîtres qui lisent dans les écoles, et que l'épiscopat emporte avec lui la science, on ne doit pas considérer comme inconvenant, que l'on choisisse un moine pour enseigner, pourvu que ce soit celui qui est revêtu de l'autorité nécessaire qui le fasse.

Il est permis, comme le dit la Glose des paroles suivantes de saint Luc, ch. IX : « Pour vous, allez, et annoncez le royaume de Dieu, » de renoncer aux biens inférieurs pour des biens plus importants. Mais comme le bien commun passe avant le bien particulier, par conséquent, comme le moine qui, dans son cloître, garde les règles de son ordre, ne travaille que pour son propre bien, à savoir pour son salut, pendant que la fonction d'enseigner, qui consiste à instruire la multitude, reflue dans le bien commun de l'Eglise, il n'y a pas d'inconvénient à ce que le moine, du consentement de celui qui en a le pouvoir, vive hors de son monastère, et soit chargé d'instruire. Ce qu'ils disent, à savoir que cela pourroit se faire, quand il y auroit un besoin pressant qui ne se fait pas présentement sentir, vu l'abondance

Ecclesiam defendere debent. Ergo et salubriter institutæ sunt aliquæ religiones ad docendum, ut sic per eorum doctrinam Ecclesia ab hostibus defendatur, quamvis etiam siut alii ad quos pertinet hoc modo Ecclesiam defensare.

Item, qui idoneus est ad hoc ut possit assumi ad id quod majus est, et in quo aliud includitur, idoneus debet reputari ad id quod minus est et quod in majori includitur: sed religiosus etiam si religio ejus non sit ad docendum instituta, potest assumi ad prælationis officium, ut patet *De Monachis*, per multa capit. XVI, quæst. I. Cum ergo prælationis officium sit majus quam officium doctoris, quod magistri legentes in scholis exercent, et tamen prælationis officium simul habeat etiam doc-

trinam adjunctam, non debet inconveniens reputari si monachus autoritate ejus ad quem spectat, ad prædictum doctrinæ officium assumatur.

Item, minora bona pro majoribus intermitteri possunt, ut dicit Glossa, super illud *Luc.*, IX : « Tu autem vade, et annuntia regnum Dei, » sed bonum commune præfertur bono privato; cum ergo monachus in claustro ordinem suum servans privato bono insistat, scilicet tantum suæ salutis, doctrinæ autem officium quo plurimi erudiuntur, in commune bonum totius Ecclesiæ redundet, non est inconveniens si monachus extra claustrum vivat ad doctrinæ officium assumptus de licentia ejus ad quem spectat. Nec valet quod dicunt, quod hoc posset fieri, quando necessitas immi-

des maîtres séculiers, n'a donc aucune valeur, parce qu'il ne faut pas satisfaire à l'utilité générale d'une manière quelconque, mais qu'il faut y satisfaire de la manière la plus utile possible. Mais plus le nombre des docteurs est grand, plus l'utilité commune, qui provient de la science, prend d'accroissement, parce qu'un docteur apprend ce que l'autre ne savoit pas encore. Il est écrit à cette occasion dans le livre de la Sagesse, ch. VI : « Mais le grand nombre des sages est le salut de l'univers. » Moïse, guidé par cet esprit, dit, au livre des Nombres, ch. XI : « Qui donnera au peuple entier de prophétiser? » Le commentaire ajoute : « Le prédicateur fidèle désire, autant que cela peut s'accomplir, que la vérité, que seul il ne suffit pas à annoncer, s'échappe de toutes les bouches; » et un peu plus bas : « Il a voulu que tous prophétisassent, lui qui n'envia jamais son propre bien. »

C'est une seule et même chose d'instruire par la parole ceux qui sont présents, ou instruire par écrit ceux qui sont absents, ainsi que le dit l'Apôtre; II. Cor., chap. X : « Nous nous conduisons dans nos actions de la même manière, étant présents, que nous parlons dans nos lettres, étant absents. » Mais personne ne doute que les religieux ne puissent instruire par leurs écrits ceux qui sont absents, vu que l'on trouve toutes les bibliothèques pleines d'ouvrages ou de livres composés par des religieux, afin d'instruire les membres de l'Eglise; donc il leur est aussi permis d'instruire par leurs discours ceux qui sont présents. Quant aux raisons que l'on oppose à cette assertion, il est facile d'y répondre.

1^o Quant à ce qu'ils disent que le Seigneur dissuade d'être maître, il est évident que, sous plusieurs rapports, c'est une assertion fautive. D'abord, parce que les surérogations, qui ne sont que de conseil, ont une bien plus grande récompense, comme le prouvent les paroles suivantes qui se lisent dans saint Luc, chap. X : « Tout ce que vous

ncret, quæ nunc non apparet, cum magistrorum sæcularium jam copiâ habeatur, quia utilitas communis non solum debet procurari, ut sit quocumque modo, sed ut sit optimo modo quo fieri potest. Quanto autem doctores magis multiplicantur, tanto utilitas communis, quæ ex doctrina provenit, magis crescit, quia uni manifestatur, quod alteri nondum notum est. Propter quod dicitur *Sapientiæ*, VI : « Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum. » Quò zelo Moyses ductus dixit *Num.*, XI : « Quis tribuat ut omnis populus prophetizet? » Glossa : « Fidelis prædicator optat, si fieri valeat, ut veritatem quam solus loqui non sufficit ora cunctorum sonent, » et infra : « Prophetare omnes voluit; qui bonum, quod habuit, non invidit. »

Item : « Ejusdem est verbo præsentis et scripto absentes docere, » ut habetur, II. *Corinth.*, X : « Quales sumus verbo, per epistolas absentes, tales præsentis in facto. » Sed nullus dubitat, quin religiosi possint docere absentes scripto, cum omnia armaria plena inveniantur operibus, sive libris, quos religiosi fecerunt ad Ecclesiæ instructionem. Ergo et præsentis possunt verbo docere. Ea autem quæ in contrarium opponuntur, facile est solvere.

Quod enim primo dicunt esse Domini consilium de vitando magisterio, patet multipliciter esse falsum. Primo, quia supererogationes, de quibus dantur consilia, habent præmium eminentius, ut patet ex hoc quod dicitur, *Luc.*, X : « Et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero red-

aurez fait par surrogation, je vous le rendrai, lorsque je serai de retour. » Le commentaire entend cela de la surrogation des conseils; ce qui fait que s'abstenir des actes auxquels est due une récompense excellente, ne peut pas tomber sous le conseil. Mais une récompense excellente est due aux docteurs comme aux vierges, à savoir l'aurole, ainsi que le prouvent les paroles de Daniel, ch. XII : « Ceux qui enseignent la justice à un grand nombre; » le commentaire ajoute, par les paroles et par l'exemple : « Brilleront comme des étoiles pendant l'éternité. » Par conséquent comme il ne conviendrait pas de dire qu'il est conseillé de décliner la virginité ou de fuir le martyre; de même, il n'est pas permis de dire qu'il tombe sous le conseil de s'abstenir d'enseigner.

2° Il n'est pas permis de conseiller une chose opposée aux préceptes ou aux conseils. Mais il est de précepte ou conseil d'enseigner, comme le prouvent les paroles suivantes de saint Matthieu, ch. ult. : « Allez, enseignez toutes les nations, etc. » L'Apôtre dit, Ep. Gal., ch. VI : « Vous autres qui êtes spirituels, ayez soin de l'instruire dans un esprit de douceur. » Il n'est donc pas possible qu'il y ait un conseil qui défende d'instruire.

3° Les conseils que le Seigneur a proposés, sa volonté a été qu'ils fussent immédiatement observés par les Apôtres, afin que leur exemple portât les autres à les observer aussi. C'est pourquoi saint Paul, I. Cor., ch. VII, proposant le conseil de virginité, dit : « Je veux que tous les hommes soient comme moi-même. » Mais s'abstenir d'enseigner, qu'ils considèrent comme un conseil, n'appartenoit pas aux Apôtres, puisque leur mission étoit de parcourir l'univers pour instruire. Donc s'abstenir d'instruire ne tombe pas sous le conseil. On ne peut pas dire non plus que ce qui rend l'enseignement solennel doive être supprimé en vertu d'un conseil; parce que ce qui appartient à cette

dam tibi. » Quod Glossa de supere rogatione consiliorum exponit, unde abstinere ab illis actibus quibus excellens debetur præmium, sub consilio cadere non potest. Doctoribus autem debetur præmium excellens, sicut et virginibus, scilicet aureola, ut patet *Danielis*, XII : « Qui ad justitiam erudiunt multos, » Glossa, verbo et exemplo, « quasi stelle in perpetuas æternitates. » Sicut ergo inconueniens esset dicere, quod declinare virginitatem, et martyrium sub consilio caderet, ita inconueniens est dicere, quod abstinere ab actu docendi sub consilio cadat.

Item consilium non potest esse de eo, quod contrariatur consilio, vel præcepto, sed docere cadit sub præcepto, vel sub consilio, ut patet *Matth.*, ultimo : « Euntes, docete omnes gentes; » etc. *Galai.*,

VI : « Vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis. » Non ergo de non docendo potest esse consilium.

Item, consilia quæ Dominus proposuit, immediate ab Apostolis observari voluit, ut eorum exemplo alii ad observanda consilia provocarentur. Unde Paulus I. *Cor.*, VII, consilium de virginitate proponens, dixit : « Volo omnes homines esse sicut meipsum : » sed observatio hujus quod dicunt consilium, scilicet, abstinere à docendo, ad Apostolos non pertinebat, cum ipsi ad docendum in universum orbem mitterentur : non ergo abstinere à docendo sub consilio cadit. Nec potest dici quod sub consilio cadat abstinere ab his, quæ ad solemnitatem docendi pertinent : quia ea quæ ad solemnitatem docendi pertinent,

solennité n'engendre pas l'orgueil, autrement il faudroit que tous l'évitassent, car chacun est tenu de fuir l'orgueil; mais ces choses ont pour but de faire voir l'autorité de cette charge; et c'est pourquoi, comme la perfection ne perd rien à ce que le prêtre s'assoie au-dessus du diacre, et qu'il soit revêtu d'habits de soie, pour la même raison, la perfection n'a pas à souffrir de ce que quelqu'un fait usage des insignes du doctorat; et c'est ce que dit la Glose des paroles suivantes de saint Matthieu, ch. XXIII : « Ils aiment les premières places. » Il ne défend pas aux maîtres de s'asseoir les premiers, mais il blâme ceux qui, soit qu'ils les aient ou ne les aient pas, les convoitent. Mais il est encore plus ridicule de dire, s'il ne tombe pas sous le conseil de s'abstenir d'enseigner, què cependant il est conseillé de s'abstenir du nom de docteur. Il ne peut pas y avoir de conseil ou de précepte, pour une chose qui n'est pas en notre pouvoir, mais en celui d'autrui. Nous pouvons à la vérité enseigner ou ne pas enseigner, et il a été prouvé qu'il n'y a pas de conseil pour cela; mais le nom de docteur n'est pas en notre pouvoir, mais bien au pouvoir de ceux qui nous le donnent. Il n'est donc pas possible qu'il soit de conseil que nous ne nous nommions pas docteurs ou maîtres.

4^o Comme on impose les noms pour signifier les fonctions, il est ridicule de dire que le nom soit prohibé, lorsque la fonction ne l'est pas. Les Apôtres durent surtout observer les conseils, puisque c'est par leur intermédiaire que cette observation est parvenue jusqu'aux autres. Il n'est donc pas de conseil qui interdise le nom de maître, puisque les Apôtres se donnèrent eux-mêmes les noms de maîtres ou de docteurs. L'Apôtre dit, I. Tim., ch. II : « Je dis la vérité et je ne mens pas, moi qui suis le docteur des nations, dans la foi et la vérité, » et dans II. Tim. : « En quoi je suis établi le prédicateur, le docteur et le maître des nations. »

non fiunt causa ealtionis, alias enim essent ab omnibus vitanda, quia quilibet tenetur elationem vitare, sed sunt ordinata ad auctoritatem officii ostendendam et ideo sicut perfectionem nihil deperit, si sacerdos supra diaconem sedeat, et sericis ornatur vestibus, ita non obstat perfectioni, si quis magistralibus insigniis utatur, et hoc est, quod dicit quædam Glossa super illud *Matth.*, XXIII : « Amant primos recubitus. » « Magistros, inquit, primos sedere non vetat, sed eos arguit, qui hæc habita, vel non habita appetunt. » Adhuc autem est magis ridiculum dicere, quod et si abstinere à docendo sub consilio non cadat, abstinere tamen à magisterii nomine sub consilio cadit. Non enim potest esse præceptum, vel consilium de eo quod non est in nobis, sed in alio. In nobis quidem est

docere, vel non docere, de quo non esse consilium probatum est : sed doctores atque magistros vocari, non est in nobis, sed in eis qui sic nos nominant. Non ergo potest sub consilio cadere, ut non vocemur magistri.

Item, cum nomina sint imposita ad significandum res, ridiculum est dicere, quod nomen sit prohibitum, cum res non sit interdicta. Item, consiliorum observatio maxime ad Apostolos pertinuit, quibus mediantebus ad alios pervenit. Magistri ergo nomen nullo consilio est interdictum, cum ipsi Apostoli seipsos magistros, et doctores nominaverunt I. *Tim.*, II : « Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide et veritate; » II. *Tim.*, I : « In quo positus sum ego prædicator, et Apostolus, et magister gentium. »

1° Il nous reste à prouver que les paroles du Seigneur : « Ne veuillez pas être appelés maîtres, » ne renferment point un conseil, mais bien un précepte, auquel tous les hommes sont tenus, et que ce ne sont ni l'acte d'enseigner, ni le nom de maître qui sont prohibés, mais l'ambition de la maîtrise ; ce qui fait que lorsqu'il ajoute : « Ni maîtres ; » le commentaire dit : « Ne convoitez pas d'être appelés ; » il n'interdit pas toute espèce de désirs, mais seulement le désir déréglé, comme le prouvent les paroles de la Glose, citées plus haut, et parce qu'il avoit aussi parlé d'abord des désirs effrénés des Pharisiens, disant : « Ils aiment les premières places, etc. » On peut cependant, d'après le commentaire, l'entendre dans un autre sens, et c'est aussi ce que prouve ce qui entoure la lettre elle-même. Le Seigneur prohibe en effet, en même temps et au même endroit, le nom de père et de maître, parce que nous n'avons qu'un seul Père qui est dans le ciel, et qu'un seul maître qui est Jésus-Christ. Dieu, comme le dit en effet la Glose au même endroit, « par nature est père et maître. » L'homme n'est appelé père, que par indulgence, et maître, par ministère. Le Seigneur défend d'attribuer à quelque homme que ce soit, l'autorité de la vie naturelle ou spirituelle, ou même de la sagesse. Le commentaire dit de là : « Pour vous, ne désirez pas d'être appelé maître, de peur que vous n'ayez la présomption de vous attribuer ce qui est dû à Dieu ; n'appellez pas non plus les autres maîtres, de peur de transporter aux hommes l'honneur divin. » Il est dit à cette occasion, dans un autre commentaire, « que l'on doit donner à quelqu'un le nom de père, pour honorer son âge, et non pas parce qu'on le considère comme auteur de la vie. » On honore le maître pour ses rapports avec le maître véritable, comme son messenger et par respect pour celui qui l'a envoyé. Ainsi donc, il demeure établi que le Seigneur n'a pas prohibé simplement par conseil ou par précepte, le nom de père ou de maître ;

Restat ergo dicendum, quod Dominus dixit : « Nolite vocari Rabbi, » non sit consilium, sed præceptum, ad quod omnes tenentur, nec prohibentur actus docendi et magisterii nomen, sed ambitio magisterii : unde cum subjungit. « Nec magistri. » Glossa : « nec appetatis vocari, » nec quemlibet appetitum interdicat, sed inordinatum, ut ex Glossa prius inducta apparet, et ex hoc etiam quod de inordinato appetitu Phariseorum præmiserat, dicens : « Amant primos recubitus, » etc. Potest tamen aliter intelligi, secundum Glossam, ut etiam ex circumstantia litteræ patet. Simul enim Dominus prohibet ibidem patris nomen ac magistri, quia unus est Pater noster qui est in cœlis, et quia magister noster unus est Christus : « Deus

enim, ut Glossa dicit ibidem : et pater et magister natura dicitur. » Homo autem dicitur indulgentia pater, et magister ministerio. Prohibet ergo Dominus, ne auctoritas vitæ naturalis, seu spiritualis, aut etiam sapientiæ alicui homini attribuat : unde dicit Glossa : « Vos autem nolite vocari magistri, ne quæ Deo debentur, vobis præsumatis : neque alios Rabbi vocetis, ne divinum honorem hominibus deferatis. » Unde in alia Glossa dicitur, quod « pater vocandus est aliquis, ut honor ætali deferatur, non ut author vitæ habeatur. » Magister ex consortio veri magistri tanquam ejus nuntius, et pro reverentia ejus à quo mittitur, honoratur. Sic ergo patet, quod Dominus non prohibuit simpliciter, nec præcepto, nec consilio nomen patris,

autrement comment les saints Pères eussent-ils souffert que ceux qui président dans les monastères, fussent appelés abbés, c'est-à-dire pères? Comment aussi le vicaire de Jésus-Christ qui doit être un modèle de perfection se laisserait-il appeler, pape, c'est-à-dire, père? Saint Augustin et saint Jérôme appellent fréquemment papes, c'est-à-dire pères, les évêques auxquels ils écrivent. Il est donc tout-à-fait ridicule de soutenir que, ce que l'on dit : « Ne désirez pas d'être appelés maîtres, » soit un conseil. En admettant même que ce soit un conseil, il ne s'ensuit pas que tous les hommes parfaits y soient tenus. Ceux en effet qui font profession de perfection, ne sont pas tenus à tous les conseils, il ne sont tenus qu'à ceux auxquels ils s'obligent par vœu; autrement les Apôtres qui étoient dans l'état de perfection eussent été tenus à cette surrogation qu'observoit Paul, et qui faisoit qu'il ne recevoit rien des Eglises auxquelles il adressoit la parole, et ils eussent péché, vu qu'ils ne l'observoient pas; c'est ce que prouve ce qui se lit, I. Cor., ch. IX. Il suivroit aussi de là une certaine confusion des religions, si toutes étoient tenues à toutes les surrogations et à tous les conseils. Tout ce qu'une religion feroit par surrogation, les autres seroient aussi obligées de le faire, ce qui fait qu'il n'y auroit plus entre elles de distinction, chose fort désagréable. Donc, toutes les personnes parfaites ne sont pas obligées à tous les conseils, mais seulement à ceux auxquels elles s'obligent par vœu.

2^o Quant à ce qu'ils disent, les moines ont pour objet de pleurer et non d'instruire, c'est une assertion qui ne vient nullement à leur appui; car comme saint Jérôme le montre ici, il convient au moine, par là même qu'il est moine, de faire pénitence et non d'instruire comme le prétendoient, par présomption, ceux desquels nous avons précédemment parlé, qui vouloient enseigner parce qu'ils étoient

aut magistri, alias quomodo sancti Patres sustinuissem, ut illi qui præsumt monasteriis, abbates, id est Patres vocarentur? Quomodo etiam Christi Vicarius qui debet esse perfectionis exemplum, Papa, id est, pater diceretur? Augustinus et Hieronymus episcopos, quibus scribunt, Papas, id est, patres frequenter nominant. Stultissimum est ergo dicere, quod hoc quod dicitur: « Nolite vocari rabbi, » sit consilium. Dato etiam quod sit consilium, non sequitur, quod omnes perfecti ad istud consilium teneantur. Non enim qui statum perfectionis profitentur, ad omnia tenentur consilia: sed ad ea tantum, ad quæ ex voto se obligant, alias Apostoli qui in statu perfectionis erant, tenebantur ad hanc supererogationem quam Paulus faciebat, ut non acciperent stipendia ab ecclesiis quibus prædicabant, et peccabant cum hoc non

observarent, ut patet I. Corinth., IX. Sequeretur etiam ex hoc religionum confusio, si omnes ad omnes supererogationes et omnia consilia tenerentur. Quidquid enim una supererogaret, omnes supererogare tenerentur, et sic inter eas nulla distinctio remaneret, quod est inconveniens. Non ergo ad omnia consilia perfecti tenentur, sed solum ad ea, ad quæ se obligant.

Quod etiam secundo objiciunt, quod monachi non docentis, sed plangentis habent officium, pro eis non facit. Ibi enim Hieronymus ostendit, quod monacho ex hoc, quod est monachus, competat penitentiam agere, non docere, sicut illi sibi usurpabant, de quibus diximus, quod ex hoc ipso quod monachi erant, docere volebant, vel intendit ostendere, quod monachus ex hoc quod est monachus, non obligatur ad docendum. Sic enim Hierony-

moines, peut-être aussi a-t-il l'intention d'établir que l'état du moine ne l'oblige pas à enseigner. C'est là le sens de la preuve de saint Jérôme, dans sa lettre contre Vigilance. Mais de ce que le moine n'est pas obligé d'office d'enseigner, il ne faut pas en conclure qu'on ne peut pas lui en confier le soin, de même que l'on ne doit pas conclure, de ce que la fonction de sous-diacre n'oblige pas de lire l'Évangile, que l'on ne peut confier ce soin à celui qui a reçu cet ordre; c'est ce que dit Gratien, XVI^e Quest., ch. I, *Superiori*. Saint Jérôme a donc voulu distinguer entre la personne du moine et celle du clerc, indiquant ce qui convient à chacun par office. Autre chose en effet est ce qui convient à chacun, parce qu'il est moine, autre chose, ce qui lui convient, parce qu'il est clerc. Il doit, en vertu de son état de moine, pleurer ses péchés et ceux des autres, il peut être comme le clerc, chargé d'enseigner et de paître le peuple. On comprend aussi par là, le sens du chapitre cité plus haut, dans lequel Gratien, traitant cette question parle de la science, de la prédication, qui concerne surtout les évêques, et non de la doctrine scholastique, à laquelle se livrent peu les évêques, ce qui fait que cette objection tombe dans l'équivoque.

3^o Étant donné qu'il ne soit pas permis aux moines d'enseigner, on ne peut pas en conclure que les chanoines réguliers ne puissent pas le faire, vu qu'on les compte au nombre des clercs, desquels parle saint Augustin, dans son discours sur la vie commune des clercs, et comme il est écrit, XII^e Quest., ch. I, *Nemo* : « Celui qui aura ou qui voudra avoir quelque chose en propre et en vivre, il ne vaut pas la peine que j'en parle, il ne demeurera pas avec moi, il ne sera pas même clerc. » Ces paroles prouvent que ceux qui vivoient sous le bienheureux Augustin, n'avoient rien en propre pour vivre et étoient comptés au nombre des clercs. Bien que, par la suite, saint Augustin ait révoqué cet interdit général, qu'il avoit porté, à savoir que personne ne

mus inducit hoc in epistola contra *Vigilantium*. Non autem sequitur, si monachus non habeat officium docendi, quod accidere non possit, sicut non sequitur, si subdiaconus non habeat officium legendi Evangelium, quod ad hoc officium assumi non possit, et hoc est quod Gratianus dicit XVI, quæst. I, *Superiori* : « Voluit ergo Hieronymus distinguere inter personam monachi, et personam clerici, ostendens quid cuique ex proprio officio conveniat. » Aliud enim convenit cuique, ex eo quod monachus est, aliud ex eo quod clericus est. Ex eo quod monachus est, sua et aliorum peccata deflendi habet officium : ex eo quod clericus est, docendi et pas-cendi populum. Ex quo etiam patet intel-lectus alterius capituli supra dicti, in quo

Gratianus loquitur in illa quæst. de doctrina prædicationis, quæ ad prælatos pertinet, non autem de doctrina scholastica, cui prælati non multum intendunt : unde hæc objectio procedit in æquivoco.

Item, dato quod monacho docere non liceat, non sequitur, quod Canonici regularibus non liceat docere, cum Canonici regulares inter clericos computentur, de quibus Augustinus in sermone *De communi vita clericorum*, et habetur XII. quæst. I. *Nemo* : « Qui habuerit proprium, vel habere voluerit, et de proprio vivere, parum est, ut dicam, non mecum manebit, sed nec clericus erit. » Ex quo patet, quod illi qui sub beato Augustino sine proprio vivebant, inter clericos computabantur. Quamvis autem Augustinus postea revoca-

pouvoit être clerc, s'il ne vivoit sans rien posséder en propre, il n'a pas pour cela révoqué que ceux qui vivoient sous lui sans rien posséder, fussent clercs, comme le prouve le chap. *Certe ego sum, quæst. eadem.*

4° Quant à ce qu'ils objectent, que l'on considère les chanoines réguliers et les moines, comme étant sur la même ligne, il faut l'entendre de tout ce qui est commun à toutes les religions; tel que, vivre sans bien propre, s'abstenir de commerce, ne pas avocasser, etc. Autrement, on pourroit également conclure, que les chanoines réguliers ne devroient pas porter de vêtements de lin, parce que les moines ne doivent pas en porter. Les religieux, dont la religion a pour but d'instruire, à plus forte raison doivent-ils le faire, quand même les moines ne le pourroient pas; comme il est permis aux templiers de faire la guerre, chose qui ne l'est pas aux moines.

5° Quant à ce qu'ils objectent, que le vœu de religion s'oppose à ce que l'on prenne la charge de maître, plusieurs raisons démontrent la fausseté de cette assertion. Les religieux en effet, par le vœu de religion, ne renoncent pas au monde de telle façon, qu'ils ne puissent pas user des choses du monde, ils renoncent à la vie mondaine, c'est-à-dire qu'ils ne doivent pas se livrer à ce que fait le monde. Il suit de là, qu'ils sont dans le monde, en tout qu'ils usent des choses du monde, mais ils ne sont pas du monde, en tant qu'ils sont libres des actions du monde. C'est pourquoi il n'est pas contre le vœu de se servir des richesses du monde et même quelquefois de partager ses plaisirs; autrement, toutes les fois qu'ils s'assoieroient à une table richement servie, ils pécheroient mortellement, ce que l'on ne peut pas dire. Donc, leur vœu ne défend point de jouir parfois des honneurs.

6° Ce ne sont pas les seuls religieux qui sont tenus de renoncer au monde dans le sens qu'on l'entend ici, mais cette défense s'étend à

verit hoc generale interdictum, quod fecerat, ut nullus clericus esset, nisi sine proprio viveret, non tamen revocavit, quin illi qui sine proprio sub eo vivebant, clerici essent, ut patet per cap. *Certe ego sum, quæst. eadem.*

Quod autem objiciunt, quod canonici regulares et monachi ad paria censentur, intelligendum est in illis, quæ sunt communia omni religioni, sicut vivere sine proprio, abstinere à negotiationibus, et ab officio advocandi in causis, et hujusmodi; alias possent similiter concludere, quod canonici regulares tenerentur abstinere à lineis indumentis, quia monachi ad hoc tenentur. Multo etiam fortius licet illis religiosi docere, quorum religio est ad hoc statuta, etiam si monachis non liceret, sicut templariis licet armis uti, quod non licet monachis.

Quod autem tertio objiciunt, quod assumere magistrerii officium est contra votum religionis, patet multipliciter esse falsum. Religiosi enim per votum religionis non hoc modo abrenuntiant mundo, ut rebus mundi uti non possint, sed mundanæ vitæ, ut scilicet mundi actionibus non occupentur: unde et sunt in mundo, in quantum rebus mundi utuntur, et non sunt de mundo, in quantum à mundanis actionibus sunt liberi: unde non est contra votum eorum, si utantur divitiis, vel etiam quandoque deliciis, alias quandocumque deliciose comederent, mortaliter peccarent, quod non est dicendum. Unde non est contra votum eorum, si quandoque honoribus utantur.

Item, mundo secundum quod ibi accipitur non solum religiosi sed etiam omnes homines abrenuntiare tenentur, quod pa-

tous les hommes, comme le prouvent les paroles suivantes de saint Jean : « Si quelqu'un aime le monde, la charité du Père n'est pas en lui, parce que tout ce qui est dans le monde, » ajoute le commentaire, etc. Tous ceux qui aiment le monde ne possèdent donc rien que ces trois choses qui renferment tous les genres de vices. Il résulte de là que ce ne sont ni les richesses, ni les délices de la vie que l'on dit appartenir *simplement* au monde, mais le désir sans frein de ces mêmes richesses et de ces plaisirs ; et ainsi ce n'est pas aux seuls religieux, mais à tous les hommes, qu'est interdit non pas l'honneur, mais l'ambition de l'honneur. Le commentaire dit : « Là est l'orgueil de la vie, c'est-à-dire toute ambition du monde. »

7° Etant donné que l'on comprenne l'honneur comme appartenant *simplement* au monde, on ne peut cependant pas dire cela de toute espèce d'honneur, mais seulement de l'honneur qui consiste dans les choses du monde. On ne peut pas dire, en effet, que l'honneur du sacerdoce appartienne au monde, ni semblablement l'honneur de la maîtrise, vu que la science qui acquiert un tel honneur est du nombre des biens spirituels. Donc comme les religieux, par leur vœu, ne renoncent pas au sacerdoce, ils ne renoncent pas non plus à la maîtrise ou doctorat.

8° Il est faux de dire que la maîtrise ou doctorat soit un honneur, car c'est une fonction qui entraîne avec elle l'honneur. En admettant même que les religieux eussent renoncé à toute espèce d'honneur, ils n'oseroient pourtant pas renoncer aux choses auxquelles est dû l'honneur, autrement ils auroient renoncé aux actions vertueuses. L'honneur, en effet, d'après le Philosophe, liv. I, *Ethic.*, « est la récompense de la vertu. » Ce n'est donc pas une raison pour quelqu'un de s'abstenir de la maîtrise ou doctorat ; parce que le diable en trompe quelques-uns, enflés qu'ils sont par l'honneur qu'elle procure, comme il ne faut pas s'abstenir des bonnes œuvres, parce que, comme le dit

tet ex hoc, quod supra præmittit Joan. : « Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo : » « quoniam omne quod est in mundo, » etc. Glossa. Omnes dilectores mundi nihil habent nisi hæc tria, quibus omnia vitiorum genera comprehenduntur : unde patet, quod ad mundum dicuntur ibi pertinere non divitiæ et deliciæ simpliciter, sed inordinatus appetitus earum, et sic non solum religiosis, sed etiam omnibus interdicitur non quidem honor, sed ambitio honoris. Glossa : « Ibi superbia vitæ, id est, omnis ambitio sæculi. » Item, dato quod honor simpliciter ad mundum pertinere intelligatur, non tamen hoc potest dici de quolibet honore, sed de honore qui consistit in rebus mundanis : non enim potest dici, quod honor sacerdotii pertineat ad mundum, et similiter nec honor magisterii, cum doctrina quam consequitur talis honor, sit de spiritualibus bonis. Sicut ergo religiosi non abrenuntiant per votum sacerdotio, ita nec magisterio. Item, hoc falsum est, quod magisterium sit honor : est enim officium, cui debetur honor. Dato etiam quod religiosi cuilibet honori abrenuntiassent, non tamen abrenuntiaverunt eis, quibus debetur honor, alias renuntiassent operibus virtutum. Honor enim secundum Philosophum in I. *Ethic.* « est præmium virtutis. » Nec propter hoc aliquis debet abstinere à magisterio, quia diabolus aliquos inflatos honore magisterii decipit, sicut nec à bonis operibus, quia Au-

saint Augustin , l'orgueil tend même des pièges aux bonnes œuvres pour les mortifier.

9° Ils objectent encore que les religieux font profession d'une humilité parfaite. On répond à cette assertion qu'elle est fautive ; ce n'est pas, en effet, d'humilité qu'ils font vœu, mais bien d'obéissance. L'humilité, non plus que les autres vertus, ne tombe pas en effet sous le vœu, puisque les actes de vertu sont de nécessité, parce qu'ils sont de précepte, et que le vœu, lui, est proprement de ce qui est volontaire. La perfection d'humilité ne peut pareillement tomber sous le vœu, non plus que celle de charité, puisque la perfection d'une vertu ne vient pas de notre libre arbitre, mais est un pur don de Dieu. Mais en admettant même qu'ils fussent tenus à une humilité parfaite, il ne faut pas en conclure qu'ils ne puissent pas jouir de quelques honneurs ; de même qu'en vertu de la pauvreté parfaite dont ils font profession, il leur est défendu de posséder des richesses, parce que la possession des richesses est une chose opposée à la pauvreté ; ce n'est pas la jouissance des honneurs qui est opposée à l'humilité, mais c'est s'élever outre mesure dans les honneurs. Saint Bernard dit à cette occasion dans son livre de la Considération : « Il n'y a pas de perle plus brillante que l'humilité, à savoir dans la parure du souverain Pontife. » Plus, en effet, il domine les autres par son élévation, plus aussi son humilité le rend supérieur à lui-même. Il est écrit dans l'Écclésiastique, chap. III : « Plus vous êtes élevé, plus aussi il faut vous humilier en tout. » Quel est celui qui oseroit dire que saint Grégoire a perdu de la perfection d'humilité, parce qu'il a été promu au comble des honneurs de l'Église? Ce que nous venons de dire prouve que la maîtrise ou doctorat n'est pas un honneur ; ainsi donc cette raison est de nulle valeur.

10° A ce qu'ils objectent ensuite, on répond que saint Denis établit

gustinus dicit : « Superbia etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. »

Ad illud autem quod quarto objiciunt, quod religiosi profitentur perfectam humilitatem, dicendum, quod est falsum : non enim vovent humilitatem, sed obedientiam. Humilitas enim sub voto non cadit, sicut nec aliæ virtutes, cum actus virtutum sint necessitatis, quia sunt in precepto, votum autem est de eo quod est voluntarium. Similiter etiam nec perfectio humilitatis sub voto cadere potest, sicut nec perfectio charitatis, cum perfectio virtutis non sit ex nostro arbitrio, sed ex Dei munere.

Dato autem quod ad perfectam humilitatem tenerentur, non sequitur, quod non possent aliquibus honoribus potiri, sicut

non possunt possidere divitias propter hoc quod profitentur summam paupertatem, quia possidere divitias paupertati opponitur : non autem potiri honoribus opponitur humilitati, sed in honoribus se inordinate extollere. Unde et Bernardus dicit in libro *De Consideratione* : « Nulla splendidior gemma humilitate, scilicet in omni ornatu Summi Pontificis. » Quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior, et seipso. Et *Ecclesiastici*, III, dicitur : « Quanto magnus es, humilita te in omnibus. » Quis enim audeat dicere, quod Gregorio aliquid de perfectione humilitatis deperierit, quia ad summum apicem ecclesiastici honoris promotus est? Est etiam ex dictis, quod magisterium non est honor, et sic ratio illa penitus nihil valet.

une différence entre les moines et les diacres, les prêtres et les évêques ; il est évident aussi qu'il parle des moines qui, aux temps de la primitive Eglise, n'étoient pas clercs, comme le prouve la XVI^e Quest., I. *Superiori*. L'histoire ecclésiastique atteste, que les moines, jusqu'aux temps d'Eusèbe, de Zozime et de Sirice, ne furent pas clercs. Donc, on ne peut rien conclure des paroles de saint Denis, par rapport aux moines, qui sont, ou évêques, ou prêtres ou diacres. Leur raison se tire aussi d'une fausse interprétation de saint Denis. Il donne en effet le nom d'actions sacrées aux sacrements de l'Eglise, disant que le baptême est une purification et une illumination, mais que la confirmation et l'eucharistie sont la perfection, comme le prouve ce qui se lit, ch. IV de la Hiérarchie ecclésiastique : « Il n'y a que les ordres desquels il vient d'être parlé, auxquels il est permis de dispenser ces choses. » Or, enseigner dans les écoles, n'est point une de ces actions dont parle saint Denis ; autrement personne, à moins qu'il ne fût diacre ou prêtre, n'auroit le pouvoir d'enseigner dans les écoles.

Les moines clercs ont pareillement le pouvoir de consacrer le corps de Jésus-Christ, ce qui n'est permis qu'aux prêtres. Donc, à plus forte raison, peuvent-ils remplir les fonctions de professeur, qui ne requièrent point d'ordre sacré.

11^o Quant à ce qu'ils objectent, que personne ne peut remplir les fonctions ecclésiastiques et continuer de vivre convenablement sous la règle monastique, et par conséquent bien moins dans l'enseignement, il ne faut pas l'entendre des choses qui appartiennent à l'essence de la religion, comme le prouve l'ensemble même de la question, parce que ceux qui se livrent aux fonctions ecclésiastiques, peuvent les garder parfaitement ; mais on doit l'entendre des autres observances, telles que le silence, les veilles, etc. C'est encore ce que prouve

